

pievegi £1.50


NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
8
42H
8
ROMA







DE SACRA RATIONE CONCIONANDI.

OPVS IACOBI PERESII A VALDIVIA BAETICI BAËZANI, DOCTORIS THEOLOGI, CONCIONATORIS EVANGELICI, ET SACROrum Bibliorum in Academia Barcinonensi publici Professoris.

AD ILLVSTREM ADMODVM, AC REVERENdissimum D.D. Iohannem Dimam Loris Episcopum Barcinonensem.

ADDITVS EST IN FINE LIBELLVS EIVSdem argumenti verè aureus, editus pridiem iussu Illustrissimi, ac Reuerendissimi Cardinalis Caroli Borromęi Archiepiscopi Mediolanensis.





Barcinone, cum licentia & priuilegio Regis, Typis Petri Mali
Anno M.D.LXXXVIII.




Pus hoc de Sacra ratione Concionandi octo libris contentum, cum miro quodā & aureo de eadem re, pro appēdice, libello Illustrissimi Domini Cardinalis Borromæi, à perdocto & pio valdè viro domino Iacobo Perez doctore Theologo ac concionatore verè Apostolico, in studiosorum gratiam elaboratum, diligenter perlegi, iussu perquam Illustris ac Reuerendissimi domini Iohannis Dimæ Loris Barcinonensis Episcopi: & sicut auctoris probitas, pietas, & eruditio non vulgaris mihi semper fuit probata, ita etiam opus ipsum, ipsam sanè probitatem, pietatem, ac eruditionem redolens: in quo nil quod sanę doctrinæ aduersetur reperi, sed multa quæ si typis excudātur, mirè possint studiosos iuuare. Barcinone in hoc monasterio D. Pauli Apostoli, ordinis sanctissimi Patris Benedicti, vltimo die Ianuari. 1588.

M. fr. Iohannes de Lerma indignus
Prior dicti monasterij.


Go Petrus Ioānes Nūnesius Philosophiae doctor, & eloquētiae atq. linguae Graecae apud Barcinonēses public° professor iussu Illustrissimi & Reuerendissimi D. D. Ioānis Dimae Loris Episcopi Barcinonensis legi hos octo libros de ratione concionandi editos ab admodum Reuerendo Iacobo Peresio doctore Theologo viro & solida pietate, & germana Theologiae sacrae intelligētia atque exercitatione insigni: in quibus nil reperi quod pias aures offendere posset, sed studium ardentissimum reipublicae litterariae iuuandae, & rationem atque viam concionandi facillimam & expeditissimam, atque multis consilijs salutaribus, & magna exemplorum atque instrumentorum supellectile instructam. qua propter, quod commodo reipublicae Christianae sit, edendos & diuulgandos censeo. Pridie Idus Februarij anno. 1588

Petrus Ioannes Nunnesius.

NOs Ioannes Dimas Loris, Dei & sanctæ Sedis Apostolicæ gratia Episcopus Barcinonen. Visis approbationibus prędictis huius libri, cui titulus est, de Sacra Ratione Concionandi, editi ab admodum Reuerendo Iacobo Perez doctore Theologo, & verbi Dei concionatore, ac cathedratico sacræ Scripturæ in vniuersitate pręsentis ciuitatis, concedimus licentiam imprimendi, & diuulgandi eum in nostra diocesi. Dat. In palacio nostro episcopali Barcinonen. xiij. Februari. M.D.Lxxxviij.

I. Eps. Bar.

AD LECTOREM.

QVoniam in hoc libro typis imprimendo, propter operarum siue incuriam, siue inscitiam peccatum aliquãdo est in ipsis exprimendis verbis, atque in Ortographiæ, & interpunctionis ratione: tuum erit, Lector, huiusmodi errata corrigere. Quoniã verò quæ obseruare potui ex ijs potissima, quæque legentibus forsan difficultatem afferent, hæc sunt, quæ hoc loco notanda curaui: nolim te priùs ad librum legendum accedere, quàm ea emendaueris.

Quæ obseruata sunt errata potissima.

Pag.	Lin.		Legendũ est.
38.	29.	Idem ferè in Con cilio.	His omnib' adde Cõciliũ. Et hoc loco debet incipere versus.
39.	29.	imitari.	imitare.
48.	2.	in interna.	interna.
67.	22.	Sed est.	Sed & est.
68.	vlt.	cuius lapidibus	viuis lapidibus.
70.	8.	exposita.	posita.
72.	6.	.Ex effectis.	, ex Effectis.
72.	16.	humili ante.	humiliante.
76.	4.	,eamq. obtinẽtes.	: hîc eam obtinentes.
98.	22.	Si ergo me.	Hoc est si me.
104.	15.	Matth. 12. quãdo	quando Matth. 12.
132.	34.	& atque.	atque.
Ibid.		simul.	& simul.
140.	12.	vtuntur.	non vtuntur.
142.	3.	verum quidem	verum sciẽdum quidem.
144.	30.	alijs.	allijs.
145.	32.	ante lucanam	antelucanam.
149.	18.	Christi gloriæ	Christo glorię.

151.	2.	ſenſu.	ſenſa.
151.	14.	Vos autem.	Nos autem.
168.	24.	Lazare veniforas.	*Lazare veni foras.*
ibidē.		Quartus.	Quartus: *Soluite, & ſinite abi*
174.	15.	contexerunt.	contexunt. *(re.*
195.	25.	humanaru.	humana.
297.	19.	infirmandos	informandos.
197.	21.	eadem.	eandem.
201.	27.	expectare.	expectare?
205.	33.	fauſtum.	faſtum.
208.	33.	corire.	coire.
208.	23.	qui ijs.	ijs qui.
209.	17.	eos punitione verò.	eos verò.
209.	19.	negligunt.	negligūt, in ſupplicīū dabit.
209.	22.	trucudari.	trucidari.
229.	14.	cegit.	coëgit.
236.	28.	vobis.	velis?
262.	5.	dediderit.	dederit.
266.	13.	examini.	ex animi.
268.	24.	ſacrinulas.	ſarcinulas.

Pag.304. redundant duo poſteriores verſus.

Ad hæc obſeruare oportet, in deſignandis numeris paginarum errata eſſe permulta.

ARGVMENTVM TOTIVS HVIVS TRActatus.

DVm rei grauissimæ, vtilissimæq. manum admouere paro; hoc mihi imprimis non sine numine in mentē venit; qua esset tractāda methodo. Id enim primùm in omni disputatione, doctrinaúe constituēdum est: alioqui vagabundus, & incertus rem agens, neq. noueris quæ dicenda sint omnia, neq. quo loco, vt perspicua sint, & sibi cohęreant, ea oporteat collocari. Exemplo mihi est Aristoteles, qui duos Primę Philosophiæ libros huic tantùm ferè studio dicauit, vt qua esset methodo Prima Philosophia tradenda cōstaret: quod & sępiùs agitat per Primam Philosophiā sparsim. Est mihi etiam exemplo D. Tho. qui in Summa Theologiæ, maximo labore, & industria methodū excogitauit, eandemque semper retinuit. Cùm igitur de hac ego re cogitans, antiqua Philosophorum documenta, & exempla repeterem: reuocare in memoriam coepi, alio modo Scientias, alio modo Artes esse tradēdas. Scientiæ quidem iuxta illas quattuor quęstiones, de quibus in secundo de Poster. Analy. est sermo, tradendæ sunt: nimirum, An res sit, Quid sit, Qualis sit, Propter quid talis sit. At multò aliter artes docendæ: vt quæ non sui præsertim gratia, sed in aliorum vsum institutæ sunt. Quare earum tradendarum ratio hæc esse debet, vt de illarum Fine, Materia, Officijs, & Instrumētis disputetur. Qui enim hæc quattuor in Artibus (vt in illis tribus, Dialectica, Rhetorica, & Poëtica) probè norit, haud dubium quin illarum ambitum comprehendat. Et (vt obiter hoc etiam dicam) qui ad Scientiarum cognitionem instrui hac ratione præceptis Artium, maximè verò Dialecticæ, summo studio niteretur; is dubium non est, quin & doctus esse, & docere apprimè posset. Sed immedicabile vulnus deploretur, sanctisq. cōmittatur precibus. Ad rem redeo. Iter meum non intermittens, cogitaui rursus, an hæc

concio-

co

m ncionandi ratio Ars esset, an verò Scientia. Subijt statim in
entem; vt in re clarissima, artem esse, atque in artis modum
tractandam. Quare eius Finem, Officia, Materiam, & Instru-
menta indagare oportuit. Perpendi rem: atque pro meo in-
genio Dialecticæ regulis vtens, & Dominum impris Iesum,
vt concionatorem primum, & optimum appellans, deprehē
di, concionatoris & Finem, & Materiam, & Officia esse pro-
pria. Cùm verò ad Instrumenta deuenissem; substiti, hæsitaui-
que inueniens multum difficultatis in via: sed Deo pijssimè fa-
uente, planum tandem iter oblatum est. Instrumenta namq.
duplicia, hoc est communia, & propria constitui oportere vi
sum est; sicut Arist. cōmunē, & propriā in Prima Philosophia
doctrinā inspexit. Cōmunia instrumēta intelligo, quæ Dialecti
ca, & Rhetorica, & Poëtica tradit; cōcionatori .n. necessariū,
est disserere, ornare, & cum accommodata actione dicere.
Quare Inuentionis, Dispositionis, Elocutionis, & Actionis
præcepta, tanquam instrumenta concionatoris communia,
tradere visum est necesse: eò vel maximè, quòd (malo nostro)
hæc ipsamet aridè, atque per translennam Theologi nostri do-
centur: illi, inquam, quos ego nunc docere volo: qui licèt in
Dialectica, & Scholastica, (vt vocant) Theologia sint satis à
doctissimis magistris eruditi: non ita sunt in inueniēdo, dispo-
nendo, ornando, atque agendo periti, & industrij. Viri namq.
grauissimi, qui sublimiores litteras, & acutiores speculantur:
hasce per faciles, &, suo iudicio, pedestres, nobis qui inge-
nio minùs multò valemus, docendas relinquunt. Quare neces
sitate ipsa compulsus, de Inuentione, & Dispositione primùm
disputationem institui. Atque vt lectorem integrè admoneam,
liber hic de concionandi ratione, pars quædā est libri de com
paranda, & exercenda Sapiētia, quem ante aliquot annos cō-
texere cœpi, & negociorum pōdere pressus, absoluere hacte-
nus nequiui: in cuius posteriori parte, quæ de exercenda Sa-
pientia inscribitur, actum est à me de Sacra Scriptura interpre
tanda, & amplificanda: eamque disputationem hoc de ratio-
ne concionandi opus sequitur. Porrò vbi amplificare sacram
Scripturam

Scripturam doceo; hoc ferè idem argumenti genus de Inuentione, & Dispositione attingo; quamuis pro instituti scopi modo nonnihil dissimile. Quare in hoc de ratione concionandi volumine (quod separatim nūc prodit) Inuentionis, & Dispositionis artem indagare fuit necesse: idq́. non sine magna (vt spero) Theologorum vtilitate: nam exempla semper ex sacris Scripturis attuli, vt cum arte imbiberent etiam Theologiam. Primùm ergo quòd ad Inuentionem attinet (viri plenè docti Petri Iohannis Nunnesij Valentini opinionem sequutus, quam ipse ex antiquissima veraque Philosophia decerpsit) doceo decem esse loca, ex quibus omnimoda argumentorum genera exhauriri possunt. Præterea Dispositionem In Iudicium, & Methodum sum partitus: Methodum in doctrinæ, & prudentiæ; quæ vtraque concionatori necessaria est, cùm mixtam quandam methodum is obseruare soleat: simulq́ etiam de geneseω̃s, & analyseω̃s Methodo tractaui, & de quinque illis cuiusque Methodi partibus, Exordio, Narratione, Confirmatione, Confutatione, & Epilogo. Absoluta autem Inuentione, & Dispositione; de Elocutione etiam, & Actione, ea quæ potissima sunt insinuaui: atque nonnihil etiam de Memoria. In hunc ergo modum generalia concionatoris instrumenta absoluta sunt.

Denique ad specialia instrumenta sum progressus: quæ, iuxta specialia concionandi genera, ad eorundem quattuor generalium instrumentorum rationem reduxi: appositis varijs exemplis, vt artem lectores exactiùs, clariusq́ue retineant, nihilq́ue ferè quod ad eam spectet, desiderent.

Hæc igitur dum præsto, tractatum hunc totum ita dispono, vt quinque illis communibus Methodi partibus constet, Exordio, Narratione, Confirmatione, Confutatione, atque Epilogo. Quamquam Confutatio admixta vbique est; idita exigente propria huius tractatus natura: qui cùm ex partibus diuersis, sicut & omnis Ars, constet, propriam Confutationem cum propria Confirmatione in singulis partibus requirit. Igitur quinque potissimis partibus, aut tomis hic liber

constat

constat. In primo de Fine, Officijs, Materia, & Instrumentis, concionatoris in vniuersum differitur. In secundo de Inuentione. In tertio de Dispositione: cui parti appendicem adiunxi: & mox de Eloquutione, Actione, & Memoria quædam addidi. In quarto de proprijs concionatoris instrumentis. In quincto de diuersis concionandi generibus. Quibus veluti librum sextum subnectere necessarium fuit omnium ferè concionandi generum exempla nonnulla, vt & artem, & artis vsum exempla ipsa demonstrent. Septimo autem loco de condendis Promptuarijs egi: quamquam hunc tomum nequaquam est mei muneris absolutum præstare. Nam cùm varius sit, & succrescere semper possit, átque recentibus augeri diuitijs: satis fuit eius aliquas indicasse partes, & aliqua initia perbreuia fecisse. Sed his non contentus, vt omni ex parte pium concionatorem iuuem, atque sacris exercitationibus internis, & externis expeditiorem reddam; octauo loco multa illi experimẽtis deprehensa do consilia, quibus munitus, multò (ni fallor) vtiliùs & faciliùs, & decentiùs ad populum concionabitur.

Hæc sunt quæ excogitauimus humanam concionatoris iuuantes diligentiam: quæ modestè adhibita laudãda semper est: tametsi Iesu Christi crucifixi concionator, qui animarum salu ti inhiat, non tam per laboriosam, & humanã diligẽtiam, quàm per sanctam orationem, verba, & spiritum à Deo petere debeat, iuxta veterẽ Sancto rum Patrum consuetudinem.

Ad Lectorem

OS Don Philippe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Aragon, de Leon, delas dos Sicilias, de Hierusalem, de Portugal, de Vngria, de Dalmacia, de Croacia, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorca, de Siuilla, de Serdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, delos Algarues, de Algezira, de Gibraltar, dlas Islas de Canaria, delas Indias orientales, y occidentales. Islas y tierra firme del mar Oceano, Archiduque de Austria, Duque de Borgoña, de Brauante, y de Milan, de Athenas, y de Neopatria, Conde de Absburg, de Flãdes, de Tirol, de Barcelona, de Rossellon y Cerdaña, Marques de Oristan, y de Gociano. Por quanto por parte de vos el doctor Diego Perez nos ha sido hecha relacion que aueis compuesto, y hecho imprimir enla nuestra ciudad de Barcelona, con approbacion del ordinario los libros siguientes: Camino y puerta dela Oraciõ, Platica delas mascaras, Auiso de gẽte recogida, Dela frequente Cõmunion y Cõfessiõ, Alabãça dela Castidad, Las addiciones ala vida y muerte dela Princessa de Parma, La vida nueua, De Ratione cõcionandi, Documentos para ganar estaciones, y la Vida Eremitica, el Espiritu delos Thesoros dela Iglesia, de Ratione audiendi Cõfessiones. Los quales segun dezis son muy vtiles, y prouechosos, y q̃ los queriades imprimir enlos Reynos dela corona de Aragõ suplicãdonos q̃ porq̃ enesto se ofrecerã muchos gastos, fuessemos seruido dar licencia q̃ vos y no otro alguno los pueda hazer imprimir, y vẽder enlos dichos Reynos dla corona de Aragõ por el tiempo que fuessemos seruido. E nos teniendo respecto a lo susodicho, ya que los dichos libros estã reconocidos por personas expertas, delas quales hauemos tenido bastãte informaciõ, y paraq̃ de vuestros trabajos alcãceys alguna vtilidad, lo auemos tenido por biẽ, Porẽde cõ tenor delas presentes de nuestra cierta sciẽcia deliberadamente y cõsulta damos licẽcia, permisso, y facultad a vos el dicho doctor Diego Perez q̃ por tiẽpo de diez años contaderos desdel dia de la data delas presentes en adelãte, vos o la persona, o personas, q̃ vuestro poder tuuierẽ, y no otro alguno, podays, y pue

¶ 3 dan

dā hazer imprimir y vēder los dichos libros, y qualquier dellos enlos dichos Reynos dela corona de Aragon, prohibiēdo, y vedādo expressamēte q̄ ningunas otras personas lo puedā hazer, sin vuestra licēcia, permisso, y volūtad, por todo el dicho tiēpo, ni los puedan entrar enlos dichos Reynos para vēder d̄ otros Reynos adōde se huuieren imprimido. Y si despues de publicadas las presentes huuiere alguno, o algunos q̄ durante el dicho tiēpo intentarē imprimir, o vender los dichos libros y meter los imprimidos para vender (como dicho es) incurrā en pena de quiniētos florines de oro d̄ Aragō diuidideros en tres partes, es a saber, vna para nuestros cofres reales, otra para vos, y otra para el acusador, y demas dela dicha pena, si fuere impresor pierda los moldes, y libros que assi huuiere imprimido. Mandando con el mismo tenor delas presentes a qualesquier Visorreyes, Lugartinientes, y Capitanes generales nuestros, Portans vezes de General gouernador, Alguaziles, y otros qualquier officiales, y subditos nuestros mayores, y menores en los dichos Reynos dela corona d̄ Aragō cōstituidos, y cōstituydores, y a sus Lugartiniētes, y Regētes dichos officios so incurrimiento de nuestra yra, e indignacion, y pena de mil florines de oro de Aragō a nuestros cofres reales aplicadores q̄ la presente nuesta licēcia, gracia y prohibiciō, y todo lo enella cōtenido os tēgan guardē, y obseruen, tener, guardar, y obseruar hagan, sin cōtradiciō alguna, y sin dar lugar ni permittir q̄ sea hecho lo cōtrario en manera alguna, si demas de nuestra ira e indignacion enla pena susodicha desseā no incurrir. En testimonio delo qual mandamos despachar las presentes con nr̄o sello Real comū enel dorso selladas. Dat. en S. Loreço el real a, 16. dias d̄l mes de Abril del año del Señor de. 1 5 8 8.

Yo el Rey.

V. Frigola Vicecan.	*V. Campi Reg.*
V. Comes gener. Thesaur.	*V. Marzilla Reg.*
V. Terça Reg.	
V. D. Hierony. Corella.	*V. Gassol pro Conseruat. gener.*
V. Quintana. Reg.	

Dominus Rex mandauit mihi Hiero. Gassol, visa per Frigola Vice. Comitē genera. Thesaur. don Hierny mū Corella, Campi, Terça, Marzilla, & Quintana Regent. Can. & me pro Conseruatore generali.

In diuersorum. xxij. fol. cx liiij.

ADMODVM ILLVSTRI, AC REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI D.D. IOHANNI Dima Loris Episcopo Barcinonensi, [illegible]us Iacobus Peresius,

QVICVMQVE In Christo Iesu, sicuti debent, proximos diligũt, ita sunt ab animo cõparati, vt nihil nõ cogitent, nihil nõ aggrediãtur, quod eorũ è re futurũ esse confidãt. Quod cùm ita sit: sic tibi, Præsul vigilantissime, ausim affirmare; eiusmodi meũ erga te animum proculdubio esse. Neq. vero erga te solùm; sed erga alios etiam Ecclesiæ tũ primates: tum minostros, atq. adeò erga laicos. Quid enim non eorum caussa velim, qui vt pacatè, & tranquillè Deo viuamus, nostri vel corporis, vel animi curam gerunt? Sed vt de te potissimùm loquar (neq. enim aliò nunc meatendit oratio) in te vnum præcipua quadam ratione, vt debeo, affectus sum. Tu enim de me multis, & maximis nominibus bene meritus es: id quod mea declarat per nouem iã annos in hac vrbe commoratio, & meũ etiã, nisi aliud præcipiat Dominus, diutius in ea cõmorandi consiliũ. Quare hoc mihi maximè in votis est, vt mãdata tua diligẽter exhauriam; & nequaquã mihi quidẽ ipsi (nam quid in terra mihi iam ætate, & laboribus confecto?) sed tibi potiùs hoc est tuæ gregis vtilitati, studeam. Itaq singulis ferè diebus cõcionor: in publica huius vrbis Academia sacram Scripturã profiteor. cõfessiones audio sæpe: & vbi ab his vacat; vel orationi, vel Horis Canonicis recitãdis, vel libris euoluendis horæ tribuuntur. Sat scio, & cũ summo animi mei dolore scio, hæc à me omnia minùs rectè, & minùs vtiliter præstari: nã pauperculus imprimis ego sum & [illegible] destituor præsidijs, quæ ad tã præclara munera obeũda necessaria sunt: & præterea quãuis multa legerim, audierim, didicerim; tamen per ætatẽ, per labores per peregrinationes, per alia quæ pertuli multa, eorum magna pars excidit è memoria. Sed his tamen omnib⁹ nequaquã perterritus

meum tibi laborem meamq́ operam deesse non patior. Quare nunc meum sequutus institutum, cùm de munusculo ad te mittendo venire in mentē; sic statui; rectè me facturū si quemadmodū paupercula illa vidua duo minuta in Dñi Gazophylaciū obtulit, ita ego vnū sal tē offerem. Plura equidem volebā sed in maximis temporū angustijs, quibus me assidua premunt negocia, fecit amor, vt vno tātùm cōtentus sim. Vtinam id sit alicuius momenti. Est autem munus id, de Sacra ratione concionādi liber: quem ideò elaboraui, vt qui concionari cogitant, & mei potissimùm discipuli, qui me vt eū scriberē impulerunt, habeāt in hoc ministerio (in quo magna & optima quidē Ecclesiasti cæ exercitationis pars cōsistit) aliquid adiumenti. Cerno me huiusmo di oneribus valde imparem esse: sed scientiæ tenuitatem, tot annorū experimenta aliqua ex parte cōpensabunt. Nā aliquādo senes vtiles esse possumus etiā illis, qui acutissimi & doctissimi sint: quippe quia eos aliqua ignorare plerumq. oportet quæ non nisi per tempus, & negocia scire contingit. Quòd si vel vni tantùm Theologo meus hic sit vtilis labor; Christo gratias ingentes. Si enim paruulo sæpe lucro contentus esse mercator solet, cùm id lucrum corporale sit: cur non ego, si vel minimum hoc lucrum spiritale fecerim, præclarè mecum actum esse existimem? cùm præsertim, qui vnicū concionatorem erudierit, multas simul cum eo fratrum suorum animas lucratus possit existimari. At spero, diuinam in me sæpe bonitatem expertus, laborem hunc meū, no tantū minùs doctis, sed multis etiam alijs vtilem in futurum. Ita enim pro sua omnipotentia Dominus, & Deus noster facere consueuit, vt humilibus vsus instrumentis, magnifica præstet. Ecce igitur vnà, Præsul amplissime, & mentem, & animū, & operam tibi offero meam: tibi inquam, cui potissimum omnia huiusmodi opera ideò dedicari debent, quòd de concionatoribus, & confessarijs discernere, eosq. dirigere, tui est officij. Lege ergo & expende librum hunc. Quòd si eruditioni prudentiæq́ tuæ non probetur, eat in ignes: sin autem probetur, tuum erit, eum tuis concionatoribus commendare. Hoc autem vno, & tibi, & omnibus, qui hoc opus in manus sumpserint, me satisfacturum scio, quòd aliū eiusdem argumenti librū, editū iā anteà iussu doctissimi, & omni pietate, & sanctitate clarissimi Cardinalis Borromæi Archiepiscopi Mediolanensis, huic meo pro colophone adiunxe-

adiunxerim Nam cùm hunc tu virum suspexeris semper, & pro animi tui sancta humilitate, quasi magistrum habueris: cum q. is, pro ea, quæ tibi cum illo intercedebat amicitia, hunc ad te librum amoris ergo miserit: non dubito quin eum sub tuo nomine nunc in lucem prodire, gratißimum tibi sit futurum Reliquis autem prætereà omnibus factum erit satis quandoquidem ex opere tam præclaro plurimùm illis si concionari volent, opis & adiumenti accedet. Deus. Opt Max.- veris & maximis te semper augeat, & cumulet diuitijs.

AD SACRAE THEOLOGIÆ STVDIOSOS IN CHRISTO Iesu fratres carissimos.

NIHIL Est in Ecclesia Dei, Fratres dilectissimi, quod in vtramq. partem tantũ valeat, hoc est fidelium conscientias aut ædificare, aut euertere æquè possit, atque Theologorum vita, & doctrina. Si enim ij, qua oportet eruditione, & morum integritate præditi sunt; lux, & sal, & refugium Christianis hominibus sunt: sin secus; rectè in eos illud conuenit: *A Prophetis Israël egressa est pollutio in omnem terram.* Omitto nũc Hæreticos, qui sub falsa pietatis specie, carnis perturbationibus miserè subcumbentes, & humanarum insuper Scientiarum cognitione superbissimè elati, falsò sacram Scripturam intelligunt; hoc est (more Iudaico) verba nuda inspiciunt; sanctorum Patrum, Ecclesiæq. catholicę spiritum contemnunt; Christianum splendorem, pulchritudinem, pacem, vnionem, puritatem; (etiam inuita humana Philosophia) obscurare contendunt: neq videt miseri, multa in promptu esse suorum errorum signa certissima; domestica scilicet bella, publicaq. diffidia, mores corruptos, pestiferam maledicentiam, crudelia deniq. in catholicos viscera. De alijs loquor, fidelibus illis quidem Theologis, non tamē satis pijs: qui dum parùm moratam vitam agunt, & doctrinam in ore

Hie. 23.

¶ 5 habent

habent ab Euangelica sanctitate, & perfectione multum dissidentem, id efficere solent nonnũquam, quod deplorauit Propheta illis verbis: *Qui faciunt vt obliuiscatur populus meus legis meæ, propter somnia eorum, quæ narrat vnusquisq ad proximum suũ.*
Hie. 23.
Nam cùm populi maior pars, eius sit ingenij, de quo Amos. 5. *Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfectè abominati sunt*: cumque in ea tempora (quantùm conijci potest) inciderimus,, de quibus 1. ad Thimoth. 4. *Erunt homines seipsos diligentes,* & rursus; *Erit enim tempus cùm sanam doctrinam non sustinebunt,* &c: sunt ex Theologis nonnulli, quorum in eo tota videtur cura esse defixa, vt hominibus pro libito faciant viuendi licẽtiam. Præterea cùm omnes ferè, qui ad consulendos Thologos confugiunt, non quid Domino gratum magis sit futurum sciscitentur; sed de hoc tantùm anxiè soliciti sint, vt absque gehennæ timore (nam timore solùm pœne feruntur) propriam effugiant abnegationem, & ijs omnibus, quæ ipsi sibi in animum inuexerunt, absq; mortifero peccato vtantur: nos, vt plurimum, Theologi, quibus credita erudiendi populi est cura, è suggestu, è cathedra, in colloquijs, in scriptis, mille excogitam' modos incredibiles, per quos huiusmodi hominibus placeamus. Vnde vox illa, ingenti lacrymarum vi ex intimo corde lugẽda emanauit in vulgus; *Conscientia Theologorum.* Quid? quòd vel apud homines de media plebe circũfertur, *Theologi mundi sunt confusio.* Heu Heu me miserum! quãdo magna medicinæ pars abijt in morbum, in pestem, in exitium. His ergo omnibus exagitatus, & multorum admonitionibus impulsus, ecce (quod nusquam in mentem venerat) animum appuli ad scribendũ. Primùm quidem deterrebar, cùm tot cernerẽ virorum litteris, & animi magnitudine præstantium multiplicata indies monimenta prodire; meæ verò exiguę facultatis mihimet essem conscius; quippe qui, pręter quàm quòd ingenio, & eruditione parum possum, à vigesimo sexto ætatis anno, mihi, & ijs qui mecum sunt, proprio labore victum comparem; in omni ferè exercitationum Theologicarum genere, hoc est in profitendi;

tendis litteris, in habendis concionibus, in mille docendi, instruendiq. populum Christianum modis semper elaborem; sacris confessionibus distingar; & nullum denique (audeo dicere) ex pijs vtriusque misericordiæ operibus non præstem: His tot, tantisque negocijs distentus, quidnam vnquam de nouis condendis operibus cogitarem? Sed amicis tandē morem gerens, opus quoddam à me ante annos sex, non sine magno, tametsi subcissiuo, labore cœptum, construere decreui; quod de comparanda, & exercenda Sapientia inscribere institui. Vtinam vitam, salutem, locum, ingenij subsidia nactus, absoluere ad Dei gloriam aliquādo id possim. Cur autem hoc præ ceteris argumentum elegerim, hoc fuit in caussa; quòd id quidem dormire quodammodo videatur, alia iam à multis satis tractata sint. At ingēs certè hoc est op᷒: multas enim, casq. non exiguas complectitur partes. Quare animus erat, quousque integrum, & suis partibus absolutū prodire posset, id silentio premere. Sed an mihi liceat sperare futurum, vt id aliquando absoluam, & absolutum expoliam? Certè id magni est laboris, ac diligētiæ. Nam, vt mea est ætas, & memoria, & occupatio multiplex; non dubito, quin multa propter obliuionem sæpiùs repetantur, alia minus accuratè extruatur, nonnulla præposterè collocentur, præsertim in opere, quod non labore continuato, sed per magna temporum interualla construitur. Quid ergo mihi faciēdum esse existimem? Certè dum amici vrgent, hoc tandem à me impetrant; vt qui totum opus conficere nō possim, hanc, quæ nunc exit, de exercenda Sapientia partē, hoc est de sacra concionandi ratione, (tametsi eam quidem etiam impolitam; & laceram) in vulgus edam. Quidam enim de ratione intelligēdi, interpretandi, & amplificandi sacrā Scripturam tractatus, qui huic operi indiuiduus deberet esse comes, quique concionatori per necessarius est, ob temporis angustias prætermittitur. Sed & alius de concionatore speciali omissus est tractatus, qui ad huius muneris absolutionem apprimè necessarius est. Quid de locis communibus? de enchiridio? de generalis

lis Historiæ compendio? deq. alijs permultis concionatorum operibus, & opib'? Hæc certè omnia nunc edere tempus nõ concedit: immò neque alia multa, quæ propiùs ad ipsammet concionandi rationem accedunt. Quare cùm sint quidem à me huius operis de Sacra ratione concionandi octo instituti libri, seu tomi: quinque ex ijs veluti abortiui nunc prodeunt: sextus inceptus est, neque absolui nunc potuit; itaque illum adumbrasse satis fuit: septim' autem, & octauus cœpti etiam sunt, sed feriatum tempus requirũt. At insinuabuntur illi quidem omnes. Neq; dubito futurum, vt ab aliquo perito Theologo, multò quã à me accuratiùs tradantur: non secus atq. in venatione, quæ alij indicarũt, aliorum est persequi, & capere.

Ecce, Lector, animi, mei institutum, ecce mea tenuitas, ieiunitas, & inopia. Vellem tibi profectò nectareas epulas offerre. Sed quid? si non nisi acetum oleo perfusum exhibere possum. De cunctis benè mereri cupietem animum meum ne abijcias: paupertatem ne contemnas, Nam quod dicere sæpe soleo, quodq. animo altiùs insidet meo, id tibi debet ob oculos versari; stulta huiusmodi, contemptibilia, & ea quæ non sunt eligere Deum, vt maxima queq. præstet; ne vlla in conspectu eius caro glorietur,

Peregi in Prefatione hac, quod nemini, qui meorum operũ inspector esse velit, vlla ratione latere velim; cur scilicet hoc opus lacerum prodeat, & vitijs plenum. Quod non ideo à me dicitur, quòd de mea gloria solicitus sim: quippe quia (Christo Iesu gratias immortales) inopiæ meæ non sum prorsus ignarus: sed ideo solùm, ne pijs, & doctis viris vlla scandalum afferam temeritate: Vale, tandem Christiane & Theologe Lector. Sed interim hoc à te magna animi contentione peto; vt si me viuente hic liber in tuas manus venerit; Dominum ores, vt preciosa in eius conspectu mors mea sit: sin autẽ iam ab hac vita sublato; ab eodem petas, vt à Purgatorijs ignibus exsolut' (id .n. mea poscit culpa) citiùs ad Dei conuolẽ intuitũ. Sed & hoc (obsecro) Dñm precare; vt hi mei labores, in Seruatoris nostri Iesu Christi gloriã, & multorũ vtilitatem cedãt.

DE SACRA RATIONE CONCIONANDI LIBER PRIMVS.

QVI TOTIVS HVIVS TRACTATVS generale continet exordium, & de Fine, Materia, Officio, & Instrumentis Cōcionatoris differit.

Cap. I. De quo Ecclesiæ ministerio dicendum sit

TRIA sunt in Ecclesia catholica, præstantissima munera, & beneficia, Sacrosanctum Missæ sacrificium, Diuini verbi prædicatio, Confessionis sacramentum, ab Spiritu sancto in Christiani populi vtilitatem instituta, Sacerdotibusq. cōmissa. Horum trium, sicut & ceterorum, quæ ad diuinum conferunt honorem, peritiam tradere, Theologorum est: vt qui Scripturę sacræ interpretes sunt, in qua, vniuersa, quę ad Dei honorem, & dilectionem, atque Christiani populi salutem spectant, includūtur. Atuerò officia hæc distribuere, eaq. exercendi potestatem dare, Episcoporū est: qui Apostolorum munus in Ecclesia obeunt. Atque vtinam ita instruerentur à Theologiæ magistris Sacerdotes, vt rectè, suauiter, facilè, & cum ingenti spiritus consolatione, munera hęc tria Episcopus Sacerdotibus iniungere, & committere posset. Vtinam, inquam, Thęologię sacrę magistri hoc sibi munus à Domino commissum arbitrarētur, vt nō nudam tantùm docerent Theologiam, quam scholasticam vulgus appellat, sacramq. Scripturam tātum exponerent: sed, quemadmodum solēt Medici, Iurisq. periti facere, discipulos suę traditos fidei ita erudirent, vt ad offerendum tremendum illud Missæ sacrificium essent idonei & promptiad concionandum instructi, & industrijad confessiones audiēdas, siue magi

Canone In nomine d. 12. & canone Eccle prin cipes d. 35. & canone quorum vi ces. d. 58.

strorum spiritalium ministerium exercendum prudentes, vigilantes, atq. bene docti. Nam cùm in hoc tota sit instituta, & in hoc tota laboret Theologia; cùm in hoc filius Dei effectus homo tot pertulerit, fecerit, dixerit; cùm hûc ea, quæ in cœlo, & in terra fiunt omnia, dum mortalis vita manet, dirigantur; vt ij, quos Pater, pro opere quod Filius cõsumauit, ei contulit, in

Ad Eph 5 Filij cedãt hęreditatē: (quod Pau. testatur, dũ ait *Christus dilexit Ecclesiam, & se ipsum tradidit pro ea, vt illã sanctificaret: mũdãs*

Ad colos. 1. *eã lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exiberet ipse sibi gloriosã Ecclesiã non habentem maculã aut rugam aut aliquid huiusmodi*; & alibi: *Est Christus in vobis spes gloriæ, quẽ nos annunciamus corripientes omnẽ hominem & docentes omnem hominẽ in omni sapientia, vt exhibeamus omnem hominẽ perfectum in Christo Iesu, in quo & laboro certãdo secundũ operationẽ eius, quam operatur in me virtute*; quibus locis quod Matt. 5. & Ioã. 17. Dominus docuit, beatus Pau. nobis explicuit) cur prope inutile censetur, & contemnitur, & cuiusq. arbitrio relinquitur, đ tribus illis menisterijs, quorũ hic vnus tam præclarus, tãque necessarius est finis, Theologos instituere? Cur ita docentur Theologi, vt ex scholis prodeuntes, nihil nouerint aliud, quàm disputare, & generalia verbaꝗ proferre? Cur arma gestantes armorum vsum ignorãt? Verùm de hac re disserere non est meum: ad Ecclesiæ Proceres spectat. Mihi tantùm in animo est, de ratione concionandi modò, postea de ratione confessiones audiendi nonnihil disserere, quò Theologi nostri, Dei populo prodesse magis possint. Quod enim attinet ad instruendum in tremendo Missę sacrificio sacerdotem: id & facilius, & communius est quadam ex parte, satisque in illis verbis insinuatur *Sacerdotes Domini incen-*

Leuit. 21. *sum & panes offerunt Deo suo: ideo sanctierunt, &c.* Quòd si per tempus licuerit: neq. hoc argumenti genus prætermittemus: modò verò de ratione concionandi primùm est dicendum.

Cap. II. In quo, quam sit vtile de Concionandi ratione differere insinuatur. & obiectionibus quibusdã satis fit.

INter cetera, quæ in Theologorum vtilitatem comminisci potest Theologus magister, vnum est præcipuum, concionandi rationem perspicuè, & accuratè docere. Nam cùm Theologi non sibi solis, sed, vt ait B. Paulus, vt Dei sint adiutores, hoc est in proximorum piā ædificationem, Theologiæ operā nauent: dubium non est, quin hac vna maximè diuini verbi disseminatione possint id præstare. Prætermitto modò scripturæ interpretationem, quæ si recta ratione fiat, præclarissimum est munus, & ad concionatorem instruendum maximè necessarium: de alijs vt loquar Ecclesiæ ministerijs: quamquam necessarium sit prorsus populo Missæ sacrificium; sitq. supremum Ecclesiæ opus, dignissimum, & celsissimum: necessaria confessio: spiritualia colloquia vtilissima: tamen præstantissima est certè diuini verbi prædicatio, si effectum, communemq. necessitatem spectes. Cetera enim omnia pia opera hoc vno fouentur: docentur ignari: conuertuntur peccatores: conseruatur pij: desolati consolantur: animantur pigri: accenduntur ad currendam mandatorū viam iusti: quo ad fieri potest, ad perfectionis apicem impellūtur imperfecti: & nullum deniq. pium opus est, quod non foueatur, excitetur, stabiliatur. Sed non est animus in præsentia de verbi Dei vtilitate disserere, cùm libri multi communem hunc locum absoluerint: satis sit illud Sap. 16. in medium producere *Non herba, neque malagma sanauit eo. Domine, sed verbum tuum, quod sanat omnia*: Item illud quod Petrus Christo respondit *Verba vitæ æternæ habes, ad quem ibimus?* Quod volumus nūc hoc est: Theologum ad concionandum commodè instruere.

1. ad Cor. 3. — *Comendat eam Conci. Tri ses. 5. c. 1* — *Con. Tri ses. 22.* — *Vide Consi. Tri. se. 5 c. 2* — *Sap. 16.* — *Iohan. 10.*

Neque sit cuiquam labor hic noster ingratus. Non enim à sancta Scriptura in ratione hac tradenda discedimus: neq. alienos contemnimus labores. Quod enim quidam obijcere possent Paulum dicentem, *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* nequaquam hoc rationem refellit nostram. Nam etsi pius quisquam & iustus à Deo vocetur, & ad prædicandum mittatur: nequaquam is debet vno contentus orationis, & meditationis vsu sanctissimo, litteratum studijs abstinere. Nam Beatus Petrus

Roma. 10.

Habetur in lib. Recog. B. Clemen. trus consultabat cum fratribus de re Euangelica: Beatus Paulus ad Gala.2. Hierosolymam venit consulturus Apostolos de ijs, quæ prædicabat, & 2. ad Timot.4. Membranas sibi adferri postulat: & omnes prætereà Ecclesiæ sanctæ doctores, qui nobis magistri dati sunt, Sacræ scripturæ, Patrumq. superiorum libris, & humanarum etiam disciplinarum adiumento vtebantur: adeò vt B. Bernardus, qui scribitur doctrina magis diuinitùs data, quam humanitùs parta præstitisse, etiam vacasse antiquorum Patrum libris asseratur.

Ad Gal.2.
2. Timo.4.

Matth.10. Atdicet quisquam nonne scriptum est: *Nolite præcogitare, quid loquamini?* Profectò sacrilegij genus est abuti sacris testimonijs. Eo loco de defensione propria coram iudice, sermo est: vbi cùm de vita, & moribus reddenda esset ratio; cumq. sæpe nescirent Apostoli quid sibi obijciendum esset; oportebat eos soli Deo confidentes, de commoda responsione non angi. Prouidentissimus ergo dominus præstantissimum quendam omnibus rebus modum constituit. Nam eodem capit.10. Matthę, quædam pollicetur se daturum: in quibusdam exigit humanam diligentiam: prædicationem autem, vtriusq; rei (hoc est & orationis, & scripturarum) studio committit. Pro quo etiam facit illud Pau. 1. ad Tim.4. *Dum venio attende lectioni, exhortationi, doctrinæ.* Non igitur sub specie sanctitatis poterit quis laborem hunc nostrum reijcere.

1. Timo.4.

Sed fortè quisquam hunc laborem contemnet; quia innumeri sunt homiliarij non recentium tantùm Theologorum, sed sanctorum etiam Patrum, à quibus satiùs videtur, quàm à nostris hisce commentationibus lumen mutuari. Malum hoc in multos serpit, quos ego vulgata voce, *Predicadores de memoria*, soleo appellare: quippe quia ex memoriæ, non autem ex intellectus aut voluntatis penu quidquam depromunt; quod est maximè & indecorum, & inutile. Rogo: nonne concio tempori, auditoribus, loco, negotijs, atq; ipsius etiam concionatoris personæ debet esse accommodata? nonne quæ vno tempori congruunt, alio sunt aliena? Si ergo non habes modum, quo pro ratione temporis, aut loci, aut personæ excogites, & dispo-

diſponas: quomodo poteris vt illi te concionari? nonne alter Eſaiæ, alter Hieremiæ eſt ſpiritus? alter Pauli, alter Iohannis? Vereor ne, quia proprio cares ſpiritu, ideò alij omnes quicunque illi ſint, ſpiritus, æquè tibi conueniant: aut, vt veriùs dicam, vereor, ne id tuo ſpiritu conuenire putes, quod nō ſpiritui quidem, ſed memoriæ accommodatum eſt.

Oportet itaque, immò neceſſe eſt, concionatorem, rationē concionandi talem in promptu habere, vt poſſit excogitare, & diſponere, & eloqui, quæ & ſibi, & auditoribus pro loco, tempore, negotijs, condicionibus ſint accommodata. Ad hęc, genus furti eſt, alienis tantùm laboribus memoriæ commendatis vti, te vero nihil velle vel oratione, vel ſtudio comparare. De quibus etiā Hieremias: *Propterea ecce ego ad Prophetas dicit Dominus: qui furantur verba à proximo ſuo vnuſquiſq.* Quod perinde eſt ac ſi diceret: non me conſulunt, ſed furantur verba Prophetæ alicuius: & ſi quid addunt, hoc ex ſeipſis, non ex ſancta inſpiratione addunt: itaq. veris falſa miſcent, aut ſaltem vera non ea ratione proferunt, qua ſunt ab alijs enunciata. Confirmatur hoc etiam ex illo Matth. *Omnis ſcriba doctus ſimilis eſt patri familias, qui profert de theſauro ſuo noua, & vetera.* Parabola eſt hæc, per quam intelligunt multi, Euangelicum concionatorem in veteri, & nouo Teſtamēto oportere eſſe verſatum, ac ſimul non tantùm debere aliorum ſcripta euoluere, ſed iuxta Patrum & ſcripturæ doctrinam, noua excogitare præſenti negotio accommodata.

Hiere. 23.

Matth. 13.

Præterea, ſi (vt proprio dicemus loco) finis concionatoris eſt fructum adferre auditorum animis, & ijs veritatem imprimere: nonne exploratiſſimum eſt, ea quæ proprio labore ſunt parta, atq. ex meditatione prodeunt, efficaciùs dici, ac imprimi auditoribus? quæ verò tantùm memoriter recitantur, ad aures tantùm peruenire, nec ſubintrare cor? Terminus quidem principio reſpondet: itaq. quod ex corde proficiſcitur, in cor permeat: quod autem ex memoria tantummodò petitum, per os effunditur, id auditorum etiam memoriæ ita excipiunt, vt per eorum tantum ora circumferatur. Hûc ſpectat illud Lucæ. 6. *Lucæ.6.*

Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona.

Præterea, semper ne tecum circumferre potes libros, aut alueolos? nonne continget ex cogitandam esse ex tempore concionem? aut quantumuis libri in promptu sint; nunquid quæcunq. tibi dicenda sunt, in libris sunt reposita? nonne audisti Iurisperitos dicentes: plures sunt casus, quàm leges? Multa se offerunt dicenda, quæ ab alijs tradita non sunt; præsertim cum nemini sit dubium, doctores sanctos nequaquam ea omnia scripsisse, quæ dicebāt; sed perstrinxisse multa, quæ Episcopi interdicendum amplificabant. Tibi ergo necesse est concionandi rationem extempore nosse, ac omni tempore excogitandi artem in promptu habere, cum sæpiùs occasio hæc incidere soleat. Nam (vt hoc etiam addam) cur non imitabimur sanctos Ecclesiæ Patres, qui magistri nobis dati sunt, ac exemplaria? Illi enim meditabantur, excogitabant, disponebant quæ illis erant ad populum prædicanda. Consulere ergo opus Theologis est Scripturam, & Ecclesiæ Patres, hoc est sacros Doctores Græcos ac Latinos, antiquos & recentes, simulque recentia tempora lustrare. Equidem non contemno eos quos multi sibi conficere solent alueolos: sed hoc tantùm illis persuasum volo, excogitandum esse præterea, & disponendum pro præsenti ratione quidpiam. Hoc igitur est quod præstare nitor; vt alienis laboribus benè vti noscas, scilicet alienis inuenitis adiungens tua, omniaque aptè collocans & disponens.

Sed scio adhuc à quibusdam hunc nostrum laborem super uacaneum censeri. Inquiunt enim: si sit homo natura lepidus, & facundus; optimus erit concionator, neque arte illi opus est: si verò stupidus; frustra est ars. Quibus ego, si per tempus liceret, prolixè explicarem, quantum inter Ethnicum oratorem, & Christianum concionatorem intercedat. Concionator enim Christianus non verbi sapientia nititur, sed spiritu; non eloquentia sed virtute Spiritus Sancti: neque enim per verbi sapientiam, sed per stultam prædicationem,

vt.

vt prim. ad Corint. 2. ait Beatus Paulus, mundus instauratus est. Sed satisfaciamus obiectioni. Tria sunt hominũ genera. Sũt facundi quidã. & à natura ipsa eloquentes & loquaces: sunt stupidi: sunt mediocres. Illi primi compescendi sunt: neque enim Euangelica prædicatio verborum pompam admittit; sed Christus crucifixus qui prædicandus est, sermonis grauem simplicitatem postulat; idque ipsa etiam ars Rhetorica requirit. Mediocres vehementer iuuabuntur per artis & rationis concionandi subsidia: stupidi autem, si velint esse attenti, dummodò non sint penitus incapaces, & elingues, ita instruentur, vt in Ecclesia Dei vtiles esse possint. 1 ad Cor 2.

Sed ecce obiectio altera in me ipsum. Dicet quisquam: cùm tu concionari nescias, quo pacto alios concionari docebis? Fateor me indignum concionatoris celso nomine. Sed tamen scio multos esse qui artem docent, in praxi tamen non ita bene versatur: vt in Medicis, & Iurisperitis experimur.

Quamquam igitur ego nunc maximè senio impeditus, non satis bene concioner ad populum: tamen experimenta me docuerunt, quo pacto concionandum sit. At à senibus consilium petendum, non exercitatio. Quamquam neq. obscuri prorsus nominis concionatorem me voluit esse Deus: senem me præclaræ adhuc vrbes vocant, vt ad illas concionaturus properem: & (Christo gratias) prædicationis effectus, & fructus semper extitit. Quare si non perfectus concionator; at non omnino inutilis sum. Sed desipio certe dum hæc dico: quare ignoscite obsecro.

At dicet quisquam: quamuis non prorsus perperam doceas; alius multò te meliùs docebit. Fateor: vtinam quis alius doceret: audirem ego libenter. Hoc namq. prædicandi munus ita arduum est, vt dixerit Beatus Augustinus; tunc concionatores concionari nosse, quando iam iam ad concionandum non suppetunt vires. B. Augu. de doctrina christia.

Scio præterea alia de caussa non omnibus me satisfacturum. Quidam enim, cùm de hoc eodem argumento conscripti sint libri: cur (inquient) nouum tentas opus? Sed abs re isti obijciēt. Quid enim? non scribet vllus in sanctam Scripturam, quia in eam tot iam edita scripta sunt? Scribamus ergo vt aliorum laboribus illustrissimis nostram etiam diligentiam adiungamus: nã & fortissimis Triarijs Hastati, & Scutati, & Velites etiã accedũt. Polliceor autem ego (fauente Domino) meum hunc laborem futurum intelligendis meliùs aliorum scriptis lumen non mediocre. Sed & erit præterea Tractatus hic facilis, perspicuus, quoad fieri possit breuis, ac veluti ingressus ad alios: itaq. ingenijs saltem parum præstantibus, quale meum est, nõ nihil proderit. Quare vel hoc solo nomine admitti debet; cùm Paulus dicat, *Sapientibus, & insipiētibus debitor sum.*

ad Rom. 1.

Cap. III. In quo, difficile concionandi munus esse ostenditur, multaq. in concionatore postulãtur.

ETSI quæcunq. in catholica fiunt Ecclesia sancta ministeria, propter ingenij nostri tarditatem difficilia sint nobis: tamen prædicandi verbi exercitatio, sicut vtilissimum, & sublime munus est, ita factu vehementer est difficile. Quod cùm multis rationibus demonstrari possit: à subiecto, vt Dialectici aiunt, potissimam sumo rationem. An non illud præstantius dices, & natura sua difficilius, quod in virum præstantiorem cadit? officia namq. maiora maioribus cõmittuntur. At certum est Christum Dominum nostrum in hoc venisse in mundum, vt annunciaret veritatem.

Esai. 61. Nam dese ipse Esaiæ. 61. ait. *Spiritus Domini super me eò quod vnxerit me ad Euangelizandum pauperibus misit me, &c.* Et

Iohan. 18. Iohannis decimo octauo: *In hoc natus sum, & in hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeat veritati.* Venit vt medicus, & venit

nit vt doctor: neq. enim lumē sine medicina, neq. medicina sine luminē. Quamquā meo iudicio (quod sicut & cetera melioribus submitto) medici opus, quod passione, & morte sua præstitit, difficilius quidem est, & magis præcipuum; per quod lumen & vires nobis promeruit. Apostoli etiam, Ecclesiæ fundamentum, ad prædicandum missi sunt: & Actor. 6. non vult Beatus Petrus cessare à verbo Dei, & oratione: & prim. ad Corint. 1. inquit Paulus, se missum non ad baptizandum, sed euangelizandum. *Act. 6.* *1 ad Cor. 1.*

Præterea cùm hoc sit in Ecclesia certum, & ex Concilio Tridenti. satis constet, supremam dignitatem esse Episcopalem: et cùm in eodem Concilio doceatur, officium Episcopi esse concionari, vt qui perfectus debet esse, præcellitq. monachorum statum: colligitur, plurima, illaq. magni momenti esse, quę ad hoc munus præstandum necessaria sunt. Sed quænam illa sint assequi, non est factu facile. *Ses. 5 & 2.*

Quare inuestigandum id nobis est: hoc est enim, quod præsertim quærimus; ostendere quænam præsidia concionatori sint necessaria. Duplex est autem deprehendendi modus. Nā aut ratione, & regula, aut exemplo, vel testimonio id assequi possumus. Duplex enim via hæc in omni re iuuare nos potest. Prior ille inuestigandi modus in hoc tractatu locum habet aptiorem, vt proprio videbimus loco. Quare hac primum insistentes via, constituimus, in omni actione, siue exercitatione, siue, vt aiunt, praxi, ex fine mediorum rationem sumendam. Nam cùm ex fine pendeant media: qualis finis, talia media; & inter finem, & media proportionem esse oportet. Concionatoris finis, ipsa est Christiani populi ædificatio, animarum conuersio, consolatio, conseruatio, prouectio, quidquid denique ad animarum salutem constituendam pertinet, vsque ad perfectam huiusce operis constitutionem. Nemo autem dubitat, inter Dei opera, quæ in nobis efficit, maximam esse animæ nostræ salutem; in quam diriguntur omnia. Hic est enim omnis fructus, vt auferatur peccatum, vt Esaiæ. 28. cap. habetur, & latius in ijs quæ dicenda restant explicabimus. Relinquitur *Esaia. 28.*

tur

tur ergo hinc,multa eaq́. difficilia ,grauiſſimaq́.eſſe præſidia, quibus oportet ornatum eſſe concionatorem ad opus pręſtantiſſimum,difficilimum,atq. rariſſimum conficiendum.

Sed iam exemplis(quę altera eſt deprehendendi ratio)oſtendamus,quibus indigeat ornamentis concionator. Tria ſeſe offeruntob oculos concionatorum genera:Prophetæ,Apoſtoli,Doctores Eccleſiæ:de ceteris enim nihil moror. Quis enim vel de me,vel de alio quopiam ex ijs qui modo viuimus, pronunciare audeat,abſolutum eſſe concionatorem,ad cuius formam exigendi concionatores ſint?At in tanto negotio oportet teſtes eſſe omni exceptione maiores.Quod ad Prophetas attinet,& Apoſtolos , non ita apertè ex ijs deprehendemus, quid nobis concionatoribus prorſus neceſſarium ſit. Nam vt

Heb. 1. Hebræ.prim.habetur,per Prophetas locutus eſt Deus.de Apo

Acto 1. 4. ſtolis vero ex actis Apoſtolorum,& ex Iohan. decimo quarto

Iohan. 14. 15.16. 15.16.notum eſt quam virtutem in eos Spiritus Sanctus efflauerit.

Quòd ſi quis haberet Spiritum Sanctum,vt Apoſtoli & Prophetæ,neceſſe non haberet,vt nos,humanis præſidijs: Spiritus enim Sanctus omnia continet·itaque ſuperuacanea eſſet hæc noſtra diligencia. Quamquam Moyſen prophetarum præcipuum,atque Dauidem aſſerere licet omni etiam humana ſapientia fuiſſe inſtructos. Nam Actor. ſeptim. dicitur Moyſes

Acto.7. omni Aepyptiorum ſapientia præſtitiſſe.Dauidem verò ipſa eius ſcripta demonſtrant,omni eruditione,arteque Dialectica,& Rhetorica,tum etiam & omni Philoſophia fuiſſe ornatum.

De reliquis autem Prophetis ſuſpicor vel eruditionem ſibi eos comparaſſe, vel ab Spiritu Sancto (quod magis crediderim)eam,quæ neceſſaria erat ad Prophetiam,lumine prophetico recepiſſe.Ferè in eundem modum de Apoſtolis phi-

Luca. 24. loſophandum nobis eſt . Nam etſi Lucæ vigeſi. quar. primùm dedit illis filius Dei Spiritum Sanctum ,aperuitque ſenſum,vt ſcripturam intelligerent: deinde Actor.ſecundo in lin-

Acto 2. guis igneis Spiritũ Sanctũ,vt prædicare noſſent,in eos effudit:

tamen

tamen beatus Paulus(vt Acto.22.habetur)secus Gamalielis pe- *Acto.22.*
des doctor euaserat. Meo autem iudicio dubitandum non est, illos Rabbinos, præsertim pios, omni abũdasse bonarum litterarum supellectile: semper enim populum Dei, sapiẽtia absoluta, humana, atq. diuina comitata est. Sed his duobus concionatorum generibus prętermissis, ad tertium accedamus, quod nobis, huius, quam scire nitimur, veritatis absolutum est exemplũ, atq. nobis accommodatum.

Inspiciamus Latinos Doctores atque Græcos, qui litteris & concionandi peritia nobilissimi fuerunt, quique nobis magistri, & duces dati sunt: exquiramusque quibus instructi armis prædicandi munus obierint. Nam quod in illis obseruauerimus, quos ad concionandi munus à Deo vocatos intelligimus, id pro ratione & regula haud dubie habendum est. Certè enim ornamenta litterarum, atq. virtutum, quibus præstiterunt, illis vel supernaturaliter prorsus collata sunt, vel naturaliter etiam, aut adhibito labore, vel omnibus simul hisce modis.

Cùm igitur ex historia, in qua eorum gesta narrantur, appareat, in illis fuisse accommodatam naturam, ætatem aptam, humanarum omnium litterarum peritiam, ac sacrorum librorũ diuturna lectione partam cognitionem, & præterea vitæ sanctitatem, & spiritum, milleq. alia id genus bona: has omnes opes, vel saltem bonam earum partem, in Euangelico concionatore requiri asserendum est.

Igitur præter naturam aptam & accommodatam, linguarum in primis peritia requiritur, & Dialecticæ, & Rethoricæ cognitio, atq. eius quam multi ignorant, Poëticę, quæ Rhetoricę perfectio est. Ad hæc Mathematicarum cognitio pernecessaria est: vt ab Augustino lib. de Doctrina Christiana, satis docetur. Præterea triplicem Philosophiam addiscere, & callere oportet. Hoc enim itinere ingressi sunt sancti omnes, humanas scientias prægustantes. Denique intelligenda imprimendaque in corde Sacrosancta scriptura est: illiusque phrasis, quasi natiuum idioma, hærere menti debet, quantumque

fieri-

fieri possit, bona scripturarum pars memoriæ est commendanda, non noui tantùm, sed veteris etiam Testamenti. Hæc enim omnia sancti Ecclesia Doctores effecere, dum alios anteriores se doctores sacros maximo studio nitebantur imitari. Hactenus de ijs quę cōcionatori necessaria sunt, quoad naturam & acquisitas litteras.

Secundo concionatori maximè necessaria vitæ sanctitas est: quæ multa complectitur: omnem scilicet virtutē & dona, omnem internam externamq́. mortificationem, omnes pias, sanctas, & vtiles exercitationes, & orationē maximè, ac ieiunium, tum etiam piam lectionem, quæ vehementer & spiritui, & prædicationi prodest, & misericordiam, & prudentem carnis macerationem, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus, vt B. Paulus ait 2. Timoth. 3. Sed de his omnibus in opere quod confeci de Theologiæ prælectore dictum est à me satis. Ex quo colligitur efficax ad concionatores argumētatio. Nam si hæc in sacræ scripturæ prælectore desiderantur: quantò magis ea in concionatore requiras? Nam si prælector qui docendis præsertim discipulis incumbit, vt rectè intelligat, & exponat sacras litteras, spiritu Dei afflari debet; dicente B. Pe-

2. Ad Timoth. 3.

B. Pet. cāt. 2. cap. tro, canonica secunda cap. 1. *Hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit. &c:* quantò magis id de concionatore dicemus, cuius partes sunt non docere tantum, sed mouere? Certe id dubitationem habet nullā; cùm ipsa nos doceant experimenta, homines non tam conmoueri verbis quam exēplis. Christus quidem cœpit facere,

Act. 1. & docere: Gedeonis milites aquam diuinæ sapientiæ manu o-
Iud c. 7. peris ad os deferebant: quanta manus, tanta lingua: non est regnum Dei in sermone, sed in virtute.

1. Cor. 11. Hoc ergo potissimum est, quod in concionatore efflagita-
Phi. 3. mus; vt quod dicturus sit, primus ipse faciat, & vt ita viuat, vt cū beato Paulo dicere possit *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* Si enim equum est, vt parentes, & duces, ac magistros nostros imitemur: iustum est vt ipsi se nobis præbeant imitatione dignos.

Quin-

Quinq. itaq. enumerata sunt, quibus ornatum oportet esse Theologum concionatorem. Primum natura corporis & animæ, muneri apta: Secundum lingua couueniens: Tertium peritia scientiarum: Quartum sanctarum scripturarum scientia iuxta Ecclesiæ doctores comparata, ipsarumq. firma memoria: Quintum, quod maximum omnium est, diuinus spiritus atq. vitæ exemplum.

At dices: si hæc mihi suppeterent, vt quid concionandi ratio? Adhuc necessaria est. Non enim statim qui nouit rem, illius vsum nouit. Nam experimento edoctus asseruit B. Augustinus, eos, qui non adulterant verbum Dei, sed ex Deo loquuntur coram Deo in Christo Iesu, etiam post diuturnam verbi prædicationem deprehendisse, nondum se esse satis bene assecutos absolutam prædicandi rationem: itaq. voluisse tunc incipere, quãdo prædicandi finis aduentabat.

B. Aug. de doctr. Chri.

Sed nos etiam verum esse hoc experimento docemur. Videmus enim viros alioqui doctissimos, & in omni litterarum genere claros, ad concionandum fuisse minus aptos: eos præsertim, qui scholasticis litteris, aut linguarũ peritiæ nimiùm hærent. Fortè est in caussa, quòd sacræ litteræ, concionandiq. officium, hominem poscãt placidum, pium, caritate potius, quàm nimia scientia instructum: quia litterarum scholasticarum instantior cognitio, & affectus, veluti spoliat voluntatem, dum ditat intellectum. Sed missa hæc faciamus.

Qui nimiũ scholis hærent, ex ijs multi minus sunt apti ad concionandum.

Cap. IIII. In quo iuuantur præsertim ij, qui, cum litteris non sint ornati, volunt tamen caritate, aut necessitate impulsi concionari.



IAM ad eos nostrum conuertamus stylum, qui, cùm tantum litterarum ornamentum non habeant, volunt tamen pro caritate, quam habent, aut proximorum necessitate ad christianum populum concionari. Quos dum iuuauerimus; & doctissimos quosq. iuuaui-

iuuabimus. Nam si hac nostra diligentia muniti etiam inermes non ignauiter pugnauerint, multò magis pugnabunt armatissimi.

Vt igitur id iam præstem, accipite theoremata aliquot. Sit primum. Si quis natura prorsus aptus non est: ne, obsecro, concionandi munus sibi assumat. Illum autem natura censeo ineptū, qui exprimere verba non potest: nam hic si loquendo risum excitet, ædificabit nihil. Porrò discernet naturam vir pius, & prudens. multi namq; ad loquendum quodammodo impediti sunt; qui tamen verborum pondere solent ædificare. Neque naturam appello genus, aut corporis formam, aut loquacita-
2 Cor. 10. tem. Quinimo maximus ille concionator B. Paulus 2. Cor. 10. referēs aliorum sermonem de se inquit. *Epistolæ diunt graues & fortes: forma vero corporis infirma, & sermo contemptibilis*: Erat
Forma Pauli. enim Beatus Paulus, quamquam prolixiori barba & in pectus demissa, corpore tamē flaccido, neq. elegāti: sermo vero ei⁹ exilis erat, id est non Asiaticus, nō eloquens, non sublimis; sed planus, placidus, communis, vim supra naturā nō in verborum cōpositione, sed in Spiritus Sancti virtute habens: vitæ autem cōditio eiusmodi erat, vt etiam prædicans sedentariam artē exerceret. Nec dissimilem fuisse in Christo rationem intelligimus.
Forma Christi. Nam quod attinet ad corporis decorem & elegantiam; tametsi vulgò speciosus fuisse credatur: tamen certe nimis pulcher aut venustus non fuit, sed graui, & honesta facie, corporisq. habitu conuenienti: & præterea non compto & composito verborum apparatu, sed pio, placido (vt ex historia Euangelica cōstat) vtebatur: & deniq. quod attinet ad humanam vitæ conditionem, vt refertur Matthæi. 13. & Marci. 6. contemptus fuit, &
Matth. 13. Marci. 6. illusus à suis ciuibus, dicentibus: *Nonne hic est faber & fabri filius?* Sit ergo concionator contentus, si mediocrem habet ad loquendum naturam: neque sentiat se ineptum, si neque forma, neque generis nobilitate, neque humanis præstat eloquentiæ donis.

Sit Theorema secundum. Qui non sentit spiritum Dei se ... habere;

habere;qui nondum membra,quæ sunt super terram,mortificauit;qui nescit macerare corpus;qui orationi deditus nō est, neque expertus vitæ sincerioris vsum;qui tentatus non est;denique qui non potest proximos exemplo ædificare: obsecramus illum per Christi viscera,& sanguinem,ne prædicandi officium sibi vsurpet.Caueat sibi ne maius iudicium subeat, vt *Iacobi* 3.scriptum est.Inde enim omne ferè emanat malum, quod dum concionamur eruditè,& vitā agimus minùs Christianam,scandalizamus,atque contemnendi verbi Dei damus caussam.Quare id nobis deberet semper ob oculos versari:cuius vita contemnitur,eius quoque necesse esse vt doctrina cōtemnatur.Hoc est quod Psalmo 49.dicit propheta: *Peccatori autem dixit Deus,quare tu enarras iustitias meas,& assumis testamentum meum per os tuum?* Hoc Malach.2. *Scandalizastis plurimos in lege.* Hoc ad Roma.2. *Nomen Dei per vos blasphematur.* Hûc pertinet illud Matth.5.de sale in fullo,quod ad nihil valet,nisi vt conculcetur ab hominibus:Et illud etiam dictū Hierem.23. *A Prophetis Israel egressa est pollutio in omnem terram.*

Iacob.3. *Psalm.49.* *Malch.2.* *Ad Rom.2* *Matt.5.* *Hiere.23.*

Neq. verò satis est dū concionaris,bene viuere,sed benè etiā antea vixisse oportet.Nā reuera nisi sis experimētis edoctus; nisi habeas thesaurum in corde,bene concionari nō poteris: scriptum quippe est Matthæi.12. *Bonus homo de thesauro cordis profert bona.* Et Ecclesia.34. *Qui non est tentatus quid scit?* Etenim si nō sis in oratione exercitatus,neq. spiritalia fuctis expertus; nō poteris ex animo,apta,& penetrantia verba proferre.

Matt.12. *Eccle.34.*

Sit Theorema tertiū.Si nō vocaris,si non mitteris à Deo,ne cōcioneris.Ita admonet Hier.cap 23. *Prophetæ currebant & nō mittebā eos.* Quod ad Rom.10.explicuit Beatus Paulus dicens: *Quomodo prædicabunt nisi mittantur?* Sed rogabis:quisnā me mittere debet?Si rectè & iuxta euāgelicam normā à Christo Dño verbis & exēplo traditā cūcta agerētur:cōtinerent se homines pij & docti intra penetralia orationis, humilitatis, & paupertatis;& Episcopi partes essent,eos ad prædicandum vocare. Sed si desunt huic officio Prælati,neq.inuitare volunt, sed rogari: tu qui proximorum vtilitate commotus concionari vis,pete à

Hie.23. *Ad Ro.10*

viris

viris doctis,ac verè pijs,& prudentibus consilium. Quòd si illi vt prædices tibi præscripserint:illa tibi sit vocatio, si Prælatus probet libens. Atque de ijs, quæ ad mores,& naturam spectāt, modò satis:postea enim in ijs, quę dicenda restāt,multò plura.

Sed illa est maxima,iudicio quorundam,difficultas; si nobis litteræ non suppetant. Huic satisfacturus,pręmittēdū cēseo im primis, quænam sint illæ cognitiones, quas concionatorem tenere,tamquam Scripturæ pedissequas, operę prętiū est. Sūt eæquidem artes illæ tres, Dialectica, Rhetorica, Poëtica: item Matthematicæ: Philosophiæ etiam tres, Naturalis, Moralis, & Metaphysica: ac tandem humana historia, sine qua veluti discincti homines sunt. Hæc sunt cognitionis humanæ genera; ad quæ cetera reuocantur: Nam Medicina ad Philosophiam naturalem,& Ius ciuile ad Philosophiam moralem reducitur.

Sunt & alia quinq. cognitionis pię ac spiritalis genera: scilicet Sacra scriptura, Ecclesiæ sāctiones, Ecclesię Doctores, Scholastica(vt vocāt) Theologia, ac Ecclesiastica historia, cuiusmodi est, quam Nicephorus, aut quā Eusebius ediderunt. Hoc enim studij genus vehementer cuncta cetera illustrat. Si vis, hisce iū ge piam, ac spiritalem doctrinam, quæ veluti summa est totius Theologiæ: qualis in libris spiritalibus continetur; vt in B. Iohāne Climaco, in Cassiano, & id genus antiquis & recentibus libris. De Ecclesiastica historia tam multa diximus in libro de cōparanda sapientia, vt nihil necesse sit ea hoc loco repetere. Sed de alijs, quæ enumerata sunt, cognitionis generibus non nihil sigillatim dicere debemus, vt prescribamus ijs, qui inopia laborant, quo pacto eam resarcire valeant. Igitur primū quod attinet ad humanas litteras; si desunt linguæ; nitere vel latinam satis intelligere: quod mediocri fiet labore, si legas libros latinos,& quod ignoras interroges: lingua etenim loquendo & audiendo discitur. Sarcies autem iacturam hanc vtiliùs, si latina in linguam vernaculam, vernacula in sermonē latinum conuertas.

Operæ pretium hoc loco est, pesti, ni fallor, nostri temporis infestissimę nonnihil mederi. Eò tempestate hac calamitosa

deuen

deuentum est cæcitatis, vt sacram Scripturam à quoquam intelligi non posse quidam contendant, si Chaldaicam, Hebrēā, & Græcam linguam ignorauerit: immò si in Rabbinorum monumentis non sit diu multumq. versatus. Proferunt hi nobis B. Hieronymum potissimum scripturarū interpretem, quoad sensum saltem litteralem; qui linguas omnes, & Syriacam apprimè nouit: proferunt decretum, quo hasce linguas in scholis doceri præcipitur: proferunt experimenta, quæ demonstrant, linguarum peritiam litterali scripturæ sensui assequendo multùm prodesse. Hæc omnia non reijcio: neq. enim contemnere fas est. Sed rei pondus in linguarum peritia ita constituere; vt eum, qui has ignorauerit, ad intelligendas scripturas ineptum iudices, blasphemum (si fas est dicere) & prope hæreticum censeo. Te rogo: si ita sunt necessariæ linguæ, & Hebręorum commentaria, vt absq. ijs Spiritus Sancti sensum in scripturis latentem deprehendere non possis: nullus ergo præter vnum B. Hieronymum, scripturarum intelligentiam est assecutus. Aberrarunt ergo Basilius, Chrysostomus, Gregorius Nazianzenus, Athanasius, Cyrillus, ceteriq. doctores ex Ecclesia illa Græca: Item Augustinus, qui neque Græcam satis linguam est cōsecutus, Gregorius Magnus, Ambrosius, Cyprianus, sanctus Thomas, ceteriq. patres latini, qui linguas ignorarunt. O cæcitatem inauditam! o ignorantiæ crassissimas tenebras! Idoneus, vt puto, erit tuo iudicio, scripturæ interpres adolescentulus aliquis fortè impius, audax, superbus, loquax; à cuius animo Dei sapientia longe absit; qui nauseet semper ad sanctorum Patrum scripta; qui ceteros præ se contemnat; qui adoret Hebręorum commentaria, & commenta; cuius hæc sit eruditio summa, promptè, & facilè scommata multa iacere: contra verò B. Gregorius, B. Thomas, B. Ambrosius, Augustinus, Cyprianus, & ceteri Ecclesiæ Patres non erunt ad scripturam interpretandam sufficientes. Memini cùm Salmanticæ agerem, decerneretq. Academia linguarum scholas constituere, præclarum virum Dominicum Soto ad Academiam scripsisse è Concilio Tridentino, ad quod à Rege nostro Philippo missus erat, vt

Clement I. de magistris

ab incepto abstineret:futurum enim esse, vt Theologi meliores litteras desererent,&Ecclesiæ doctores contemnerent,atq. superbirent.Non vsquequaq.hac in re hominem laudo; cum obstet ei Clementis decretum:& præterea necessarium valde illius consilium tunc in Hispania non fuisse video, cùm parùm ex animo studij hoc genus in ea reciperetur. Nam & Compluti,vbi linguarum peritia seriò excolitur constructis in id collegijs,& etiam Salmanticę,vitio certè nostro fiebat, vt ferè nihil hæc schola proficeret, respuentibus ferè cunctis hoc studij genus.Equidem non reijcio,sed probo,amplector, cunctisque opto linguarum peritiam:sed tamen ne à vero scopo aberretur,hoc prætereundum non censeo;ferendum nequaquam esse vitium quorumdam linguarum heluonum; qui dū huic studio toti hærent,& Hebræorum libros impensiùs euoluunt,Patrum simul doctrinam non diligunt; itaq. non sunt in Ecclesia Dei ædificationis proximorum, vti par est, studiosi.

Qui ergo potest linguas nosse,vel degustare;cui licet Rabbinorum antra inuisere;ei non resistimus:quin ad id faciendum illum adhortamur.Obsecramus tamen in Domino Iesu,vt pe dissequa sint illi omnia hæc,illisque vt præsidijs quibusdam vtatur ad sacras scripturas ita intelligendas,vt sacrorum,mysticorumq. sensuum thesaurum haurire & rationem reddere possit pro Ecclesiæ Patribus: qui non tantùm à vero sensu litterali non abfuere,sed supra illum altissimos construxere sensus. Quemadmodum enim linguarum peritia, editioni vulgatæ fauere debet: ita & litterales illi sensus, sanctorum doctorum sensibus subseruire.

Quod si cuiquā non contingat linguarum peritia; ne despetet,ne sit animo anxius.Tot enim circumferuntur translationes,tot annotationes & scholia,tot commetaria virorum, qui linguarum peritia præstiterunt,& in Hebræorum commētarijs versati sunt,vt inopiam nostram resarcire possint.Quod certe magnum nobis esse potest emolumentum: quippe quia,

C 2 tanta

tanta varietas in his est, vt rarò Rabbinus Rabbino, aut vnus linguæ peritus alteri consentiat. Vnde vitabimus nos ita labores, capiemus verò fructus.

Iam de Dialectica, Rhetorica, & fortè Poetica hoc tantum dicam ex B. Augustino. *Sola Dialectica fecit me discipulum, cetera per memetipsum didici*. Hoc autem est, vt verum fatear, meum præsertim institutum; Dialecticam, & Rethoricā, atque partim Poëticam exercere, simulq. tradere admixtam Theologiam, vt artem & opus simul habeant Theologi.

Quod vero attinet ad Mathematicas, & triplicem Philosophiam: si libros euoluatis ad Theologiam pertinentes, vt mox dicemus; paulatim ex ijs depræhendetis quæ vtiliora sunt. Neque enim potest quis sacram Scripturam intelligere, qui simul scientias has aliqua saltem ex parte non attingat,

Præterea si velit quis historiam nonnihil inuisere: legat Marcum Antonium Sabellicum; legat eam historiam, quæ vulgo Pontificalis dicitur, & eam quæ à Genebrardo edita est.

Ad sacrum vero studij genus accedentes, id primum constituimus; indignum esse Theologi nomine, qui sacra Biblia non habeat. Igitur quicunque hæc legis, quàm primùm possis, statutis horis perlege omnia Biblia; & vbi laborem hunc absolueris, quotidie lege duo capita; vnum ex veteri, alterum ex nouo Testamento. Atque vtinam nullus dies sine vel tantilla Beati Pauli lectione elaberetur. Ad hęc memoriæ manda quantam possis scripturam: hoc enim te vehementer iuuabit. *De toto Bibliorū volumine versando.*

Quod in ętate iuuenili perfacile est: postea enim quò maior erit etas, eò minus viget memoria; adeò vt illa etiam quæ retinebas, elabantur. Igitur verset Theologus noster scripturam sacrosanctā, vti dictum iam superiùs est: atq. (vt nō sine multo fructu euoluat illā) quando vno cursu tota pecurrit Biblia, vel, si mauult, quando singula capita, quotidie legit, notet signo aliquo obscura & difficilia, quę non intellexit; alio vero signo similiter notet vtilissima: ita vt nihil speciale ad-

adnotatione dignum fine notula relinquatur. hac enim lectione & memoriâ imbibet Scripturæ spiritum, & phrasim; & tenebit illius scopum; & fiet in sacris litteris peritus, atq. ex consuetudine hac cùm Deo concipiet spiritum, & vt alter Moyses vehementer illustrabitur intellectu, voluntate vero accendetur: si tamen animo legat pio, cognoscendæ diuinæ voluntatis cupido, & propriæ ædificationis auido.

De libris emendis. Quod verò attinet ad Scripturæ interpretationem; qui sacros omnes doctores Græcos ac Latinos coëmere non potest, habeat saltem Glossam, quam ordinariam appellant, quæ pauperi satis erit. Comparet Ianseniȷ Concordiam Euangelicam in Euangelia, & S. Tho. in Paulum, & Genebrardum in Psalmos: dum non potest sibi alios libros comparare.

De sanctis concilijs. Quod ad Ecclesiam attinet, nemo sit, qui Conciliorum summam non habeat, Conciliumq. Tridentinũ, proprioſq. Pij. 5. & Gregorij. 13. motus; atq. vtinã nullus esset Theologorum qui Decretũ Gratiani nõ haberet. Et oportet quidem horam aliquam saltem diebus aliquot, hisce ecclesiasticis sanctionibus dicare. Recentia vero Ecclesiæ placita nullo modo prætermittenda sunt; item de diuinis officijs editus liber qui Rationale vulgò nũcupatur, vt Ecclesiæ temporibus conciones accommodentur.

De Doctoribus sanctis. Quod ad doctores sanctos spectat; velim in ijs versatum esse valde concionatorem. Sed si multos habere nõ potest libros; habeat saltem B. Gregorium & B. Bernardum. B. Gregorius in Iob, virum ad concionandum aptissimum piumq. pariet. In Pastorali verò quid non docet ex ijs, quæ ad clericos attinent? In Dialogis autem exempla suppeditat. B. verò Bernardus pietate, & eruditione sancta plenus est: habetque Allegorias, & Anagogias. His si placet, adiunge, pauper Theologe, Milleloquium sancti Augustini. Hac instructus librorum lectione, feliciter cõcionaberis. Quid si B. Chrysostomus tibi suppeteret?

De doctoribus scholasticis. Quod ad scholam attinet; vnus sit tibi omnium instar S. Thomas, quem si nudum legeris in Summa, & in Summa contra gentes, & in Disputatis quęstionibus, audeo polliceri Doctissimum te euasurum, & pium, & ad concionandum, quo ad


veritates

veritates graues, pias, & vtiles aptissimum. Sed euolue item obsecro Hosium illum Polonum S. C. Tridentini præsidem: neq. omittas Martinum ab Aspilcueta: his enim libris scholasticam disciplinam disces atq aduersus hereticos eris instructus. Pauperem alloquor Theologiæ studiosum humilē & prudētē.

De pijs tandem libris dicendum, in quibus Euāgelij, totiusq. Scripturæ spiritus exponitur. Audeo dicere, praxim euangelicam in libris quos spiritales vulgus appellat contineri: quales ex antiquis sunt B. Iohannes Climacus, Iohannes Cassianus, Ricardus de sancto Victore, quibus adiūge B. Bonauenturæ opuscula: in quibus libris, si eos attente perlegeris, deprehendes Euangelij viscera, Scripturę spiritum, & graphicam intimamq. verbi Dei interpretationem. Quod duplici argumento persuadere possum. Primum hoc est, quòd si sanctos Græcos, & Latinos consulas, inuenies multis locis sparsa quæ in libris pijs coaceruata sunt, & multò magis perspicuè collocata. Aliud est, quòd B. Thomas librum collationis Patrum vehementer laudat; vnde vniuersos illos libros, qui de eodem argumento tractant laudet est necesse. Nolim contemni Recentium libros lingua euulgatos communi; vt Abecedarij tomos, librosq. Fratris Ludouici Granatensis, & id genus alios. Sed nos pauperibus modo consulimus, ijs designantes quandam magis necessariā, & minus caram librorum supellectilem. *De pijs libris.*

Hactenus ergo, quæ concionatori necessaria sint commonstrauimus; vt ij, quibus concionari venit in mentem, nunc sese ad tam sublime disponant munus: sicut eos facere videmus, qui vel Medicorum, vel Iurisperitorum munere sunt functuri: qui saltem per duos annos speciali quadam exercitatione se ad id munus obeundum premuniunt.

Ergo concionaturus, iam nunc incipiat per aliquod temporis spatium orationi vacare: pios euoluat libros, videlicet quos enumerauimus: præsertim vero sermonem Domini in monte, qui habetur Matth. cap. 5. 6. 7. & sermonem cœnæ qui habetur Iohañ. 13. cum quibusdam sequentibus, atque priorem ad Corint. Epistolam, & ex Esaia, Hieremia, Osea, & Malachia capita



aliquot memoriæ, vt diximus, mandet. Sed obseruemus præterea Theologum, vt præter orationem & lectionem, maceret corpus. Quid enim? Theologus singulis sextis ferijs non ieiunabit? aliquotq́, corporis macerationes non exercebit? Meminerit Christum Dominum nostrum, antequam ad prædicandum prodiret, per quadraginta dies ieiunasse, orasse, pugnasse contra demonem, ipsumq́. vicisse: quo nos docuit exemplo, quibus armis muniti, simus ad prædicandum progressuri. Eodem pacto scimus B. Iohannem Baptistam, imò ipsos Apostolos ante aduentum Spiritus Sancti, oratione, & ieiunio se præparasse: totamq́. concionatorum, qui exemplo nobis sunt, vitam nouimus esse pœnitentem. Profectò non vt Ethnicus orator, ad orationem perorandam Euangelicus instituitur concionator: is enim, vt inquit Bea. Paulus non in sapientia verbi sed in doctrina spiritus, & virtutis ad prædicandam ex animo Christi gloriam, atq. ad persuadenda, mouendaq́. homnum corda instructus in medium prodire debet: non vi præsertim verborũ apte compositorum, sed exemplo vitæ, & Spiritus Sancti virtute, verborumq́. ex sancto pectore prodeuntium pondere ita armatus, decoratusq́. vt humanas tamen litteras non reijciat. Nam vt Matth. 23. scriptum est, *Hæc oportuit facere; & illa non omittere.*

Matth. 4. *Marci. 1.* *Act. 1.* *1. ad Cor. 1.* *Matt. 23.*

Neq. fas est dicere quemquam: si vsque adeo spiritui innitẽdum est, quorsum tot consilia & admonitiones, præsertim cũ sint viri pij, qui absq. tot præsidijs verba efficacissima soleant pronunciare? Fatemur eiusmodi nonnullos esse viros, quos & nos ipsi vidimus aliquando. Sed nos concionatorem instruere volumus sanctis Ecclesiæ doctoribus persimilem, qui omnibus, quoad fieri possit, numeris absolutus, doctè, & sanctè, non sine prudentia, & humana pariter, ac diuina industria è suggestu ad populum concionetur.

Cap. V. Qua ratione ars hæc tradenda sit, & de concionatoris siue concionis fine.

Certum




Ertum est, nostrum hoc opus non ad cognoscentem facultatem sed ad agentem spectare. Non enim est huius tractatus finis scire, sed agere; non est speculatiuus, sed practicus; morali scilicet Philosophiæ per similis. Quare iuxta communem practicæ disciplinæ, seu morum Philosophiæ methodum tradendus est. Nempe à fine auspicandum, proponenda materia, ostendenda officia, præbenda instrumenta. Ita fecit Aristoteles, qui à felicitate exorsus, ad actiones humanas progressus, virtutum naturam explicauit, & quoad potuit virtutem persuasit: ita D. Tho. 1.2. per quinq. quæstiones primas agit de beatitudine dicturus de actibus humanis: ita Medicus à fine, scilicet salute corporis auspicatus, de propulsanda tractat ægritudine, deque iuuanda naturali virtute, ac tandem de præceptis siue aphorismis disserit. Quare rectè muneri nostro satisfaciemus, si finem ad quem concio collimare debet, præscripserimus, atq. materiã, ex qua concio conficienda est, & officia quæ præstare debet concionator commostrauerimus, & tandem instrumẽta præbuerimus, quibus instructus, ex scripturis aptam construat sibi concionẽ ad officia peragenda, quibus concionatoris concionisúe fructum assequatur. Quamquam qua ratione id faciendum sit, præsertim quoad instrumenta, iam aliqua ex parte supra indicauimus. *lib. 1. Ethi.*

De fine Concionatoris.

COncinatoris siue concionis vnus est ille finis, quem concionatorum magister edocuit: neq. enim alium constituere finem licet. Est igitur ille, quem ipse Apostolos atque simul cunctos alloquens cõcionatores indicauit Iohan. quinto dicens: *Non vos me elegistis sed ego vos elegi, & posui vos, vt eatis: & fructum afferatis, & fructus vester maneat.* Quod autem obijci potest ex Aristotele, finem Rhetoricæ non esse persuadere, nec medici sanare, sed præstare, quæ ad id necessaria sunt, mox absoluetur. Sat sit modò dixisse hunc esse scopum, vltimumque huius ministerij finem, vt fructus affe- *Iohan. 5.*

afferatur,& ita afferatur,vt duret & perseueret. Non enim vt Rhetores,ita concionatores,dũmodò dixerint debent esse cõtenti; sed impendere operam debent, vt verbũ Dei fructus sequatur. Quod cùm in multis scripturæ locis doceatur,cumque modo,quia de hac re iam diximus,properemus ad artem ipsam,vno vel altero testimonio in re apertissima sumus contẽti. Ergo constat hùc dirigendam esse prorsus concionem, vt Christus Iesus glorificetur,& proximi ædificentur. Hic enim solus est finis:hùc omnia media spectare debent;sicut & Iohan. etiam.15.ait Dominus: *In hoc clarificatus est pater meus,vt fructum plurimum adferatis & efficiamini mei discipuli.* Hoc est enim effici Christi discipulos, esse sanctos, atq. eos ad sanctitatem euehere, qui Christi discipulos se fatentur. In hoc Christus missus est,vt filios Dei,qui erant dispersi,congregaret in vnum: hæc

Psalm.2. est hereditas Christo promissa Psal.2.& Esai.53:hoc passim bea-

Esai.53. tus Paulus desiderat, vt verbum Dei crescat, & multiplicetur. Sed de hac re satis.

Fit ex ijs,illum concionatorem,qui alium quàm hunc finem sibi proponit,simulq. alijs medijs,quàm ijs, quæ à Domino exemplo,& verbo commostrata sunt,vtitur, adulterum esse; vt qui alienam vxorem,scilicet,verbum Dei,sanctumq.eius ministerium soli Christo dicatum,in alium vsum conuertit. De qui

B. Pau. 2. bus B.Paulus 2.Cor. 4. *Non sumus sicut quidam adulterantes verbum*

Cor 4. *bum Dei; sed tanquam ex Deo,coram Deo, in Christo loquimur.* Væ

Hierem.23 his,qui vel humana commoda,vel populi applausum, humanosq.honores,ac deniq. quicquid a Christi gloria, & hominum salute spiritali abhorret concione sibi aucupantur. Grande hoc est,&vtinam non frequens peccatum. Sed neq.de hoc mihi nunc pluribus verbis dicendum,cùm apertissimè scriptu

Ezec.33. ra apud Ezechiel.33.& alibi satis conqueratur de ijs, qui pascũt

Iohan 10. semetipsos;qui vt Iohan. 10. dicitur, non intrant per ostium, sed fures sunt & latrones.

Matth.12. Neque satis est,si concionator non noceat: quia scriptum est Math.12. *Qui non colligit mecum dispergit.* Non enim solùm muneri suo deest is,qui damnum infert,sed is etiam,qui nõ ad debitum,

debitum, & legitimum finem velis remisq́. properat.

Sed neque recte faciunt, qui hunc finem non integre, & perfecte assequi nitunrur, sed tantùm quæ necessaria sunt prorsus ad salutem concionantur: qui, vt suspicor, neque Christum Dominum nostrum, neque B. Paulum, aut quemuis ex Sanctis cōcionatoribus magistrum habere volunt. Christus enim prædicauit: *Estote perfecti, &c.* & prædicare iussit quæcunq. ipse prædicauerat, siue (quod idem est) Euangelium; idq́ omni creaturæ: B. vero Paulus ad Coloss. 2. *In hoc*, inquit, *laboro certando, vt reddam omnem hominem perfectum in Christo.* Atq. Ephe. 4. & ad Titum 2, ait, Christum venisse, vt conderet sibi sanctam, perfectam, gloriosamq́. Ecclesiam. Hoc ergo si ita est: cur tu nō prædicas Euangelicam perfectionem? quam si persuaderes, proculdubiò præcepta persuaderes; nam qui quod maius est persuadet, etiam persuadet minus difficile. Quod si obijcias sanctū Thomam differentem de ijs, quæ fieri possunt absq. peccato: Proh Deum immortalem! cur non perpendis, eum nō docere quod concionari, sed quod interrogatus respondere debeas, omnibus rectè examinatis circunstantijs? Quid ergo tibi insaniæ accidit, qui dum non nisi circunstantijs perpensis docere debes, leuem plebeculam sine discrimine doces? nonne aduertis, auditores non quod tu doces, sed quod ipsis libet, ex verbis tuis esse decerpturos? Vera tu quidem dices, sed non loco, & tempori, & auditorum conditioni accommodata. Est enim ea hominum natura, sunt eiusmodi hodierni mores, vt videas homines nihil aliud quàm falsæ libertatis occasionem quæritantes. Cur ergo non expendis, illos semper minora, quàm doces, agere? cur non ob oculos habes primum illud mandatum maximum de dilectione Dei, ad quod omnis doctrina reuocatur?

Math 5. ad Colos. 2. ad Ephe. 4 ad Timo. 2

Sed (quod superiùs diximus) obijciet quisquam, quemadmodum finis oratoris non est persuadere, sed ea facere, quæ ad persuadendum necessaria sunt, neq. Medici est sanare, sed omnia præstare, quæ ad salutem docet medendi ars; ita etiam finē non esse concionatoris, fructum edere, sed omnem adhibere diligentiam ad fructum edendum necessariam. Quibus ego respon-

respondeo, dubium non esse, quin hoc in manu concionatoris nequaquam sit, vt fructum edat: dicente B. Paulo. 1. Cor. 1.
1. Cor. 1. *Neq qui plantat est aliquid: neque qui rigat est aliquid: sed, qui incrementum dat Deus*. Itaque non quidem in anima fidem aut primam gratiam plantare, itemque rigare, hoc est conseruare, & prouehere, sed ad hoc tantùm adniti cōcionatoris est munus: Deus enim est, qui hec omnia interiùs operatur. At hoc certum est, nunquam sine fructu verbum Dei prædicari: si modò verbum Dei, & non verbum humanum prædicetur. Hoc primum experimentis comprobamus. Nam, obsecro, quando vel Apostoli, vel Prophetæ, aut viri sancti antiqui, vel præsentes sine fructu verbum Dei seminarunt? Proferant prosc ad uersarij, si quem habent. Præterea id ipsum communi omniū
Esai. 55. sētētia ex Esa. 55. probatur, vbi sic habetur. *Et quemadmodùm nix, & ros descendit de cælo & illo non redit: sed fæcundat terram & germinare eam facit: ita verbum, quod egreditur de ore meo non reuertetur ad me vacuum, sed prosperabitur & faciet omnia ad quæ misi illud*. Non reuertitur nix doctrinæ incutientis timorem, neque ros inuitātis ad amorem non reuertitur in cælum, idest non
Esai. 45. frustra venit in terram. Item Esa. 45. *Non dixi Iacob frustra, quæri te me, non in vacuū formaui terram: sed vt inhabitetur*. Non tamen
2. Timo. 2. necesse est, vt ad omnes fructus perueniat: satis est, si prosit prædestinatis: nam 2. ad Tim. 2. omnia sustinenda propter electos. Impij autem proficient in peius, vt idem B. Paulus eo cap. ait,
Psalm. 73. & in Psalm. 73. *Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper* Proderit ergo his quibus prodesse potest. Quare cum nullus sit locus, vt piè credendum est, à Christianis habitatus, vbi non sit electus aliquis, meritò pro eius salute in quouis loco laboratur. Idq. vel ex eo intelligemus quòd si contemplemur ea oppida in quibus nunquam, aut rarò verbum Dei prædicatur, contra verò ea, in quibus frequenter auditur: deprehendemus quam longe ij, qui audiunt frequenter, ijs, qui nunquam, aut rarò conciones audiunt, antecellant. Quamquam illud adnotandum,
Iohan. 4. non omnem sequi mox fructum. Nam Iohan. 4. inquit Dominus Apostolis: *Alij laborauerunt, & vos in laborem eorum introistis,*
&

& rursus: *In hoc verbum verum est, alius est qui seminat, & alius qui metit.* Et reuera ita sępe contingit, vt vnus concionator excitauerit auditores, alius eosdem conuerterit. Sed & in reprobos extendit sese fructus, vt vel non peccent peccata plura, vel nō tam grauia, vel non tam ex animo. Itaque semper sequitur fructus, vel præsens, vel futurus. Idq. in caussa erat cur antiqui illi Episcopi à prædicando verbo Dei non cessarent, quia certò cognouerant, nunquam sine fructu prædicari. Nam Eccles. 11. admonemur vt mane seminemus semen nostrum, & vesperi non cessemus. Et. 2. Tim. 4. ait beat⁹ Paulus: *Prædica verbū, insta opportune & importune: &c.* Et beatus Augustinus non nisi febri correptus, & in lecto decūbens, à prædicatione cessabat. Idēq. fere de beatissimo illo magno Gregorio licet affirmare. *Ecclef. 11.* *2. Timo. 4.*

Igitur quamquam non cogamus concionatorem, vt fructū adferat, sed vt omnia efficiat, quę ad fructum ferendum vtilia sunt: illum tamen consolamur, fructum certissimè ei promittentes. Quod autem de Medico, & Oratore obijcitur, lōge distat à concionatore christiano. illi enim proprijs viribus innixi operātur humanumq. opus faciūt, neq. spem certam habēt assequendi effectum: at verò concionator noster operatur cū Deo, vt Ionathas, habetq. vt nuper diximus, diuinas promissiones. Quare absq. dubio sequetur fructus, si rectè verbum Dei prædicatur. Sit ergo (vt summam colligam) quod ad concionatoris finem attinet hoc certum; finem cōcionatoris esse fructum illumque euangelicum: Præterea etiam illud, si verbum Dei prædicetur, haud dubiè fructum semper aliquem existere. Magni momenti doctrina est hęc: vix enim dici potest, quā tùm referat hunc finem concionatori ita esse propositum; vt donec eum fuerit assecutus, nunquam quiescat, immò ei semper inhiet, & pro eo crebris Dominum precibus appellet.

Caput, VI. De materia Concionatorii.

Mate-


Ateriā triplicē esse Dialectici tradūt: in qua, ex qua, circa quā. nihilq. vetat, vnam eandemq́ esse materiā ex qua, & circa quā. In nostra Theologia certum est, homines cunctos esse materiā in qua: ipsum verò Euangelium esse materiam, circa quam totus labor noster versatur: materiā verò ex qua, ipsum esse instrumentū vetus & nouū, ex quo desumenda est prædicatio. Quę omnia vno verbo Dominus complexus est Matt. vlt. *Data est* inquit, *mihi omnis potestas in cœlo & in terra: euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia, quæcunq. mandaui vobis.* Expendendum est, prius dixisse; *Data est mihi omnis potestas:* vt consolaretur concionatores, promittens daturum se ijs præsidium è cœlo per gratię dona, atq eos seruaturum; nec permissurum eos opprimi pro hominū libito, sed pro diuina prouidentia. Præterea oēs homines doceri vult: non monachos tātum sed coniugio etiam vinctos, & milites, & ceteros quoscunq. Et vult quidem doceri, vt seruēt omnia, quæcunq. ipse mandauit. At quid quid sancto Euāgelio comprehensum est, mandauit, vbi summa perfectio inclusa est: quę Matt. 5. Mādata minima appellantur. Est enim discrimen inter præceptum, & mādatum. illud significat, quod sub pœna mortis adstringit: hoc vero, quod ad salutem spectat; siue necessarium sit, siue vtile. Idem Marci vltimo: *Prædicate Euangelium omni creaturæ.* Porro id iuxta Ecclesiæ, Patrumq́ interpretationē annunciandum est.

Matt. vlt. *Matt. 5.* *Differt præceptum à mandato.* *Marc. vlt.*

Matt. 13. Ex quibus autem hæc doctrina depromenda sit, Matt. 13. habetur *Scriba doctus vetera & noua producit de thesauro scientiæ suæ.* Nam nouum Testamentum ex veteri pendet, quoad perfectā explicationē; sicut vetus à nouo absoluitur. Idem fere in Con. Tridentino ses. 5. cap. 2. vbi Episcopi admonentur, vt populum doceant, quæ scire omnibus necessarium est; annunciantes scilicet breuiter, & facile vitia, à quibus declinare, & virtutes quas sectari oporteat; vt pœnam æternam euadere, & cæleste m glo riam consequi quis possit.

Con. Trid. sess. 5. ca. 2.

Ecce prædicationis partem ait sancta Synodus esse vitia car

pere. Quare aberrant quidam qui aiunt non prædicare Euangelium qui vitia reprehendit, præsertim cùm Christus dominꝰ noster acerrimè inuectus sit in peccatores.

Ceterum vt hæc omnia clariora sint: cùm Ecclesiæ vniuersalis vsus recepèrit, vt hoc munus, nomine prędicationis euangelicæ exprimatur: de ratione Euãgelij dicamus; ex quo erit reliquũ erit, quid omnibus prædicandum sit, & vnde depromendum. Euangelium bonum nuntium ex Græca lingua nobis sonat: vnde ipse Christus Dominus noster Lucæ. 2 dicitur ab Angelis euangelium, in hunc modum: *Ecce annuntio vobis gaudium magnum. quia natus est vobis hodie saluator mundi* Ipse ergo Christus natus, Euangelium est. Est etiam Euangelium, Christi spiritus datus credentibus: vt Esai 61. *Euangelizandum pauperibus misit me, vt prædicarem captiuis indulgentiam. &c.* Ipsa itaq. beneficia nobis per Christum collata, communicataq. per spiritum datum nobis, Euangelium nuncupãtur. Tandem ipse contextus, seu scriptura euangelica, Euangelium vulgatissima appellatur voce, vt omnes norunt; & hùc spectat illud ad Gal. 2. *Contuli cum illis euangelium, quod prædico in gentibus.*

Quid Euãgelium sit, & quot significationes habeat.

Luca. 2.

Esai. 61.

Gal. 2.

Satis sit has perstrinxisse significationes. neq. enim ex professo de hoc differimus: sed tantũ colligere volumus, Euangeliũ ꝓ doctrina euãgelica, & in tota diuina scriptura, & vsitatissima Ecclesiæ cõsuetudine ab oĩbus vsurpari. Harũ significationũ prætermissa prima, qua ꝑ Metonymiã Chrs Euãgeliũ dicitur; altera potissima est. ꝓprie enim, ac præcipuè gratia Spiritꝰ sancti, siue Christi spiritus, Euãgelium dicitur: quod aperte satis ex Hierem. 31. cap. colligitur, interpretante Apostolo ad Hebr. 8. ait enim Hieremias. *Ecce dies venient dicit Dominus, & faciam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum.* Et paulo post: *Hoc est pactum, quod feriam domui Israel: post dies illos, dicit Dominus, dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorũ scribam eam.* Quod & cap. 2. indicarat. Et beatus Paulus ad Hebr. 8. dixit; *Dabo in mẽtem, & superscribam.* Itaque quod præcipuè Euangelium est, Spiritus sancti gratia est in cordibus nostris infusa. De qua beatus Paulus ad Rom. 8. semel & iterum: *Qui Spiritum Christi non ha-*

Hier. 31.

Hebr. 8.

Hier. 2.

Hebr. 8.

Rom. 8.

bet, hic non est eius. Qui Spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Charitas Christi diffusa est in cordibus nostris per Spiritū sanctum, qui datus est nobis: Et rursus: *Lex Spiritus vitæ liberauit me à lege carnis.* Vnde beatus Augustinus libr. de Spiritu & littera, *Leges Dei,* inquit, *ab ipso Deo in cordibus scriptæ, sunt ipsa præsentia Spiritus Sancti.* Probat autem sanctus Thomas meritò hoc præcipuè Euāgelium appellandum: nam in vnoquoq. genere ab eo, quod præcipuum est, nuncupatio sumitur: vt in homine à ratione. At quod præcipuum est in lege Euangelica quoad nos, Spiritus Sancti gratia est. Hæc enim est, qua remittuntur peccata, quæ iustificat, quę ad bona præstanda vires præbet, quæ filios Dei facit, & regni cælestis cum Christo coheredes.

B. Aug. lib de spiritu & littera. c. 17. c. 26. & c. 31. 1. 2. q. 106. art. 1.

Iam verò ipse Euangelij contextus qui Christi historiam, vitam, & verba continet, Euangelium dicitur: vnde illud quòd vulgo sacro sancta Dei Euangelia appellamus, in quibus quid quid Christus dominus noster egit, & prædicauit, perstringitur. Non enim totus mundus (vt beatus Iohannes ait) capere vnquam posset tot libros, quot de illius exemplo, doctrina, & miraculis scribi possent. Quæ autem tamquam doctrina propriè euangelica, & ab ipsomet Dei Filio prædicata in Euangelio continentur: ea sunt, quæ ad Dei perfectam cognitionem, & amorem, perfectumque operum vsum spectant: qualia sunt primùm quidem, quæ Christi mysteria nobis enarrant; vt quæ de mysterio Trinitatis, & Incarnationis Christi, cæterisque omnibus, quæ ad fidem christianam explicitè pertinent, in Ecclesia Christiana traduntur: Nam quòd Deus sit, illeque maximus, hoc naturalis lex, & ratio tradit. Hæc igitur ad perfectam Dei cognitionem disponunt. De quo Iohannis 8 *Hoc est opus Dei vt credatis* His accedunt quæ disponunt ad affectus puritatē: quæ scilicet mundi contēptū prædicant, vt homo Spiritus Sancti capax sit; iuxta illud Iohan. 14. *Et ego rogabo Patrem, & aliū paracletum dabit vobis spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere.* ij enim qui ex mundo sunt, Spiritum Sanctū accipere, id est, capere non possunt; iuxta illud etiā Iohan. 8. *Sermo meus nō capit in vobis.* Qui em̄ nimiū amat creaturas nō potest

Iohan. 21.

Iohan. 8.

Iohan 14.

ver

verbum Dei capere: qui plus amat quam par est; ægre capit: quippe quia iuxta affectus mortificationem caritas in corde vires acquirit, & colligit. Tandem in euangelica doctrina, vt omnia opera nostra à caritate perfecta oriantur, & ab eadē absoluantur docemur. Quae omnia nouum Testamentum absolute nobis integreq́. suppeditat.

Ceterum quoniam subobscura est Euangelij propria ratio; hæc verò disputatio de concionis materia tanti est momenti: libet de hac re seriò philosophari, explicareq́. quid præceptū, & quotuplicia præcepti genera sint, idemq́. de consilio dicere; vt tandem quando doctrina Euangelica sit præceptum, quādo consilium, aliaq́. id genus multa deprehendantur. *Vide D. Tho. 1. 2. q. 108. ar. 4.*

Præceptum doctrina est, in qua id præcipitur, quod ad vitam æternam consequendam, & ad pęnam æternam vitandam necessarium est. A præmio itaq. & pęna vt ab effectu definitur. Pręceptorum genera sunt quatuor. Quædam sunt diuina naturalia, qualia sunt duo amoris præcepta, decemq́. decalogi. Nihil nunc moror, si quatenus naturalia sunt amoris præcepta, de naturali amore sint accipienda, quousq́. illustrato per fidem intellectu de supernaturali amore accipiantur. Alia sunt diuina positiua, qualia sunt quæ in lege veteri à Deo data sunt, ad legem veterem propriè spectantia: quæ quia iam abolita sunt, ideo his prætermissis alia sunt nobis in noua lege præcepta diuina positiua; scilicet de Fide, & Sacramentis: quę impressa naturā non sunt vt prima illa præcepta, quæ ideo naturalia appellantur, quia natura impellit ad illa; sed data sunt à Deo vel scripto, vel traditione. Tertij generis sunt pręcepta humana Ecclesiastica: scilicet quę non proximè à Deo, sed ab Ecclesiæ Prælatis proficiscuntur, & ex constitutione, aut vsu pēndent; vt de quorundam obseruatione festorum. Tandem sunt præcepta humana, & laica, quæ à Principibus, vel Rebuspublicis ob publicum bonum promulgata sunt. *D. Tho. 1. 2. q. 103. a. 4.*

Consilium vero doctrina est ad melius expeditiusq́. finē consequendū instituta. Finem appello, perfectū Dei amorē in hac vita, in altera verò gloriam ęternam celsiorē. Qui enim cōsilia

obseruat

obferuat,multo magis aptus ad diligendum Deum erit;atq. mi-
1.Cor.7. nore impedimento ad illum properabit,vt 1.Cor.7. docet B. Paulus de eo,qui virginitatem vouit. Confiliorũ genera quattuor funt. Quędam enim ad tempus data funt;vt quę Matth.6.
Luca.9. Lucæ.9. Dominus docuit,in quibus pro legatione præfenti fibi commiffa inftruebantur Apoftoli,& ijs quædam concedebantur,quædam vero denegabantur ex ijs,quæ pertinent ad exter nos vfus:quæ tamen iam non funt obferuanda:vnde doctores fancti omnia illa modò ad fpiritum referunt;ficut & quæ Mar-
Marc.vlt. ci vlti.promittuntur Euangelicis concionatoribus. Quamquã B.ille Francifcus,non fine numine, vt Dei virtutem oftenderet,hæc à fratribus fuis obferuari voluit.

Secundum genus eft eorum confiliorum quæ de cõtemptu mundi differunt.negare teipfum docent,ferre crucem,renunciare omnibus,quæ poffides,& odio habere etiam patrem, & matrem,& vitam propriam:quæ omnia ij præftant,qui omnibus prætermiffis foli Deo vacant. Quorum primi funt, qui fe religionibus manciparunt, vbi tria illa eduntur vota, quibus omnia terrena ad tria illa,fcilicet honores, & diuitias, & delitias reducta,abijciuntur,contemnuntur,& odio habentur. Vnde Religiofi,Religiofęq;perfectionis ftatum habere dicuntur.
D.Tho.1.2 q 108.art. 4.in corpo. Nam dum omnibus terrenis renunciant,idq. voto confirmãt; ftabilem habent viuendi modum confequendæ perfectioni aptiffimum: quamquam contingere poffit,vt perfecti nõ fint; fi ex corde non renuncient,euellantq. omnem concupifcentiam.Fieri enim poteft,vt perfectus fit quifquam,qui ftatũ perfectionis non profiteatur,nimirum fi purum ab omni terreno affectu cor habeat:cõtra verò vt is,qui in ftatu perfectionis degit,imperfectus fit,quoniam perfectum Dei amorem non eft
Luca.14. &.9. adeptus.De hifce verò cõfilijs legite Lucam præfertim cap.14 &.9.Quibus quidem & totum Euangelium,vniuerfumq.nouũ Teftamentum refertum eft.

Tertium confiliorum genus ipfa eft Euangelica perfectio.
Matt.5.6.7. His enim confilijs(de quibus præfertim Matt.5.6.7.) diuina mãdata apertiùs explicantur,atq. illorum fublimitas,& finis defcribitur

bitur. Addūtur quippe ea præceptis: quę in illis inclusa (tametsi ignorata) erant. Sed & sparsim in veteri Testamēto, immo & in Philosophicis libris, quamplurima erant vel tradita, vel insinuata: nunc autem in sacrosancto Euangelio expressa, atq. perspicuè & perfectè exposita sunt & edocta. ita tamē, vt perfectionē in caritate præsertim consistere, intelligamus. Tantùm enim perfectionis habebit quisq. quantùm amoris: iuxta illud 1. Cor. 3. *Maior est caritas*, & Col. 3. *Caritas est vinculum perfectionis*. Non enim, quod quis plura præstet opera, cùm perfectum non habeat amorem, perfectus est: sed quòd maiorem habeat caritatem. Præpōderat ergo caritas omnibus alijs operibus: & eatenus opera meritoria sunt, quatenus vel à caritate elicita, vel imperata: tantumq. habent meriti, quanta, ex qua proficiscuntur, caritas est. Nihilominus tamen ex natura sua quędam sunt opera alijs perfectiora: & in vnoquoq. præcepto est opus necessarium ad salutem; & est opus perfectum. 1 Corin. 3. Colos. 3.

Genus tandem consiliorum quartum, omne virtutis opus, quod non est præceptum, à S. Thoma appellatur. Quidquid ergo boni operis præstare quis poterit, quod non præstans nequaquam peccaret, consilij id opus est. Hæc ergo sunt præceptorum, & consiliorum genera.

Rursus hæc omnia consilia alia quadam ratione diuiduntur: aut enim sunt consilia generalia, aut particularia. Nam quę Dominus noster in Euangelio nobis tradit, generalia sunt: quæ vero nobis nos ipsi excogitamus, sunt particularia: qualia solent viri pij diuino incensi amore excogitare; vt in Religionum auctoribus videmus, qui multas corporum macerationes, ac pias exercitationes inuenerunt. De quibus Esai. 3. *Dicite iusto, quoniā bene; quoniam fructum adinuentionum suarum comedet*. Et de quibus etiam ait B. Chrysostomus, pias animas plura, quam in scripturis Deus pręcepto vel consilio doceat, in Dei gloriā pręstare. Esai. 3.

Ceterùm non est hoc loco prætermittendum, omne consilium posse fieri præceptum; quamuis non omne præceptum fieri possit consilium. Multa enim, quæ per se ipsa consilia sunt, possunt esse media ad præstanda præcepta nobis necessaria: vt

si ieiunium, vel frequens receptio Corporis Christi, vel contẽptus corporei cultus, & ornat⁹ media essent ad castitatem retinendam necessaria. Nam vbi ad vitandum peccatum mortiferum, vel ad diuinum præceptum exequendum media necessaria sunt; consilia iam non sunt, sed præcepta. Tum etiam necessaria sunt vbi aduenientibus circunstantijs iam pertinẽt ad pręcepta: veluti, actu diligere inimicos, eisq. benefacere, cùm in necessitate versantur, præceptum est; cùm alioqui sit cõsilium.

D.Tho 1.2 q.188 ad 4 & ad vlt. Hîc tamen ex amine opus est prudenti & acuto, vt intelligatur an ex necessitate medij, vel circunstantię, consiliũ abeat in præceptum. Et hoc est quod vulgo circumferri solet, cõsilia in pręparatione animi esse præcepta: hoc est oportere ita animatum esse quemquam, vt consilium exequi velit, si quando mutetur in præceptum. Igitur diuersa est ratio præcepti, & consilij. Præcepta enim semper obligant; quamquam si affirmatiua sint nõ pro semper, sicut negatiua: at consilia non obligant ex naturã sua semper; sed solum vbi occurrat specialis ratio, propterquã in præcepta mutentur. At contra, præcepta naturalia non abeunt in consiliorum naturam; quamuis fortè propter paruitatẽ materiæ, aut deliberationis defectum alquando eorum transgressio non mortale, sed veniale aut nullum fortasse peccatũ sit. Idẽ ferè de præceptis noui testamẽti dicendũ. Pręcepta autẽ humana, siue Ecclesiastica, siue laica sint; sæpe reuocãtur: & tũc quidem mutata videntur in consilia: nisi fortè ex circunstãtijs incommodum pariant. Veluti olim pręceptum erat quotidie cõmunicare: hodie verò consilium est, si absq. incõmodis fiat.

Iã vt vlteriùs progrediamur; ex multis, quę cõcionatoris materię multũ adferũt lucis, plurimũ refert intelligere, qd lex naturalis, & vetus, & noua inter se distẽt. Lex quidẽ naturalis tãtùm naturalia pręcepta pręcipiebat: quę & pręcepit lex vetus, aut potiùs recepit, & vt generalia cõplexa est. Naturalia enim immutabilia sunt, & omni tẽpore nos astringũt: neq. vllius legis sunt ꝓpria; sed omniũ communia. s. cũctos homines, qua ratione homines sunt, deuincientia. Quamuis, quia in Euãgelica lege absoluta, & perfecta sunt; ꝓpriùs ad eã quodammodo spectare dicãtur. Addidit lex vetus pręcepta illa oĩa legalia, ceremonialia, &

iudicalia:illa inquã,quę à Deo apposita sunt adChristi aduentũ spectantia,vt populus ad illum recipiendũ disponeretur. Qua ratione à B.Paul.ad Gal.3.lex appellatur pedagogus inChristo; Christusq. ad Rom.15.minister circuncisionis,idest qui circuncisionẽ adimpleuit,atq. absoluit.Qui enim ad ministrat; in suã curã recipit id quod administrat.Vnde lex illa imperfectionis appellata est;vt quę ad pueros spectabat,quaten⁹ talis lex erat. At noua lex nõ differt essentia à veteri lege.Nã vt ad Ro.4.B. Paul.ait,vnus Deus est qui iustificat circucisionẽ ex fide,& præpu:iũ per fidem:nam fides ex circuncisione,vt ex figura, ꝓdijt. Gentiles autẽ accepta aliunde fide,quã per circũcisionem,per fidem viuã seruantur absq.circuncisione.Differt ergo solũ per fectione lex noua à veteri.Nam lex noua perfectionẽ amoris prędicat; scilicet perfectũ amorẽ;& amor vinculũ perfectionis est,idest quod stabilit,firmatq.perfectionem.Itaq.perfecti,qui in lege veteri extiterũt,ad legem nouã spectabant,in cuiusvirtute spiritũ perfecti amoris acceperũt.Fit ex ijs omnibus(ꝙ cõcionatoribus oĩbus summopere persuasum velim)Euangeliũ quatenus Euãgeliũ,quoad pręcipuã illius rationẽ,amoris perfectionẽ significare:itaq.prędicare Euangeliũ idem esse, ꝙ perfectũ dei,&proximi amorẽ prędicare.Hũc igitur arcũ intindere,hũc oẽs labores, & industriam, hũc omnẽ doctrinã dirigere debet euãgelicus cõcionator,vt omnẽ hominẽ perfectũ faciat in Christo.Erit autẽ perfect⁹,si perfectũ habeat amorẽ,Merito autẽ,licet Euãgeliũ cõtineat plura, vt dictũ est.s.præcepta fidei, & sacramentorũ,atq.pręterea cõsilia primi,secundi,& quarti generis,de qbus supra:tamẽ ab amoris perfectione appellationẽ sumere debet.Vt enĩ Euãgeliũ etsi gratiã &contextũ euãgelicũ significet;pręcipue tamẽ pro grã sumitur;quoniã hoc pręcipuum est:ita quamq̃ Euangeliũ multa simul opera moralia doceat,vt Matt.5.6.7.videre est:tamẽ ab amoris perfectione pręcipue est appellandũ. Hoc enĩ in Euãgelij lege pręcipuũ est,vt ad Ro.8. docet D.Pau.*Nõ accepistis spiritũ,*inquiẽs,*seruitutis iterũ in timore sed accepistis spiritũ adoptionis filiorũ,in quo clamamus Abba pater.*

Pau.ad Galat.3. Rom.15.

Rom.4.

Matt.5.6.7.

ad Rom.8.

Cùm itaq. in amore consistat perfectio,cũq. perfectio ratio

 sit

sit, quæ Euangelium constituit præsertim: fit, vt prædicare Euā gelium, si exactissimè loquamur, nihil aliud sit, quàm diuini amoris, ac item dilectionis proximorum perfectionem prędicare. Cetera etiam prędicare debemus; vt quę huius perfectionis media sunt, aut effecta. qualia sunt, præcepta fidei, & sacramentorum; itē omnia opera moralia, & religionis præcepta; & quę ad decem mandata spectant; de quibus Matth. 5. 6. 7; & præterea mortificatio, contemptusq. rerum omnium; quæ ad secundam consiliorū genus spectant; ac tandem quę ad quartum cō siliorum genus. Sic enim niti debemus Deo perfectum vndequaque parere populum; semper insinuantes ad amorē esse ad- spirandum, in quo perfectio consistit: idq. siue in religione, siue in matrimonio viuas & quidquid operis exerceas. Nā Christi Iesu amor, & gloria, noster semper scopus esse debent.

Matt. 5. 6. 7.

Matt. 5. Ex his explicari facile potest quod Matt. 5. Dominus dicit: *non veni legem soluere, sed ad implere.* Quod triplicem habet sensum. Nam adimpleuit, quidquid in ea pręceptū erat exactissimè prę stans: & prętere a adimpleuit absoluens, perficiensq. quidquid in ea docebatur, id est mysticos docens, aperiēsq. sensus, addēsq; illa omnia, quę ad perfectā iustitiam spectabant, quę in lege veteri non erāt apertè tradita: & deniq. adīpleuit ad ea efficiēda prębēs spiritū. Qui tertius sensus aptissimus est, explicatq. discrimē quod inter legem veterem, & nouam interesse diximus.

Sed obijciet quisquā: nonne in lege naturę præcipiebatur sū ma illa Dei dilectio in primo mandato, quā B. Aug. in hac vita præstari non posse pronūciat? quid enim est perfectionis, quod in præceptis dilectionis & iustitiæ non sit comprehensum? In lege veteri (vt in Iob, in Dauide, in Sapientiæ libris, in Prophetis) nonne maxima insinuatur perfectio? adeò vt de inimicorum dilectione sermo sit? Nam Prouerb. 5. habetur. *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum:* Et de cohibendis oculis, de maxima temperantia, deq. altissimis operibus multa sunt in antiquis libris comprehensa. Immò & philosophi de summa perfectione, & (quod maius est) de Iesu Christi mysterijs multa loquūtur: vt Orphæus, Apollo, Sibyllæ, Plato, Socrates, Epictetus, Aristides: quid Seneca:

Prouerb. 5.

Lege Nicephorum & Theodoretū

Seneca? Vtinam libros hosce Theologi euoluerent: reperirent proculdubio in his mirabilem sanctitatem. Præter hęc omnia, fuerunt in lege naturæ, & veteri viri sanctissimi: quales Enoc, Iob, Abraham, Dauid. Nonne dictum fuit Abrahæ: *Ambula coram me, & esto perfectus?* Nonne Dauid Psalm. 72. *Quid mihi in cælo & a te quid volui super terram &c?* Cur ergo perfectionem Euangelio ascribimus, cùm eam verbis & exemplis lex naturæ, & vetus tradiderint? Gene. 17. Psalm. 72.

Sed quod ad exempla attinet, sicut supra dictum est, posse quemquam in statu imperfecto viuere perfectè, & etiam in statu perfecto imperfectum existere: ita etiā de statu veteris legis philosophari possumus. Potuit quidem Iudæus perfectus esse sicut Dauid. Quod cum ita sit; proh dolor! quot sunt christiani imperfecti? Sed hi certe iuxta spiritum ad statum Iudęorū pertinent; sicut rursus Iudęi, qui spiritu perfecti erant, ad christianum statum pertinebant. Quòd verò attinet ad obiecta ex libris; negare non possumus, quin in libris citatis, & mysteria fidei insinuētur, vt auctores sunt Theodoretus in libro de affectibus Græcorū, Nicephorus in libro de Ecclesiast. historia: quinimo reuera in commemoratis Philosophorum libris, de mortificatione innumera sunt præcepta, & consilia. Ceterùm omne genus consiliorum nullibi præterquam in sacro Euangelio, est ita apposite explicatum, & (vt diximus) per quattuor genera distributum, vt nihil perfectionis desideretur, & eo ordine digestum, vt certis gradibus ad finem peruenias: itemq. nullibi finis hominis, hoc est beatitudo, ita fuit apertè declarata, vt in Matth. 5. vbi in rebus corporeo appetitui aduersantibus cōstituitur, & omnia simul consilia concinnè, absolutè, & distinctè enumerantur. Itaque hoc totum Euangelio acceptum ferre debemus, quòd perfectionis legem integram, & absolutam, phrasi plana, & syncera nobis exhibuerit; eamq. Christus Dominus noster non verbis tantum, sed re etiam ipsa, hoc est exemplo confirmarit. Igitur tametsi perfectionem affirmamus nunquam fuisse ante Christum Dominum nostrum sic à tenebris erutam, & in aspectum, lucemque prolatam, clareque & gra- Matt. 5.

phicè verbis, & exemplis descriptam: tamen non negamus in diuinis naturalibusq. præceptis eam contineri. Certè enim nihil perfectius esse potest, quam primum mandatum, vbi & ex obiecto, & ex modo summa perfectio præcipitur. Docemur enim in eo quantùm fieri possit Deum amare: Deum, inquam, per fidem cognitum, quæ docet infinitam, & incomprehensibilem Dei bonitatem. Porrò voluntas magis amat, quàm intellectus cognoscat: amat, enim, apertè & expressè. Nam cognitio in nobis est, amor verò est extra nos: vnde diligimus Deum vt in se ipse est, non vt in nobis cognitus est. At in se ipse incomprehensibilis est: in nobis verò finito modo cognoscitur. Igitur cum primum præceptum supremam dicat amoris extensionem, & intensionem; dubitari non potest quin absolutissimum sit. Quare prætermissis præceptis de fide & Sacramentis, atq. consilijs primi & secundi generis, quæ media sunt ad finē, atq. si vis, quarti generis, quæ effecta sunt: quod attinet ad perfectionem; nihil legi naturali, quę de dilectione est, iuxta fidem intellectę, Euangelium addit, sed tantum illam explicat, latentiaq. in ea eruit, & occultata pandit.

Hactenus satis dictum est, quid prędicandum sit. Nolim autem Euangelicos concionatores in explicando quodnam sit peccatū mortiferum, & quodnam veniale immorari. Immo velim eos de Euāgelica perfectione ita ad auditores loqui: Hęc perfectio est Auditores: hāc si amatis, rectà ingrediemini, longi usq. aberitis peccato. Sed quid dicam de ijs, qui (quod meus meminisse animus horret) ad peccata venialia quandam libera liter cōcedunt hominibus licentiam? Nimirum ita illi: Certe licet bono animo paulisper ludere, saltare, vestibus indui pretiosis, vultum, quò pulcrior appareas, fucis & vnguentis linire, & id genus alia. Hoc certe est Reipub. Christianæ pestem, & exitium inferre. Cum enim homines hodie propensissimi sint ad malum, & sibi ipsi licentias immodicas vsurpent; deprauatumq. sit innumeris peccatis, pessimisq. consuetudinibus vulgus, vt 2. ad
2. ad Tim. 3 Tim. 3. satis docetur: quid vtilitatis proueniet ex hac concionādi ratione? immo quid nō damni? Nonne in omni opere, & in

con-

concionando maxime(quę in Ecclesia exercitatio est potissima) omnium circũstantiarum habenda est ratio? cur igitur nõ expendunt concionatores tempora,& mores,& personas, vt videant quantùm sit necesse non laxare habenas, sed potius cõtinere? Praeterea vnde obsecro acceperunt talẽ prędicãdi modum? Rogo, an ex sacra Scriptura? an ex Sanctis? Certè cùm perfectissima queq. ad mortificationem, & amorem spectantia totis viribus omnes concionatores sancti prædicauerint; hi prædicant longe aliter,& aberrant à tritis Patrum nostrorum semitis: itaque cùm se concionatores Euangelicos esse profiteantur, certè turpiter mentiuntur. Nam cùm eam agant personam, cuius est munus Euangelicam perfectionem prædicare; ipsi quidem id prædicant, quod impedimentum perfectionis esse solet, quodq. illi quodammodo obluctatur?

Sed ais forsan tu qui sic concionaris, Diuum Thomam sæpe ea quæ tu prædicas, licere affirmasse. At ego sic contra: Similiter posses predicare licere cuiquam vxorẽ alienam osculari, quia Diuus Thom. apertè, si id bono animo fiat, licere pronũciat. Vide ergo tuipse, an concionatorem hoc docentem laudaturus sis. Certè à Diuo Thom. definita sunt multa, non vt ea populum doceas; sed vt tu ipse scias, & rogatus respondere possis, & in sacris confessionibus intelligas quid peccatum mortiferum, quid veniale, quid non peccatum, quid perfectio sit. Concionatori igitur sanctus Thomas non suppeditat semper concionandi materiam: sed diluit difficultates, ne veritas ignoretur. Consule autem Diuum Thomam in concionibus (nam multas reliquit ille scriptas) videbisq. quàm alius sit ab ea, quã in scholasticis libris sustinet personam. Imitare igitur eum cum concionaris concionantem; imitari verò, vt decet, in cathedra, in colloquijs, in audiendis confessionibus disputantem. 2.2. q. 154. a. 4. in cor.

Sequitur ergo ex ijs, quæ actenus dicta, & explanata sunt, concionatorem Euangelicum, vbi peccata mortifera inter dicendum inciderint, debere acriùs illa detestari, & auditores ab eis deterrere: in peccata autem venialia inuehi;

sed misiùs. Quæ quidem res eiusmodi est, vt eam etiam indocti præstare possint. Quis enim non alterum monere sciat, ne peccet? At verò vbi de perfectione Euangelica dicitur: húc nerui omnes intendendi sunt; hic viribus, rationibus & persuasionibus opus est; in hoc concionatorem Euangelicum omnem suam operam impendere oportet, vt etiam ea, quæ non sunt necessaria, & quæ prætermittere non est peccatum persuadeat: atq. id quidem nō frigidè, sed summo cum animi affectu atq. conatu. Nam vt à veneno deterreas non multis opus est verbis: at summi laboris est atq. industriæ, ab his, quæ licent, sed non expediunt, animos auocare.

Sed obijcies multa hîc residere pericula. Primùm enim arbitrabuntur (dices) christiani, esse peccata mortifera, quæ peccata non sunt, si tam acriter in ea inuehamur. Deinde, cum maioris momenti sit persuadere præcepta, vt quæ necessaria sint ad salutem; nō debemus illis prætermissis consilia præsertim prędicare. Tandem afficietur atq. angetur populus vehementer, cùm se viderit tam longè à perfectione Euangelica distare.

Con. Trid. sess. 24. c. 7. & sess. 5. c. 3. His vt respondeamus, primùm proponendum est, ex sacro Conci. Triden. vehementer esse concionatoribus & Episcopis commendatum, & Parochis prǽsertim, vt certo & constituto tempore, quę sunt necessaria ad salutē, Christianus populus ab ineunte ętate doceatur; quò instructi omnes in lege sint, quam profitentur; sciant omnia legū genera; sciant omnia omnis generis mandata, naturalia, iuris positiui, diuini, ac etiam sciant esse leges humanas, Ecclesiasticas, & Ciuiles; sciant quid sit consilium, & quot sint consilium genera, quæ illorum commoda, & quid sit propriè Euangelium. Et hoc quidem parochorum præsertim est munus.

Si ergo in ijs esset instructus populus, tunc concionator Euāgelium seriò & ex professo prędicaret, nullumq. incommodū, sed ingēs vtilitas in eius prædicatione sita esset: quippe quia sciret populus, quænam futura esset vita christiana, & fortè plures christianè viuere vellent.

Sed cum tam infelicia sint tēpora, vt populus sępe etiā ea quę necessa

necessaria sunt ad salutem ignorent:fateor oportere nunc maximè(tametsi semper id fieri debeat)ita prędicare verbum, vt præcepta semper interponantur,habita temporis,loci,persona rum,negotiorum,& eius Euangelij,aut festi,de quo agitur, ratione.Illud tamen semper pro certo constitue;Euangelicā perfectionem suadendam esse.Ita enim fiet,vt christianus populus in fide,& in lege,& in Euangelio pariter instructus sit. Non est necesse me hoc loco dicere,populū iam satis,atq.adeò plus satis doctum esse in discernendo peccatū mortale à veniali,& à perfectione;adeò vt quoties vel puellā reprehendas,tibi mox acutula respondeat:hoc non est peccatū mortale. Quare nihil est certè periculi,si perfectionem persuadeas.Sed neq. ego veto, quin aliquādo,si oporteat,ita dicas:Perfectio hæc est,Auditores, quam prædico; Euangelium est:sed vestra res agitur; Christiani enim estis,non Iudęi,non Gentiles,naturali tantum ratione viuentes:Euangelium à me prædicari pòsceitis;itaq. prędico,& iure prædico, vt intelligatis, quæ vos homines christianos deceant, atq. humiliemini vestram considerantes imbecillitatem,& conemini semper ad maiora,neq.in Christi dilectione, & obsequio vnquam aliquid satis esse ducatis; cùm lex nostra amoris sit;cùm nos Deus vere dilexerit,& diligat; cùm amantem redamare æquum sit.Rectè igitur facies si hac, qua dixi,ratione aliquid ad perfectionem pertinere auditores doceas:non autem si(vt fieri sæpe solet)tamquam per ludribium id dicas;quasi non multum referat id corde excipere & re præstare. Quibus addiderim; ex hac prædicandi ratione populum à peccatis omnibus vehementer deterreri.Si enim tanto conatu perfectionem suadeo, nonne imperfectionem damno? nonne peccata detestor?Verbi gratia; si suadeo ne virginem cōspicias;quanto magis,ne quid minùs honestum committas? De ceteris eodem modo licet virtutibus,& vitijs differere.

Hactenus de materia in qua,&circa quā.Vnde colliges etiā materiā ex qua desumēda sit doctrina.Desumēda ei ē est ex scriptura,ex Sanctis,ex Ecclesia,ex libris pijs,ex historia Ecclesiastica & humana, atq. ex sancto Tho.Hi enim libri suppeditāt doctrinā,exēpla,& solidas veritates,atq. vtiles.Hi sunt fontes ex qbus

catholica, sancta, & vtilis doctrina manat: quare non est quòd quasdam nobis fodiamus cisternas, quæ continere aquas non valent. Hæc ideò à me dicuntur, vt intelligas, non à viris, quos nescimus fuisse sanctos, doctrinam hauriendam: sed ex Christo Iesu, qui fons est aquæ viuę, & ex sanctis doctoribus: quoniā & ipsi de fonte Domini nostri Iesu Christi doctrinā imbiberunt.

Ex scripturis quidem veritates primum sunt decerpēdę. Vtinam, ô concionatores ea omnia annūciaremus Christiano populo, quæ Deus populū suū doceri voluit. Nam vt ait Paul. *Omnia quæ scripta sunt, ad nostrā doctrinā scripta sunt.* Si ex hoc fonte haurirem us aquā: multa quę prędicamus, nequaquam prędicaremus. Nam, obsecro, danturne in sacrosanctis litteris hominibus licentię? Nonne minima quæque potius prohibentur?

Rom. 15.

Præterea phrasis scripturæ obseruanda est: nam cum diuino fungamur munere; & in doctrina, & in genere dicendi Deum imitemur oportet.

Ecclesia verò vtilissimā prębet doctrinā ad cultum ecclesiasti cū spectantē: scilicet de reuerētia tēplorum, de ratione sanctarū piarumq. vestiū, de imaginibus, de ieiunijs, & id genus ceteris. Porrò vtilissima & pijssima sunt multa in concilijs, & in Iure canonico, pręsertim in Decreto ad cōseruādā vitę integritatem.

Ex sanctis verò doctoribus, quos magistros nobis dedit Ecclesia, Gręcis & Latinis, modus interprętādi scripturas sumendus: nō ex Rabbinis: nō ex hęreticis: nō ex hac labe, quæ irrepsit; vt obliuioni fere datis sanctis, toti in hoc hęreamus, vt inuestigemus an sic vel secus in Hebręo, vel in Græco libro scriptum sit; an sic vel secus hic, aut ille transtulerit. Cur concionator trāsgrederis terminos Patrum tuorum in concionando? Quādo interpretaris scripturas, licet tibi, sed temperate, vt fecit Beatus Hieronymus, originum, & versionum habere rationem: sed inter concionandum nō aliter interpretanda est scriptura quàm fecerint sancti, quippe quia ij certè sunt, qui scripturæ spiritum sunt assequuti, quique rectè nouerunt eam populo interpretari. Esto tu igitur illorū discipulus, & eris bonus magister. At verò quāquā sancti oēs optimi magistri sint, seligēdus est tibi vnus vel

Aliquis ex sanctis con-

vel alter, quem sequaris præsertim, ceteros etiam perlustrans. Si vis allegorias, B. Aug. magister est præcipuus: si anagogias, B. Ambr. si mores, B. Gregor. si contextũ, B. Hierony. B. aũt Chrisost. præstantissimus concionator fuit, quamquam acerrimus. Sed quamuis ex his vnus vni tibi muneri præsertim deseruiat: tamen omnes omni bona supellectile referti sunt, & in eorũ vnoquoq. dogmata, pietatẽ, & omnẽ sanam doctrinã reperies. *cionatori præ alijs eligendus.*

Ex historia etiam Ethnicorum, dicta, vel facta potes desumere. Nam & B. Paulus Athenis prædicans, & ad Titum scribens, Poëtas citat: & Dñs in Euangelio vulgaris vtitur prouerbijs.

Ex libris pijs speciales doctrinas, & actiones pias accipere possumus. Est enim valde vtile explicare, exprimereq. peculiares virtutum & vitiorum actiones: & præterea exempla virorum sanctitate insignium, quæ libris huiusmodi commemorantur, ad commouendos audientium animos aptissima sunt,

Tandẽ ex sancto Thoma solidæ veritates habẽtur, quas nõ ignorare est omnino necessarium. Non autẽ, vt dictũ est, oẽs veritates prædicandæ sunt. Nõ enim prædicatio instituta est ad decidendas subtiles difficultates, sed ad populum in fidei veritate & integritate atq. vitæ candore erudiendũ. Nam D. Tho. doctrinã, quam in Summa Theologię tradit, lac & puerorũ cibum appellauit: scripturam, sanctosq. doctores cibum esse solidum asseruit. Tu ergo dum annũcias Euangeliũ, non lac, sed cibum solidũ christiano populo porrige. Quod si lacte pascere eum oportet, non difficili & subtili, sed facili atq. vtili vtendũ est. Sed quæret quispiã: semper ne eadem doctrina prędicãda, nimirũ ea, quę ad ędificationẽ spectat? Respõdet D. Paul⁹. 1. Cor. 1. *Sapientiã aũt loquimur inter perfectos*. Omnis ergo generis doctrina prædicãda est, & omnis generis doctrinã continet scriptura: sed ꝑ personarũ ratiõe aliter atq. aliter est prędicandũ. Quod præsertim propter abditissima christianæ religionis mysteria dico, quę nõ oĩbus prędicãda sũt, sed cordatis & ingenio præstãtib⁹, alioqui enĩ margaritas mitterem⁹ ad porcos. Oportet nonnũquã, vbi per auditores licet, de dogmatib⁹ fidei nõ nihil dicere ad populũ, sed facili & breui sermone, ne qd ignoret eorum *1. p. in proemio. In præfatione 1. partes. Paul. 1. Corint. 1.*

Qua phrasi concionandum. eorum, quæ saluti comparandæ vel necessaria sunt, vel vtilia.

Elucidãdum tamen est, antequam hinc soluam, magni momenti negotium; scilicet qua phrasi prædicandum sit Euangelium. Neque enim parum refert quo genere dicendi vtaris: sicuti neq. parũ refert quomodo edulia condias: quippe quia cõdimentũ sępe placere magis solet, aut prodesse, quàm cibus ipse. Porrò ad materiã dicendi genus spectat. Nam qualis materia, talis phrasis: & prætcrea non tantùm res quæ in scriptura agitur, materia est; sed ipsa etiam phrasis: vtrumq. enim est ab Spiritu Sancto.

Satisfaciam ergo quæstioni huic, si exempla & testimõnia, ac rationes in huius rei declarationem attulero. Primùm cõsidera, obsecro lector, diuini verbi seminatores. Moysen vide qui balbus, blæsusúe fuit. Deinde euolue Prophetas, & vel elegantissimum Esaiam, atq. expende eius prophetiæ prima verba: *Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui.* In *Esai. 1.* hunc etiam modum locutus fuit nuncius ille Iohannes Baptista, cuius prædicatio de dispartiendis cibis, & vestibus, deque alijs similibus facilitate, & sermonis humilitate, tota procedebat. Lege ipsum Euangelium, & deprehendes quàm sincera, quàm familiaris in Christo phrasis: adeò vt non desint, quibus displiceat euãgelica simplicitas. Porro sicut Christus, cæteriq. illius ministri prædicarunt; ita scriptum est; immo forte politiꝰ scriptum est, quàm prædicatum. Tandem audi beatum Paulũ 2. Corint. 10. *Quoniam quidem, inquiunt epistolæ graues & fortes; præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis.* & eadem epistola cap. 11. *Nihilominùs feci à magnis Apostolis, etsi enim imperitus sermone, sed non scientia.* Vides apertissimè notatum de hoc beatũ Paulum, quod sermone eloquẽs non esset. Si ergo summus ille in ecclesia prædicator à Deo electus, ita fuit in dicẽdo veluti rusticanus: ne Demosthenem, aut Tullium conemur imitari; si modò Christum Iesum crucifixum prædicare, & fratribus prodesse, nobis animus est. Sed & beatus ille Chrysostomus, præstantissimus certè post Apostolos Euangelij prædicator, etsi multa, subtilia, ac pia doceat: stylus tamen pius est, ac

Paul 2 cor. 10. & 11.

Corint. 1.

faci-

facilis, spiritu & rationum firmitate;non autem verborum lenocinio innitens.

Agamus iam testimonijs. Est ille locus primus.1.ad Corin 1. *Misit me Christus non baptizare, sed euangelizare, non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi.* Sapiētiam verbi, vt ex illo cap. & duobus sequentibus colligitur, eloquentiam appellat humanam. Nam quemadmodum qui cibum præclarè conditū edit, non tam naturali quam artificioso sapore perfunditur, ita vbi euangelicus concionator phaleratum dicendi genus vsurpat, euacuatur crux, idest si quid affertur vtilitatis, nō verbo Dei, sed orationis elegantiæ ascribitur. Sed dicet quisquam: nonne verbum Dei externo aliquo apparatu condiendū est, vt auidiùs expetatur? Absit tantum malum. Certè enim si ita quis agat; sistitur externo in condimento, verbum autem Dei, ne primis quidem labijs degustatur. Quod vel ex eo constat; quòd quando verbum Dei nudè ab Apostolis prędicatum est, id homines libenter exceperunt, & amarunt; nunc verò cùm fucum illi ineptum, & indecorum obtendimus, nemo est qui non videat quomodo se res habeāt humanæ, quomodo syncera, & vera, & apostolica doctrina à multis respuatur, vt 2. ad Timo. 4 Paulus prædixit, inquiens: *A veritate quidem auditum auertent &c.* Quare simplici oratione cum christianis auditoribus agendū est, vt ipsissimum Dei verbum ament. 1 Cor. 1. 2. ad Tim. 4

Deinde 1. Corin. 2. præclarissimus locus est, *& ego* inquit, *cū venissem ad vos fratres, non veni in sublimitate sermonis annūcians vobis testimonium Christi; & sermo meus, & prædicatio mea nō in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis, vt fides vestra non sit in sapientia hominū sed in virtute Dei.* Quid, obsecro, apertiùs dici potuit contra insanam eloquentiam, & contra eos, qui volunt humano colore verbum Dei commendare? An Deus eget Aristotele, & Demosthene, & Cicerone? an non stultā fecit Deus sapientiā huius mūdi vt ait B. Pau. Nā quia in Dei sapiētia mūdus nō cognouit per sapientiā Deū: placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Christus quidē humanā sapientiam infatuauit, & verbis stultis, Paul. 1 Corint. 2. 1 Cor. 2.

hoc

hoc est stultam quandam(humano iudicio) speciem præsefe-
rentibus, virtutem euangelicam intulit: tu vero cōtrà vis ipsum
Euangelium humanæ eloquentiæ viribus confirmari? Certè
Euāgelium aurum est: itaq. tu insanus magis es quàm ille Ro-
boam, qui scuta ærea inaurabat. Si verbum Dei habes quod su
per aurum & topaziō est, & super mel, & fauum; quid inauras
aurum ipsissimum? quid condis ipsissimum condimentū? Non
ne vides vt ꝓbro afficias verbi Dei vim, virtutē, robur, & dig-
nitatem, si nō seipso, sed aliena ope illud cōmendare studeas?
1.Cor.3. Lege etiam cap.3. eiusdem epistolæ vbi dicit, *nemo se seducat: si quis vult sapiēs esse stultus fiat, vt sit sapiens.* Præscribitur tibi vt stul
tus mundo fias; & vis tu apparare sapiens? per stultitiam victus
est mundus; & cogitas tu sapientia illum superare? Eodem spe
1.Cor.4. Concil Tri. den. sess.5. cap.2. ctat quod cap. 4. scriptum est; *Regnū Dei non est in sermone, sed in virtute.* Hanc etiam doctrinam sancta Tridentina Synodus
sess.5. capi.2. docuit his verbis. *Doceant populum concionatores se-ctari virtutes fugere vitia breui & facili sermone.* Breui, inquam:
nam quoniam sæpe sunt concionaturi, ac populus tam aegre
fert res sanctas; non permultas horas, vt olim, sed moderato
tempore concionari oportet ad populum: facili vero; qui sci-
licet à cunctis percipi possit; sicut & locū Pauli interpretatur
Diuus Thomas præsertim verba illa; *non in sublimitate sermonis.*

3. Paul. 1. Corint.2. Iā vero doctrinā hanc rationibus cōfirmare libet. Primū de
bet esse in prædicatione congrua ꝓportio. Nam si Christū prę
dicas crucifixū: si stultam (vt ait beatus Paulus.1.Corint,1.) prę-
Paul.1.Corint.1. dicas prædicationem; vt quid accurata, & sublimia verba? Nō-
ne oportet doctrinæ phrasim consonare? Te rogo: an nō iux
ta Rhetoricæ etiam pręcepta, pro ratione materię, de qua dici
tur, ornatus quęrendus est? Cur ergo humilitatem superbo
prædicas stylo? mortificationē tumentibus verbis? castitatē las-
ciuientibus? Præterea graues homines grauiter oportet loqui.
Cōsule principes vtrosq., Ecclesiæ, s. & humanę Reip. deprehē
des q. illos grauiter agere cūcta. Quare cū cōcionatoris officiū
sit supremū; cur nō erūt eius verba grauissima? Nā etiā B. Paulꝰ
Tittum

Titum, vt grauiter ageret admonuit. Confirmãtur hęc ex.1.Pet. *Paul. ad*
1. *Si quis loquitur tamquã sermone; Dei*. id est dignos Deo; corã quo *Tit. 2.*
loqueris. Talem scilicet, inquit, te in loquendo præbe, ô vir chri *1. Pet. 4.*
stiane qualis ipse esset, si loqueretur Deus. Si ergo Christianus quicumque semper ita loqui debet, ac si Deus loqueretur; quãto magis Euangelicus concionator? Tandem: nonne experimur grauia, & sana, & pia verba ad cor penetrare? cõtra vero nimiũ ornata, & curiosa, & spũosa, placire qdẽ auribus, & laudari ab auditoribus, sed & in auribus tamẽ ipsis & in lingua manere?

Colligitur ex ijs, quantum abesse à cõcionatore oporteat iocum omnẽ, verbaq. risum mouentia. Si enim elegantior, & cõptior illũ nõ decet stylus; quanto minus iocosus? Lege, obsecro lector Tho. Caietanum 2.2.q.198. ita docentẽ: *Prædicatores diuini Verbi peccant recreationis gratia dicẽdo aliquid ridiculi inter prædicandũ*. Sed & S. Tho. asserit eadẽ q. ar. 2. ad 1. excludendum esse iocum à sacra doctrina. Quam regulam ex B. Ambrosio colligit in 1. lib. de officijs S. Tho. eamq. cum ratione adeo coniunctam esse constat; vt Tullius etiam eam in rebus grauibus pręscripserit. Oportet ergo cõcionatorem esse semper grauem, & modestum: ac nequaquam Quintilianum, vel Ciceronem studiosius imitari; sed Christum Iesum crucifixum, beatumq. Paulum, ac ceteros Ecclesię magistros, ita, vt neque latum vnguem eorum terminos prætergrediatur.

Sed quęret quispiã: nonne Rhetorica vtemur, quã Ecclesia probat? Quid si concionator natura & arte eloquens est, vt B. Chrysostomus, & doctores aliquot sancti? Certè nos Rhetoricam non damnamus, neque procul à nostris finibus arcemus. Cur enĩ Dialecticã, & Rhetoricã, humanas scilicet scientias, à Deo profectas, quarum vsum in sacra Scriptura reperimus, spernemus prorsus? Id igitur à concionatore postulamus, ne Rhetoricæ, vel etiam Dialecticæ nimium hæreat. Non enim *Matt. 5. &*
orat pro rostris, sed verbum Dei pauperibus annunciat: si- *Luca. 4.*
cut scriptum est: *Pauperes Euangelizantur*. Ea ergo licet illi vti Rhetorica, & Dialectica, quæ verbo Dei sanè, rectè, ac piè explicando necessaria est. Deinde nefas certè est

verbi

3.Reg.c.16 verbi Dei vim velle in arte constituere: tota enim ab ipso Deo pendet, hoc est a diuino quodam spiritu, ac in interna spiritualiq. energia. Quippe quia solus est Deus qui hominum corda
1.Corin.1. mouet. vnde 1.Cor.3. scriptum est: *Neque qui plantat, est aliquid; neq. qui rigat: sed qui incrementum dat Deus.* Non enim de re humana agitur, quæ in humana persuasione consistit: sed de re supernaturali, quæ sola potest Spiritus Sancti virtute præstari. Expendant hoc, obsecro, Theologi; meminerintque per simplices prædicatores fieri fructum, & factum fuisse semper in Ecclesia, experimentisq. deprehendi, eos qui nimium arti & verborum flosculis innituntur nihil fere prodesse conscientijs. Meminerint viros alioqui doctissimos, & eloquentissimos, vbi spiritu Dei non ferebantur, iactasse eloquentiam: vbi autem renouati sunt per nouam vocationem; anteactum concionandi modum damnasse, atq. simplicem & facilem arripuisse. Multa id genus alia adduci possunt, quæ confirmant, parcè Dialectica, & Rhetorica vtendū, neque vllo modo in eis fiduciam collocandam.

Sed forte mihi rursus ita obijcies. Immò inescabitur populus ad Dei verbum audiendū, si ornate loquimur. Dixi iam, secus euenire: nam potius Dei verbo contempto & obliuioni tradito, in sola eloquentia, verborumq. nitore & splendore consistitur: ideoq. Christus Dominus noster humillimis vtebatur parabolis. Nā quemadmodū, ęgrotus si forte aliquid minus sanū illi porrigas, vt eum ad meliorem cibum inuites; deuorat quidem auidius id quod minus sanum est; postea verò ad sanum nauseat cibum: ita & ægerrimus populus subtilia, pulchra, & placentia complectitur; verbum autem crucis respuit. Si ergo cuiquam vestrum quis persuadere velit, quò magis verbum Dei recipiatur, humanis coloribus, subtilibusq. sententijs inserenda illa esse, quæ ad salutem necessaria sunt: respondendum est
Luca.16. ita: Absit a me, vt aureę, pretiosęq. vesti inseram ex sago frustrū. Si enim Euangelio non credunt, cuinam credent? Maxima est certè vis puri verbi Dei. Prædica ergo, Euangelice concionator, castis, pijsq. verbis sanctam, sanamq. doctrinā vitæ exēplo,

&

& spiritu ornatam. Quòd si verbo Dei non credunt, neque si quis ex mortuis resurgat, illi credent, Quid enim? non assequeris verbo Dei instructus ædificationis effectum; & verborum humanus flos tibi eum præstabit? Potentiùs erit Dei verbum si illi præsidium humanum accedat? Cur insinuas humano adiumento verbum Crucis egere, cùm verbo Domini Cæli firmati sint? Dictum ergo est, prædicandum esse Dei verbum: deinde quid sit Dei verbum, quod prædicandum est: præterea ex quibus sit libris Euangelica doctrina hauriendà: ad extremum qua phrasi prædicandum, vt nihil, quod ad materiam spectat, à concionatoribus desideretur.

Caput. VII. De officio concionatoris.

ID appellatur officium in quauis arte, quod si quis præstiterit, suo munere præclarè functus est. Vt eius qui ægri curam gerit, officium est, quantùm possit, omnia adhibere remedia ad salutem comparandam necessaria, scilicet ad expellendos humores, ad propulsandam ægritudinem, ad restituendam pristinam sanitatem, ad vires reficiendas. At verò quia de re sacra, munereq. sublimi sermo est nobis: quid de concionatoris officio scripturæ doceant, proferamus. Primum Acto. cap. 6. de concionatore Euangelico loquens B. Pet. ait: *Nos autem orationi & verbi ministerio instantes erimus.* Ad Timot. 1. cap. 4 inquit B. Paulus: *Exemplum est fidelium in verbo, in conuersatione, in caritate, in fide, in castitate*: quasi dicat hæc omnia debes præstare; idq. cumulatè, vt sis aliorum exemplum, & cõcionatoris munus ita rectè obeas. Ad Titum. 2. *In omnibus præbe teipsum exemplũ bonorũ operũ in doctrina in integritate, in grauitate.* Ac tandẽ. 1. rursus ad Tim. 4. *Dum venio, attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.* Vide, obsecro, quot poscat à concionatore sacra scriptura. Nimirum vt orationi instet, vt sacrã verset scripturam, vt sanctè inter proximos versetur, vt in eos sit misericors, vt sit zelo fidei incensus, castitate fulgens, moribus integer, grauisq., constans, prudentia & animi fortitudine præditus, ac tandẽ vt exhortetur, doceat, verbũq. Dei disse-

Acto. 6.
ad Tim. 1. c. 4.
ad Tit. 2.
1. ad Tim. 4

D minet.

minet. Quæ omnia, si perstringantur, ad quattuor illa reducuntur, orationem, exēplum, lectionem, prædicationem. Hęc si nō adsint, garrulus eris, non concionator; aures demulcebis, ædificabis nihil; auicula eris rostro fortè pergrandi, alis tamen ferè destituta.

Sed dicet quisquam: de ijs officijs nunc sermo non est, quæ extra suggestum præstare debet concionator: sed de ijs, quæ in ipso, dum concionatur, suggestu. Esto ita: de ijs dumtaxat dicamus. illud tamen pro certo habentes, si desunt, quæ proposita sunt, nequaquam posse concionatorem suo munere bene fungi ideo enim, vt fundamenta fuerunt primum iacienda, repetendaq. erunt sæpesæpius.

sess.5.ca.2. Officia ergo concionatoris sancta Synodus Triden. paucissimis verbis complexa est sess.5.cap.2. nempe vt concionator persuadeat virtutes, dissuadeat vitia. Hæc ergo sunt quæ cōcionatori præsertim sunt præstanda: sicque à nobis accuratius exponenda sunt: multa enim illorum verborum breuitas cōplectitur. Inquiramus igitur in sanctis scripturis, quæ officia concionatori tribuantur. Id hac ratione assequemur; si deprehēdamus, quænam sint illa, quę per scripturas populo traduntur: ea enim ipsa debet præstare concionator; cùm eius sit muneris, scripturam populo proponere ac interpretari, & quod ipsa docet totis viribus suadere.

Roma 15. De scriptura pronunciat B. Paulus ad Ro. 15. *Quæcumq. scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt; vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.* Itaq. scripturæ est & patientiam gignere, & consolari; vt non tantum patienter feras, sed & consolationem habeas. Idipsum 2 ad Tim. 3. latius explicat B. Paul. dicens: *Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum ad corripiendū, ad erudiendum in omni iustitia; vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonū instructus.* Docet, qui simplicem tradit veritatem: arguit, qui rationibus persuadet & cōuincit; corripit, qui reprehendit, confutatq. vitia: in omni iustitia erudit, qui perfectā integrāq. sanctitatem, pręsertim vero absolutā mortificationem, & dilectionē seriò demōstrat, vt Isai. 8.

D. Paul. ad Timo. 2. c. 3

Isai. 8.

scriptū

ſcriptũ eſt: *In manu forti erudiui te.* Hæc ergo omnia prẹſtare debet cõcionator. Rurſus 2 ad Ti.3 inquit D. Pau. *Prædica verbũ in ſta importune, argue, obſecra, increpa in omni paciẽtia & doctrina* Importune prẹdicat, qui nõ tantũ in loco ad id cõſtituto, ſed quacumq. oblata occaſione prẹdicat. Obſecrat, qui per ſancta myſteria precatur, vt B. Pau. 2. ad Cor. 5. *Obſecramus pro Chriſto reconciliamini Deo.* Ac tandem ad Tit. 1. de Epiſcopo ait. *Amplectentẽ eum, qui ſecundum doctrinam fidelem ſermonem, vt potens ſit exhortari, & eos, qui contradicunt, arguere.* *2. Timot. 3. 2. Cor. 5. ad Tit. 1.*

Ex his omnibus S. Tho. in locũ citatũ 2. ad Tim. 3. colligit quattuor eſſe concionatoris officia: finẽ vnum. Primum officiũ & ſecundum ſunt docere fidei veritates, & refutare falſa: quẹ ad ſpeculationẽ, id eſt res fidei ſpectãt. Tertiũ & quartum ſunt eripere à malo, & inducere ad bonũ: quæ pertinẽt ad praxim. Effectus, tandem vnus eſt; ſcilicet homines ad perfectum perducere. Ceterum ſi attentius rem expendamus, hẹc quattuor duobus verbis Con. Triden. complexum eſt. Cum enim fides virtus ſit, ſub virtutis perſuaſione, & fidei perſuaſio comprehenſa eſt, & contrarius error ſub vitij diſſuaſione. Duo ergo ſunt officia concionatoris ſumma; in vitia inuehi, & ad perfectam legis obſeruantiam auditores commouere. *2. ad Tim. 3*

Vt autẽ, quẹ dicimus, clariora ſint; ſeparatim enumeremus officia ad fidẽ ſpectantia, atq. ad ceteras virtutes: illud interim admonẽtes, fidẽ in intellectu ſpeculatiuo collocari vel maxime (quamq̃ enim fides, quẹcumq. in ſcriptura ſunt, cõplectatur; id tamẽ conſenſu prẹſtat, nõ praxi) ceteras virtutes in volũtate, appetituq. ſenſitiuo: prudentiã vero in practico potiſſimũ intellectu ſedẽ habere. Vnde fit, vt fides è regione ceterarũ virtutũ cõdiuidatur. Ad fidem igitur ſpectãt (quod ad ſuaſionem attinet) officia hæc: tradere fidei dogmata ſicut illa tradit Eccleſia: explicare deinde illa, vt antiquiores ſancti & ſcholaſtici explicant; rationibus præſertim à ſimilitu dine ea perſuadere: quod quidẽ ſolet conſolari humanum intellectum: non quia rationibus catholicus innitatur intellectus, ſed quia lætatur cum ea quæ *D. Tho. 2. 2 q. 47. ar. 2.*

credit,videt cum ratione esse coniuncta,vel nequaquã rationi contraria:quemadmodum quamuis quis certò sciat amicum suum virum esse probum;gaudet tamen cum videt id ceteros attestari. Quod autem attinet ad diluendas rationes fidei contrarias,primùm explicandus est error,sciendumq.quid hæreticus,vel quicumq falsum contra veritates sanctas dicens, proprie intelligat:secundo quibus fundamentis,& rationibus innitatur;vt postquam non segniter erroris summã,infirmaq.fundamenta ostensa sint,refutentur;deinde acriùs & firmiùs,erroris tenebrę discutiantur. Quoad ceteras virtutes Theologicas, vel morales eisdẽ fere gradibus pergat concionator.Si de virtute agit;doceat,explicet,persuadeat,& obiectis satisfaciat.Si in peccata pugnat;explicet vitiũ,iaciat contra illud argumenta, tãdem reprehendat,atq. excusationes falsas esse ostendat. Hæc sunt officia,quæ speciatim præstabit concionator.Hûc referuntur actiones,siue officia alia,quæ generalia sunt;vt arguere, obsecrare,consolari,animare,& id genus plura; quæ in suasione & dissuasione comprehensa sunt. Id vero præsertim doceat concionator;virtutem sectari,siue mortificationem absolutã, non modò non esse impossibile,sed esse quidem facile,& suaue,Magni namq.momenti,& valde necessarium est officium hoc;cùm sint nonnulli qui Euangelium sequi,& sine vllo mortali peccato vitam transigere,ferè impossibile arbitrantur.Hęc omnia concionator aduertat,expendatq.. Hęc enim præstita (si modò ea bene quis pręstat)ingentem afferũt auditoribus in via Domini vtilitatem.Hîc tamen aduertendum est in præstãdis his officijs, non tantùm virorum perfectorum, sed etiam paruulorum, & tyronum rationem habendam esse; vt vnicuique pro suæ vocationis ratione dissuadeamus falsa, & iniqua,& persuadeamus vera & vtilia.Porrò hûc referendum est officium illud quod cuncti norunt scilicet mouere:item & delectare;ita tamen vt Christianum concionatorem non dedeceat.Hoc enim si castè fiat & modestè,solet persuasionem adiuuare:sin minus,solet potius impedire.

Sed quæret quisquam, cur inter officia præcipua non posuerim

posuerim delectare auditores; cum hoc sit vnum ex ijs, quæ in oratione maxime requiruntur; quo nimirum fit vt libentius audiant auditores? Huic ego respondebo, id quod de honore soleo dicere. Nusquam in diuinis litteris laudatur (quod ego sciam) quod quis sibi honorem quærat: immo Iohan. 5. scriptum est; *Quomodo potestis credere qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam, quæ à solo Deo est non quæritis?* De fama tamen in vtroque Testamento multa dicuntur: & ipse Dominus præcepit, vt luceat lux nostra coram hominibus. Eodem modo vt concionator delectet nullibi in Scriptura præcipitur vt autem moueat præcipitur multis locis; vt, Lucæ. 24. *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas?* Vt consoletur, sæpenumero Beatus Paulus præcepit; adeò vt 2. Corint. 1. appellet Deum totius consolationis; ac passim doceat, consolationes non deesse seruis Dei. De delectatione autem idem Paulus insinuat 2. Timoth. 4. insigni illo in loco: *Prædica opportune, & importune:* importune scilicet mundanis hominibus, qui nolunt audire verbum Dei: alioqui sermo bonus semper est opportunus, sicut & oratio in omni loco ex eodem Paulo. Cur igitur ô Paule tam instanter prædicandum? Quia veniet (inquit) tempus cùm sanam doctrinam, illam scilicet, quæ ad salutem, ad despiciendum mundum, ad sectandam omnem sanctitatem, veritatemque ipsam vtilis est; non valebunt ferre homines, quippe quia ij, qui ex Deo non sunt, verbum Dei audire nolunt: Sed ad sua desideria coacceruabunt sibi magistros prurientes auribus. Coaceruat magistros (teste D. Thoma) qui indignos, & insufficientes multiplicat: & is potius coaceruat, qui quattuor indignos quàm is, qui centum dignos multiplicat. Nam de dignis Sapien. 6. scriptum est: *Multitudo sapientum, sanitas est orbi terrarũ.* Prurire est verbum significans scalpendi libidinem. Quod vulgo dicitur: *tener comezon.* Quare prurire auribus dicitur qui illas scalpit, seu titillat, & quò magis scalpit, tanto maiorem in illis pruritum excitat; ita vt semper audire noua, inaudita, curiosa, & quandoque noxia concupiscant. At noua excogitare non debet cõcionator, sed vetera

Iohan. 5.

Matt. 5.

Luce. 24

2. Corin. 1.

2. Timo. 4.

Iohan. 8.

Sapien. 6.

Acto.17. persuadere. De quibus Acto.17. *Athenienses ad nihil aliud intendebant, nisi audire, aut dicere aliquid noui*. De quibus etiã Prouer.9.
Pro.9. *Aqua furtiua dulciores sunt*. Qui igitur prędicant populo talia, hi sunt qui pruriunt auribus, idest, pruritum auribus faciunt scalpentes illas verbis placidis, vt auditores delectentur. De quibus
Esai.30. Esaiæ.30. *Dicite nobis placentia*, quæ scilicet non ad pœnitentiam prouocent, sed pariant delectationem: De quibus Propheta: *Non ad penitentiã prouocat*. Vnde fit, inquit, B. Paulus, vt à veritate auditum auertant, & ad fabulas conuertantur: non quidem poëticas (has enim è pulpito nemo dicere auderet) sed ad alia quędam (vt inquit D. Thom.) mira, non autem veritati Euangelicæ conuenientia. Fabula enim composita est ex miris, à quibus veritas abest. Ad argumentationem igitur ita respondeo. Oratoribus humanos scopos esse propositos, ideoq. rectè eos facere si auditoribus delectationẽ afferant: at nobis nullã aliã delectationem, quàm Spiritus Sancti consolationem esse desiderandam. Quod autem nobis tamquam inuictum argumẽtum obijciunt, hac ratione delectari populum, facileq. persuaderi: soluetur facilè si dicamus, tantùm id à veritate abesse, vt immò contrarium euenire ipsa passim doceant experimenta. Certe non delectabant populum sancti concionatores, sed lacrymas, & suspiria ciebant. Quod quoniam hodierni concionatores nõ faciũt; accidit (quod verissimis lacrymis deplorandum est) vt assuefactus hodiernis prædicationibus populus, diuinam legem obliuioni det, neque id quod verè Dei verbum est, libenter satis audiat. Itaque impletur, quod scriptum est: *Faciunt, vt obliuiscatur populus meus legis meæ propter somnia eorum*: & illud. *A Prophetis Hierusalem egressa est pollutio in omnem terram.*

Relinquitur ergo ex his omnibus, officia concionatoris Euãgelici, oportere esse Euangelica: hæc scilicet; sermone facili, & simplici, & qui dignus sit viro Apostolico, persuadere virtutes omnes, & dissuadere omnia vitia, ita vt ad Euangelicam perfectionem populum impellamus: vt ex B. Paulo, & S. Concilio, sanctisq. Patribus declaratum est.

Caput

Caput. VIII. De instrumentis concionatoris.



E concionatoris instrumentis dicturus, inuestigandum accuratiùs in primis censeo, quænam sint illi necessaria, vt munere sibi iniuncto rectè fungantur. Certum est autem quattuor ea esse: scilicet vt primò excogitet dicenda; secundò excogitata disponat, dispositaq. ornet, vti par est; tertiò memoriæ, disposita, ornataq. commendet; quartò ijs aptam, & decoram actionem adiungat. Hæc enim si effecerit; nihil est quod in illo amplius requiramus.

Ad hæc quattuor munera concionatori Euangelico obeunda, & generalibus, & præterea peculiaribus ac proprijs est opus instrumentis. Deprehendimus enim omnes fere artifices communibus quibusdam vti regulis, habereq. præterea proprias, quibus muniti, rectè suo munere fungantur. Nam exempli caussa in arte medendi, Medicus iuxta Dialecticam differit, sicut & quicunq. alius Philosophus: sed præcepta quædam habet specialia, quæ non habet Astronomus.

Generalia ergo concionatoris instrumenta, sunt tres illæ facultates, Dialectica, Rhetorica, Poetica. Dialectica docet inuenire, & disponere; Rhetorica eloqui; Poëtica vero iustam & accommodatam præstat actionem, ac pronunciationem. Memoriæ autem præcepta ex Physiologia petuntur.

Habet etiam Theologus propria quædam præcepta supradictis quattuor muneribus respondentia, de quibus suo loco. Nunc verò de generalibus instrumentis dicamus; non quidem ex professo; nam cum ijs agimus qui Dialecticam non ignorãt; sed ita solùm, vt quæ Dialecticæ oblitis, aut ijs, qui non satis inuentioni, & dispositioni vacarunt, necessaria videantur, tradamus. Perstingam igitur, quæ meo iudicio huic instituto satis sunt: adducamq. exempla Theologica, vt labore vno multiplicem fructum pariam.

catholica, sancta, & vtilis doctrina manat: quare non est quòd quasdam nobis fodiamus cisternas, quæ continere aquas non valent. Hæc ideò à me dicuntur, vt intelligas, non à viris, quos nescimus fuisse sanctos, doctrinam hauriendam: sed ex Christo Iesu, qui fons est aquæ viuę, & ex sanctis doctoribus: quoniã & ipsi de fonte Domini nostri Iesu Christi doctrinã imbiberunt.

Ex scripturis quidem veritates primum sunt decerpēdę. Vtinam, ô concionatores ea omnia annũciaremus Christiano populo, quæ Deus popnlũ suũ doceri voluit. Nam vt ait Paul. *Omnia quæ scripta sunt, ad nostrã doctrinã scripta sunt.* Si ex hoc fonte haurīremus aquã; multa quę prędicamus, nequaquam prędicaremus. Nam, obsecro, danturne in sacrosanctis litteris hominibus licentię? Nonne minima quæque potius prohibentur?

Rom.15.

Præterea phrasis scripturæ obseruanda est: nam cum diuino fungamur munere; & in doctrina, & in genere dicendi Deum imitemur oportet.

Ecclesia verò vtilissimã prębet doctrinã ad cultum ecclesiasticũ spectantē: scilicet de reuerētia tēplorum, de ratione sanctarũ piarumq. vestiũ, de imaginibus, de ieiunijs, & id genus ceteris. Porrò vtilissima & pijssima sunt multa in concilijs, & in Iure canonico, pręsertim in Decreto ad cōseruãdã vitę integritatem.

Ex sanctis verò doctoribus, quos magistros nobis dedit Ecclesia, Gręcis & Latinis, modus interprętãdi scripturas sumendus: nõ ex Rabbinis: nõ ex hęreticis: nõ ex hac labe, quæ irrepsit; vt obliuioni fere datis sanctis, toti in hoc hęreamus, vt inuestigemus an sic vel secus in Hebręo, vel in Græco libro scriptum sit; an sic vel secus hic, aut ille transtulerit. Cur concionator trãsgrederis terminos Patrum tuorum in concionando? Quãdo interpretaris scripturas, licet tibi, sed temperate, vt fecit Beatus Hieronymus, originum, & versionum habere rationem: sed inter concionandum nõ aliter interpretanda est scriptura quàm fecerint sancti, quippe quia ij certè sunt, qui scripturæ spiritum sunt assequuti, quique rectè nouerunt eam populo interpretari. Esto tu igitur illorũ discipulus, & eris bonus magister. At verò quãquã sancti oēs optimi magistri sint, seligēdus est tibi vnus

Aliquis ex sanctis con-

vel

vel alter, quem sequaris præsertim, ceteros etiam perlustrans. *cionatori*
Si vis allegorias, B. Aug. magister est præcipuus: si anagogias, B. *præ alijs eli*
Ambr. si mores, B. Gregor. si contextũ, B. Hierony. B. aũt Chri- *gendus.*
sost. præstantissimus concionator fuit, quamquam acerrimus.
Sed quamuis ex his vnus vni tibi muneri præsertim deseruiat: tamen omnes omni bona supellectile referti sunt, & in eorũ vnoquoq. dogmata, pietatẽ, & omnẽ sanam doctrinã reperies.

Ex historia etiam Ethnicorum, dicta, vel facta potes desume re. Nam & B. Paulus Athenis prædicans, & ad Titum scribens, Poëtas citat: & Dñs in Euangelio vulgaris vtitur prouerbijs.

Ex libris pijs speciales doctrinas, & actiones pias accipere pos sumus. Est enim valde vtile explicare, exprimereq́. peculiares virtutum & vitiorum actiones: & præterea exempla virorum sanctitate insignium, quæ libris huiusmodi commemorantur, ad commouendos audientium animos aptissima sunt,

Tandẽ ex sancto Thoma solidæ veritates habẽtur, quas nõ ignorare est omnino necessarium. Non autẽ, vt dictũ est, oẽs veritates prædicandæ sunt. Nõ enim prædicatio instituta est ad decidendas subtiles difficultates, sed ad populum in fidei veri- *1. p. in proe*
tate & integritate atq. vitæ candore erudiendũ. Nam D. Tho. *mio.*
doctrinã, quam in Summa Theologię tradit, lac & puerorũ ci *In præfatio*
bum appellauit: scripturam, sanctosq. doctores cibum esse so- *ne 1. partes.*
lidum asseruit. Tu ergo dum annũcias Euangeliũ, non lac, sed cibum solidũ christiano populo porrige. Quod si lacte pascere eum oportet, non difficili & subtili, sed facili atq. vtili vtendũ est. Sed quæret quispiã: semper ne eadem doctrina prędicã da, nimirũ ea, quę ad ędificationẽ spectat? Respõdet D. Paul⁹. 1. *Paul. 1. Co*
Cor. 1. *Sapientiã aũt loquimur inter perfectos*. Omnis ergo generis *rint. 1.*
doctrina prædicãda est, & omnis generis doctrinã continet scri ptura: sed ꝑ personarũ ratiõe aliter atq. aliter est prędicandũ. Quod præsertim propter abditissima christianæ religionis my steria dico, quę nõ oĩbus prędicãda sũt, sed cordatis & ingenio præstãtib⁹, alioqui eñi margaritas mitterem⁹ ad porcos. Opor tet nonnũquã, vbi per auditores licet, de dogmatib⁹ fidei nõ ni hil dicere ad populũ, sed facili & breui sermone, ne qd ignorec

eorum

Qua phrasi concionandum.

eorum, quæ saluti comparandę vel necessaria sunt, vel vtilia.

Elucidādum tamen est, antequam hinc soluam, magni momenti negotium; scilicet qua phrasi prædicandum sit Euangelium. Neque enim parum refert quo genere dicendi vtaris: sicuti neq parū refert quomodo edulia condias: quippe quia cōdimentū sępe placere magis solet, aut prodesse, quàm cibus ipse. Porrò ad materiā dicendi genus spectat. Nam qualis materia, talis phrasis: & præterea non tantùm res quæ in scriptura agitur, materia est, sed ipsa etiam phrasis: vtrumq. enim est ab Spiritu Sancto.

Satisfaciam ergo quæstioni huic, si exempla & testimōnia, ac rationes in huius rei declarationem attulero. Primùm cōsidera, obsecro lector, diuini verbi seminatores. Moysen vide qui balbus, blæsusúe fuit. Deinde euolue Prophetas, & vel elegantissimum Esaiam, atq. expende eius prophetiæ prima verba: *Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui.* In hunc etiam modum locutus fuit nuncius ille Iohannes Baptista, cuius prædicatio de dispartiendis cibis, & vestibus, deque alijs similibus facilitate, & sermonis humilitate, tota procedebat. Lege ipsum Euangelium, & deprehendes quàm sincera, quàm familiaris in Christo phrasis: adeò vt non desint, quibus displiceat euāgelica simplicitas. Porro sicut Christus, cæteriq. illius ministri prædicarunt; ita scriptum est; immo forte politius scriptum est, quàm prædicatum. Tandem audi beatum Paulū 2. Corint. 10. *Quoniam quidem, inquiunt epistolæ graues & fortes: præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis.* & eadem epistola cap. 11. *Nihilominùs feci à magnis Apostolis, etsi enim imperitus sermone, sed non scientia.* Vides apertissimè notatum de hoc beatū Paulum, quod sermone eloquēs non esset. Si ergo summus ille in ecclesia prædicator à Deo electus, ita fuit in dicēdo veluti rusticanus: ne Demosthenem, aut Tullium conemur imitari; si modò Christum Iesum crucifixum prædicare, & fratribus prodesse, nobis animus est. Sed & beatus ille Chrysostomus, præstantissimus certè post Apostolos Euangelij prædicator, etsi multa, subtilia, ac pia doceat: stylus tamen pius est, ac faci-

Esai. 1.

Paul 2 cor. 10. & 11.

Corint. 1.

facilis, spiritu & rationum firmitate;non autem verborum lenocinio innitens.

Agamus iam testimonijs. Est ille locus primus.1.ad Corin.1. *Misit me Christus non baptizare, sed euangelizare, non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi.* Sapientiam verbi, vt ex illo cap. & duobus sequentibus colligitur, eloquentiam appellat humanam. Nam quemadmodum qui cibum præclarè conditũ edit, non tam naturali quam artificioso sapore perfunditur;ita vbi euangelicus concionator phaleratum dicendi genus vsurpat, euacuatur crux, idest si quid affertur vtilitatis, nõ verbo Dei, sed orationis elegantiæ ascribitur. Sed dicet quisquam: nonne verbum Dei externo aliquo apparatu condiendũ est, vt auidiùs expetatur? Absit tantum malum. Certè enim si ita quis agat; sistitur externo in condimento, verbum autem Dei, ne primis quidem labijs degustatur. Quod vel ex eo constat; quòd quando verbum Dei nudè ab Apostolis prędicatum est, id homines libenter exceperunt, & amarunt; nunc verò cùm fucum illi ineptum, & indecorum obtendimus, nemo est qui non videat quomodo se res habeãt humanæ, quomodo syncera, & vera, & apostolica doctrina à multis respuatur, vt 2.ad Timo.4 Paulus prædixit, inquiens: *A veritate quidem auditum auertent &c.* Quare simplici oratione cum christianis auditoribus agendũ est, vt ipsissimum Dei verbum ament.

1 Cor.1.

2.ad Tim.4

Deinde 1.Corin.2. præclarissimus locus est, *& ego* inquit, *cũ venissem ad vos fratres, non veni in sublimitate sermonis annũcians vobis testimonium Christi; & sermo meus, & prædicatio mea nõ in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione Spiritus & virtutis, vt fides vestra non sit in sapientia hominũ sed in virtute Dei.* Quid, obsecro, apertiùs dici potuit contra inianam eloquentiam, & contra eos, qui volunt humano colore verbum Dei commendare? An Deus eget Aristotele, & Demosthene, & Cicerone? an non stultã fecit Deus sapientiã huius mũdi vt ait B. Pau. Nã quia in Dei sapiẽtia mũdus nõ cognouit per sapientiã Deũ: placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Christus quidẽ humanã sapientiam infatuauit, & verbis stultis, hoc-

Paul.1 Corint.2.

1 Cor.2.

hoc est stultam quandam(humano iudicio) speciem præsefe- rentibus,virtutem euangelicam intulit:tu vero cōtrà vis ipsum Euangelium humanæ eloquentiæ viribus confirmari? Certè Euāgelium aurum est: itaq. tu insanus magis es quàm ille Roboam, qui scuta ærea inaurabat. Si verbum Dei habes quod super aurum & topaziō est,& super mel, & fauum; quid inauras aurum ipsissimum? quid condis ipsissimum condimentū? Nonne vides vt ꝓbro afficias verbi Dei vim, virtutē,robur, & dignitatem,si nō seipso, sed aliena ope illud cōmendare studeas?

1.Cor.3. Lege etiam cap.3. eiusdem epistolæ vbi dicit, *nemo se seducat: si quis vult sapiēs esse stultus fiat,vt sit sapiens.* Præscribitur ibi vt stultus mundo fias;& vis tu apparare sapiens?per stultitiam victus est mundus;& cogitas tu sapientia illum superare? Eodem spe-

1.Cor.4. Concil Triden.sess.5. cap.2. ctat quod cap. 4. scriptum est; *Regnū Dei non est in sermone, sed in virtute.* Hanc etiam doctrinam sancta Tridentina Synodus sess.5.capi.2.docuit his verbis. *Doceant populum concionatores sectari virtutes fugere vitia breui & facili sermone,* Breui, inquam: nam quoniam sæpe sunt concionaturi, ac populus tam aegre fert res sanctas; non permultas horas, vt olim, sed moderato tempore concionari oportet ad populum:facili vero; qui scilicet à cunctis percipi possit; sicut & locū Pauli interpretatur Diuus Thomas præsertim verba illa; *non in sublimitate sermonis.*

3. Paul.1. Corint.2. Iā vero doctrinā hanc rationibus cōfirmare libet. Primū debet esse in prædicatione congrua ꝓportio.Nam si Christū prędicas crucifixū:si stultam(vt ait beatus Paulus.1.Corint,1.) prę-

Paul.1.Corint.1. dicas prædicationem; vt quid accurata,& sublimia verba?Nōne oportet doctrinæ phrasim consonare? Te rogo:an nō iuxta Rhetoricæ etiam pręcepta,pro ratione materię,de qua dicitur,ornatus quęrendus est? Cur ergo humilitatem superbo prædicas stylo?mortificationē tumentibus verbis?castitatē lasciuientibus? Præterea graues homines grauiter oportet loqui. Cōsule principes vtrosq.,Ecclesiæ,s.& humanę Reip.deprehēdesq. illos grauiter agere cūcta.Quare cū cōcionatoris officiū sit supremū;cur nō erūt eius verba grauissima?Nā etiā B. Paul'

Tittum

Titum, vt grauiter ageret admonuit. Confirmãtur hęc ex. 1. Pet. 1. *Si quis loquitur tamquã sermone; Dei*. id est dignos Deo; corã quo loqueris. Talem scilicet, inquit, te in loquendo præbe, ô vir christiane qualis ipse esset, si loqueretur Deus. Si ergo Christianus quicumque semper ita loqui debet, ac si Deus loqueretur; quãto magis Euangelicus concionator? Tandem: nonne experimur grauia, & sana, & pia verba ad cor penetrare? cõtra vero nimiũ ornata, & curiosa, & spũosa, placire qdẽ auribus, & laudari ab auditoribus, sed & in auribus tamẽ ipsis & in lingua manere? *Paul. ad Tit. 2.* *1. Pet. 4.*

Colligitur ex ijs, quantum abesse à cõcionatore oporteat iocum omnẽ, verbaq. risum mouentia. Si enim elegantior, & cõptior illũ nõ decet stylus; quanto minus iocosus? Lege, obsecro lector Tho. Caietanum 2. 2. q. 198. ita docentẽ: *Prædicatores diuini verbi peccant recreationis gratia dicẽdo aliquid ridiculi inter prædicandũ* Sed & S. Tho. asserit eadẽ q. ar. 2. ad 1. excludendum esse iocum à sacra doctrina. Quam regulam ex B. Ambrosio colligit in 1. lib. de officijs S. Tho. eamq. cum ratione adeo coniunctam esse constat; vt Tullius etiam eam in rebus grauibus pręscripserit. Oportet ergo cõcionatorem esse semper grauem, & modestum: ac nequaquam Quintilianum, vel Ciceronem studiosius imitari; sed Christum Iesum crucifixum, beatumq. Paulum, ac ceteros Ecclesię magistros, ita, vt neque latum vnguem eorum terminos pratergrediatur.

Sed quęret quispiã: nonne Rhetorica vtemur, quã Ecclesia probat? Quid si concionator natura & arte eloquens est, vt B. Chrysostomus, & doctores aliquot sancti? Certè nos Rhetoricam non damnamus, neque procul à nostris finibus arcemus. Cur enĩ Dialecticã, & Rhetoricã, humanas scilicet scientias, à Deo profectas, quarum vsum in sacra Scriptura reperimus, spernemus prorsus? Id igitur à concionatore postulamus, ne Rhetoricæ, vel etiam Dialecticæ nimium hæreat. Non enim orat pro rostris, sed verbum Dei pauperibus annunciat: sicut scriptum est: *Pauperes Euangelizantur*. Ea ergo licet illi vti Rhetorica, & Dialectica, quæ verbo Dei sanè, rectè, ac piè explicando necessaria est. Deinde nefas certè est *Matt. 5. & Luca. 4.*

verbi

3.Reg.c.16 verbi Dei vim velle in arte constituere:tota enim ab ipso Deo pendet,hoc est a diuino quodam spiritu,ac in interna spiritualiq. energia. Quippe quia solus est Deus qui hominum corda
1.Corin. 1. mouet.vnde 1.Cor.3.scriptum est: *Neque qui plantat, est aliquid; neq. qui rigat:sed qui incrementum dat Deus.* Non enim de re humana agitur,quæ in humana persuasione consistit:sed de re supernaturali,quæ sola potest Spiritus Sancti virtute præstari. Expendant hoc,obsecro,Theologi meminerintque per simplices prædicatores fieri fructum,& factum fuisse semper in Ecclesia,experimentisq. deprehendi,eos qui nimium arti & verborum flosculis innituntur nihil fere prodesse conscientijs.Meminerint viros alioqui doctissimos,& eloquentissimos, vbi spiritu Dei non ferebantur,iactasse eloquentiam:vbi autem renouati sunt per nouam vocationem; anteactum concionandi modum damnasse,atq. simplicem & facilem arripuisse.Multa id genus alia adduci possunt,quæ confirmant,parcè Dialectica, & Rhetorica vtendũ,neque vllo modo in eis fiduciam collocandam.

Sed forte mihi rursus ita obijcies.Immò inescabitur populus ad Dei verbum audiendũ, si ornate loquimur.Dixi iam, secus euenire:nam potius Dei verbo contempto & obliuioni tradito,in sola eloquentia,verborumq.nitore & splendore consistitur:ideoq. Christus Dominus noster humillimis vtebatur parabolis.Nã quemadmodũ, ęgrotus si forte aliquid minus sanũ illi porrigas,vt cum ad meliorem cibum inuites; deuorat quidem auidius id quod minus sanum est, postea verò ad sanum nauseat cibum:ita & ægerrimus populus subtilia,pulchra,&placentia complectitur;verbum autem crucis respuit.Si ergo cuiquam vestrum quis persuadere velit,quò magis verbum Dei recipiatur,humanis coloribus,subtilibusq. sententijs inserenda illa esse,quæ ad salutem necessaria sunt: respondendum est
Luca.16. ita:Absit a me,vt aureę,prętiosęq.vesti inseram ex sago frustrũ. Si enim Euangelio non credunt,cuinam credent? Maxima est certè vis puri verbi Dei.Prædica ergo ,Euangelice concionator,castis,pijsq. verbis sanctam,sanamq. doctrinã vitæ exẽplo, &

& spiritu ornatam. Quòd si verbo Dei non credunt, neque si quis ex mortuis resurgat, illi credent. Quid enim? non assequeris verbo Dei instructus ædificationis effectum; & verborum humanus flos tibi eum præstabit? Potentiùs erit Dei verbum si illi præsidium humanum accedat? Cur insinuas humano adiumento verbum Crucis egere; cùm verbo Domini Cæli firmati sint? Dictum ergo est, prædicandum esse Dei verbum: deinde quid sit Dei verbum, quod prædicandum est: præterea ex quibus sit libris Euangelica doctrina haurienda: ad extremum qua phrasi prædicandum, vt nihil, quod ad materiam spectat, à concionatoribus desideretur.

Caput. VII. De officio concionatoris.

ID appellatur officium in quauis arte, quod si quis præstiterit, suo munere præclarè functus est. Vt eius qui ægri curam gerit, officium est, quantùm possit, omnia adhibere remedia ad salutem comparandam necessaria, scilicet ad expellendos humores, ad propulsandam ægritudinem, ad restituendam pristinam sanitatem, ad vires reficiendas. At verò quia de re sacra, munereq. sublimi sermo est nobis: quid de concionatoris officio scripturæ doceant, proferamus. Primum Acto. cap. 6. de concionatore *Act.6.*
Euangelico loquens B. Pet. ait: *Nos autem orationi & verbi ministerio instantes erimus.* Ad Timot. 1. cap. 4 inquit B. Paulus *Exemplum est fidelium in verbo, in conuersatione, in caritate, in fide, in castitate*: quasi dicat hæc omnia debes præstare; idq. cumulatè, vt sis aliorum exemplum, & cõcionatoris munus ita recte obeas. Ad Titum. 2. *In omnibus præbe teipsum exemplũ bonorũ operũ in doctrina in integritate, in grauitate.* Ac tandẽ. 1. rursus ad Tim. 4 *Dum venio, attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.* Vide, obsecro, quot poscat à concionatore sacra scriptura. Nimirum vt orationi instet, vt sacrã verset scripturam, vt sanctè inter proximos versetur, vt in eos sit misericors, vt sit zelo fidei incensus, castitate fulgens, moribus integer, grauisq., constans, prudentia & animi fortitudine præditus, ac tandẽ vt exhortetur, doceat, verbũq. Dei disse-

ad Tim. 1. c. 4. *ad Tit 2.* *1. ad Tim. 4*

D minet.

minet. Quæ omnia, si perstringantur, ad quattuor illa reducuntur, orationem, exēplum, lectionem, prædicationem. Hęc si nō adsint, garrulus eris, non concionator; aures demulcebis, ædificabis nihil; auicula eris rostro fortè pergrandi, alis tamen ferè destituta.

Sed dicet quisquam: de ijs officijs nunc sermo non est, quæ extra suggestum præstare debet concionator: sed de ijs, quæ in ipso, dum concionatur, suggestu. Esto ita: de ijs dumtaxat dicamus. illud tamen pro certo habentes, si desunt, quæ proposita sunt, nequaquam posse concionatorem suo munere bene fungi ideo enim, vt fundamenta fuerunt primum iacienda, repetendaq. erunt sæpesæpius.

Sess.5.ca.2. Officia ergo concionatoris sancta Synodus Triden. paucissimis verbis complexa est sess.5.cap. 2. nempe vt concionator persuadeat virtutes, dissuadeat vitia. Hæc ergo sunt quæ cōcionatori præsertim sunt præstanda: sicque à nobis accuratius exponenda sunt: multa enim illorum verborum breuitas cōplectitur. Inquiramus igitur in sanctis scripturis, quæ officia concionatori tribuantur. Id hac ratione assequemur; si deprehēdamus, quænam sint illa, quę per scripturas populo traduntur: ea enim ipsa debet præstare concionator; cùm eius sit muneris, scripturam populo proponere ac interpretari, & quod ipsa docet totis viribus suadere.

Roma 15. De scriptura pronunciat B. Paulus ad Ro.15. *Quæcumq. scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt; vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.* Itaq. scripturæ est & patientiam gignere, & consolari; vt non tantum patienter feras, sed *D. Paul. ad Timo.2.c.3.* & consolationem habeas. Idipsum 2 ad Tim.3. latius explicat B. Paul. dicens: *Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum ad corripiendū, ad erudiendum in omni iustitia; vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonū instructus.* Docet, qui simplicem tradit veritatem: arguit, qui rationibus persuadet & cōuincit; corripit, qui reprehendit, confutatq. vitia: in omni iustitia erudit, qui perfectā integrāq. sanctitatem, pręsertim vero absolutā mortificationem, & dilectionē seriò demōstrat, vt Isai.8. *Isai.8.*

scriptū

scriptũ est: *In manu forti erudiui te.* Hæc ergo omnia prçstare debet cõcionator. Rursus 2. ad Ti. 3 inquit D. Pau: *Prædica verbũ insta importune, argue, obsecra, increpa in omni paciẽtia & doctrina* Importune prçdicat, qui nõ tantũ in loco ad id cõstituto, sed quacumq. oblata occasione prçdicat. Obsecrat, qui per sancta mysteria precatur, vt B. Pau. 2. ad Cor. 5. *Obsecramus pro Christo reconciliamini Deo.* Ac tandem ad Tit. 1. de Episcopo ait *Amplectentẽ eum, qui secundum doctrinam fidelem sermonem, vt potens sit exhortari, & eos, qui contradicunt, arguere.* *2. Timot. 3.* *2. Cor. 5.* *ad Tit. 1.*

Ex his omnibus S. Tho. in locũ citatũ 2. ad Tim. 3. colligit quattuor esse concionatoris officia: finẽ vnum. Primum officiũ & secundum sunt docere fidei veritates, & refutare falsa: quç ad speculationẽ, id est res fidei spectãt. Tertiũ & quartum sunt eripere à malo, & inducere ad bonũ: quæ pertinẽt ad praxim. Effectus, tandem vnus est; scilicet homines ad perfectum perducere. Ceterum si attentius rem expendamus, hçc quattuor duobus verbis Con. Triden. complexum est. Cum enim fides virtus sit, sub virtutis persuasione, & fidei persuasio comprehensa est, & contrarius error sub vitij dissuasione. Duo ergo sunt officia concionatoris summa; in vitia inuehi, & ad perfectam legis obseruantiam auditores commouere. *2. ad Tim. 3*

Vt autẽ, quç dicimus, clariora sint; separatim enumeremus officia ad fidẽ spectantia, atq. ad ceteras virtutes: illud interim admonẽtes, fidẽ in intellectu speculatiuo collocari vel maxime (quamq̃ enim fides, quçcumq. in scriptura sunt, cõplectatur; id tamẽ consensu prçstat, nõ praxi) ceteras virtutes in volũtate, appetituq. sensitiuo: prudentiã vero in practico potissimũ intellectu sedẽ habere. Vnde fit, vt fides è regione ceterarũ virtutũ cõ diuidatur. Ad fidem igitur spectãt (quod ad suasionem attinet) officia hæc: tradere fidei dogmata sicut illa tradit Ecclesia: explicare deinde illa, vt antiquiores sancti & scholastici explicant; rationibus præsertim à similitem ea persuadere: quod quidẽ solet consolari humanum intellectum: non quia rationibus catholicus innitatur intellectus, sed quia lætatur cum ea quæ *D. Tho. 2. 2 q. 47. ar. 2.*

 credit

credit,videt cum ratione esse coniuncta,vel nequaquã rationi contraria:quemadmodum quamuis quis certò sciat amicum suum virum esse probum;gaudet tamen cum videt idceteros attestari. Quod autem attinet ad diluendas rationes fidei contrarias,primùm explicandus est error,sciendumq́.quid hæreticus,vel quicumq́ falsum contra veritates sanctas dicens, proprie intelligat:secundo quibus fundamentis,& rationibus innitatur;vt postquam non segniter erroris summã,infirmaq́.fundamenta ostensa sint,refutentur;deinde acriùs & firmiùs,erroris tenebrę discutiantur. Quoad ceteras virtutes Theologicas, vel morales eisdẽ fere gradibus pergat concionator.Si de virtute agit;doceat,explicet,persuadeat,& obiectis satisfaciat.Si in peccata pugnat;explicet vitiũ,iaciat contra illud argumenta, tã dem reprehendat,atq. excusationes falsas esse ostendat. Hæc sunt officia,quæ speciatim præstabit concionator.Hûc referuntur actiones,siue officia alia,quæ generalia sunt;vt arguere, obsecrare,consolari,animare,& id genus plura ; quæ in suasione & diffuasione comprehensa sunt. Id vero præsertim doceat concionator;virtutem sectari,siue mortificationem absolutã, non modò non esse impossibile,sed esse quidem facile,& suaue,Magni namq; momenti,& valde necessarium est officium hoc;cùm sint nonnulli qui Euangelium sequi,& sine vllo mortali peccato vitam transigere,ferè impossibile arbitrantur.Hęc omnia concionator aduertat,expendatq́.. Hęc enim præstita (si modò ea bene quis prętat)ingentem afferũt auditoribus in via Domini vtilitatem.Hîc tamen aduertendum est in præstãdis his officijs, non tantùm virorum perfectorum, sed etiam paruulorum , & tyronum rationem habendam esse ; vt vnicuique pro suæ vocationis ratione dissuadeamus falsa , & iniqua,& persuadeamus vera & vtilia.Porrò hûc referendum est officium illud quod cuncti norunt scilicet mouere:item & delectare,ita tamen vt Christianum concionatorem non dedeceat.Hoc enim si castè fiat & modestè,solet persuasionem adiuuare:sin minus,solet potius impedire.

Sed quæret quisquam, cur inter officia præcipua non posuerim

posuerim delectare auditores; cum hoc sit vnum ex ijs, quæ in oratione maxime requiruntur; quo nimirum fit vt libentius audiant auditores? Huic ego respondebo, id quod de honore soleo dicere. Nusquam in diuinis litteris laudatur (quod ego sciam) quod quis sibi honorem quærat: immo Iohan. 5. scriptum est; *Quomodo potestis credere qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam, quæ à solo Deo est non quæritis?* De fama tamen in vtroque Testamento multa dicuntur: & ipse Dominus præcepit, vt luceat lux nostra coram hominibus. Eodem modo vt concionator delectet nullibi in Scriptura præcipitur: vt autem moueat præcipitur multis locis; vt, Lucæ. 24. *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas?* Vt consoletur, sæpenumero Beatus Paulus præcepit; adeò vt 2. Corint. 1. appellet Deum totius consolationis; ac passim doceat, consolationes non deesse seruis Dei. De delectatione autem idem Paulus insinuat 2. Timoth. 4. insigni illo in loco: *Prædica opportune, & importune*: importune scilicet mundanis hominibus, qui nolunt audire verbum Dei: alioqui sermo bonus semper est opportunus, sicut & oratio in omni loco ex eodem Paulo. Cur igitur ô Paule tam instanter prædicandum? Quia veniet (inquit) tempus cùm sanam doctrinam, illam scilicet, quæ ad salutem, ad despiciendum mundum, ad sectandam omnem sanctitatem, veritatemque ipsam vtilis est, non valebunt ferre homines, quippe quia ij, qui ex Deo non sunt, verbum Dei audire nolunt: Sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus. Coaceruat magistros (teste D. Thom.) qui indignos, & insufficientes multiplicat: & is potius coaceruat, qui quattuor indignos quàm is, qui centum dignos multiplicat. Nam de dignis Sapien. 6. scriptum est: *Multitudo sapientum sanitas est orbi terrarũ.* Prurire est verbum significans scalpendi libidinem. Quod vulgo dicitur: *tener comezon.* Quare prurire auribus dicitur qui illas scalpit, seu titillat, & quò magis scalpit, tanto maiorem in illis pruritum excitat; ita vt semper audire noua, inaudita, curiosa, & quandoque noxia concupiscant. At noua excogitare non debet cõcionator, sed vetera

Iohan. 5.
Matt. 5.
Lucæ. 24.
2 Corin. 1.
2. Timo. 4.
Iohan. 8.
Sapien. 6.

Acto.17. persuadere. De quibus Acto.17. *Athenienses ad nihil aliud intendebant, nisi audire, aut dicere aliquid noui.* De quibus etiã Prouer.9.
Pro.9. *Aquæ furtiuæ dulciores sunt.* Qui igitur prędicant populo talia, hi sunt qui pruriunt auribus, idest, pruritum auribus faciunt scalpentes illas verbis placidis, vt auditores delectentur. De quibus
Esai.30. Esaiæ.30. *Dicite nobis placentia,* quæ scilicet non ad pœnitentiam prouocent, sed pariant delectationem: De quibus Propheta: *Non ad penitentiã prouocat.* Vnde fit, inquit, B. Paulus, vt à veritate auditum auertant, & ad fabulas conuertantur: non quidem poëticas (has enim è pulpito nemo dicere auderet) sed ad alia quædam (vt inquit D. Thom.) mira, non autem veritati Euangelicæ conuenientia. Fabula enim composita est ex miris, à quibus veritas abest. Ad argumentationem igitur ita respondeo. Oratoribus humanos scopos esse propositos, ideoq. rectè eos facere si auditoribus delectationẽ afferant: at nobis nullã aliã delectationem, quàm Spiritus Sancti consolationem esse desiderandam. Quod autem nobis tamquam inuictum argumẽtum obijciunt, hac ratione delectari populum, facileq. persuaderi: soluetur facilè si dicamus, tantùm id à veritate abesse, vt immò contrarium euenire ipsa passim doceant experimenta. Certe non delectabant populum sancti concionatores, sed lacrymas, & suspiria ciebant. Quod quoniam hodierni concionatores nõ faciũt; accidit (quod verissimis lacrymis deplorandum est) vt assuefactus hodiernis prædicationibus populus, diuinam legem obliuioni det, neque id quod verè Dei verbum est, libenter satis audiat. Itaque impletur, quod scriptum est: *Faciunt, vt obliuiscatur populus meus legis meæ propter somnia eorum:* & illud. *A Prophetis Hierusalem egressa est pollutio in omnem terram.*

Relinquitur ergo ex his omnibus, officia concionatoris Euãgelici, oportere esse Euangelica: hæc scilicet, sermone facili, & simplici, & qui dignus sit viro Apostolico, persuadere virtutes omnes, & dissuadere omnia vitia, ita vt ad Euangelicam perfectionem populum impellamus: vt ex B. Paulo, & S. Conc. santisq. Patribus declaratum est.

Caput

Caput. VIII. De instrumentis concionatoris.


E concionatoris instrumentis dicturus, inuestigandum accuratiùs in primis censeo, quænam sint illi necessaria, vt munere sibi iniuncto rectè fungantur. Certum est autem quattuor ea esse: scilicet vt primò excogitet dicenda; secundò excogitata disponat, dispositaq. ornet, vti par est; tertiò memoriæ, disposita, ornataq. commendet; quartò ijs aptam, & decoram actionem adiungat. Hæc enim si effecerit, nihil est quod in illo amplius requiramus.

Ad hæc quattuor munera concionatori Euangelico obeunda, & generalibus, & præterea peculiaribus ac proprijs est opus instrumentis. Deprehendimus enim omnes fere artifices communibus quibusdam vti regulis, habereq. præterea proprias, quibus muniti, rectè suo munere fungantur. Nam exempli caussa in arte medendi, Medicus iuxta Dialecticam differit, sicut & quicunq. alius Philosophus: sed præcepta quædam habet specialia, quæ non habet Astronomus.

Generalia ergo concionatoris instrumenta, sunt tres illæ facultates, Dialectica, Rhetorica, Poetica. Dialectica docet inuenire, & disponere; Rhetorica eloqui; Poëtica vero iustam & accommodatam præstat actionem, ac pronunciationem. Memoriæ autem præcepta ex Physiologia petuntur.

Habet etiam Theologus propria quædam præcepta supradictis quattuor muneribus respondentia, de quibus suo loco. Nunc verò de generalibus instrumentis dicamus; non quidem ex professo; nam cum ijs agimus qui Dialecticam non ignorãt; sed ita solùm, vt quæ Dialecticæ oblitis, aut ijs, qui non satis inuentioni, & dispositioni vacarunt, necessaria videantur, tradamus. Perstingam igitur, quæ meo iudicio huic instituto satis sunt: adducamq. exempla Theologica, vt labore vno multiplicem fructum pariam.

Sed constituere primum oportet, duplex esse thema, quod potest concionatori disputandum proponi: aliud enim est simplex, vt si concionator de virtute aliqua disserat, vt de oratione, ieiunio, eleemosyna: aliud verò compositum; vt si doctrina aliqua tractanda proponatur, verbi gratia, *Pauperes euangelizantur*; vel etiam integra aliqua pars Scripturæ exponenda sit: His ita constitutis de inuentione generali primum disseramus.

LIBER

LIBER SECVNDVS DE PRIMO CONCIONATORIS INSTRVMENTO, SCILICET DE INVENTIONE: IN quo decem illa loca Dialectico, & Rhetori communia breuissimè explicantur, ex quibus concionator rationes sumat ad explicandum, probandum, confutandum quoduis thema sibi propositum.

Caput. I. In quo decem loca enumerantur, & facili, ac accommodato exemplo explicantur.

QVAM quam de Inuentione multa sint à multis doctè conscripta, præsertim à Rodolpho Agricola, qui iustum de hoc argumento edidit volumen: tamen mihi semper placuit ea opinio, quam ex antiquorū penetralibus hausit Petrus Iohannes Nunnensius Valentinus, vir certè ad omnes artes; & res vtiles pertractandas mirè factus: quia nimirum decem loca Inuentionis traduntur, quę memoriæ gratia ita licet enumerare.

In libro de consti. artis Dialect.

Proposito themate; si simplex sit, vnius tantum vocis, si compositum sit, singularum vocum indagare oportet nomen, caussam, effecta, definitionem, partitionem, subiecta, adiuncta, consentanea, & dissentanea, & quæ de ijs circumferuntur testimonia. Nihil enim ad rem aliquam spectare potest, quod ad vnū ex his locis non referatur: quamquam sint, qui in sex loca decē ista reuocare tentarint. Sunt itaq. hæc loca veluti capsarum, pyxidumúe tituli, qui indicant, vbi aromata condantur.

Exemplum sit in nomine, Euangelium in quo primum, si nomen perdendas, bonam significat annunciationē. Nam de Euāgelio prophetauerat Esai. ca. 40. *Quàm pulcri pedes euangelizantium*: Et Angeli decantarunt pastoribus; *Euangelizo vobis gaudium*

Esai. c. 60.

Luce. ca. 1.

dium magnum. Caussa est Christus. Effectus est, instauratio totius mundi alioqui ruentis ad interitum. Subiectum sunt homines. Aiuncta sunt miracula, præceptaq. Ecclesiæ. Consentanea sunt, quęcumq. à Philosophis, hominibusúe morali probitate prędítis dicta, & acta sunt. Dissentaneus deniq. est mundi amor. Hæc itaq. perstrinxisse libuit, vt veluti depicta ob oculos cũcta haberemus loca. Modò de singulis breuiter agamus. Nõ enim Dialecticũ modo agimus, sed concionatoris aliqualem adiutorem.

Caput II. De loco a caussis.



ED quamquam memoriæ gratia primo loco nomẽ collocauerimus: à caussis tamen initium sumendum est. Nam iuxta rectam methodum, à notioribus, siue ab ijs, ex quorum cognitione reliqua pẽdent, in omni negotio sumendum est initium.

Lib. 1. Eth. ca. 3. docet Aristoteles.

Aristo. 1. Phisic. c. 1.

Caussæ autem sunt, à quibus tota pendet cognitio. Immò, si per tempus liceret, vobis, ni fallor, ostenderem apertè, omnia loca ad caussas, & effectus esse referenda. Nihil est enim, quod iuxta caussas, & effecta non debeat explicari. Quidquid enim est, quod ad rem pertinere possit, eam vel iuuat, vel oppugnat, vel ab ea proficiscitur. Porrò quæ rem iuuant, rei caussam, & effecta iuuant, & propugnant: contraria verò, rei contrariantur; veluti cassæ efficientes, vel formæ contrariæ, aut etiam finis aut materia aliter, quàm oportet disposita. Quare omnia ad caussarum naturam quodammodo exigenda sunt. Sed prætermittamus hæc modò: satis enim est aperuisse exactam rerum cognitionem à caussis, & effectis pendere.

Iob. 5.

Caussa itaq. (vt à definitione proficiscamur) illa est, cuius vi aliquid fit. Vnde Iob. 5. *Nihil sine causa fit*. Itaq. quidquid fit, à caussa fit: & caussa est, quæ rei producendæ vim habet.

Caussarũ genera Plato sex esse voluit: Materiã, Formã, Efficientem, Finẽ, Exẽplar, & Instrumẽtũ. Reprehẽditur tamẽ Plato à qbusdã, ꝙ absq. caussa caussas multiplicarit: quãdo quidẽ exẽplar & instrumẽtũ ad efficiẽtẽ causã reuocari possũt. Nõ eo inficias.

Sed

Sed non est huius loci de hac re disputare. At Plato exemplar inter caussas adnumerauit, vt per Ideas perfectiones Dei apprehendi possent. Sunt enim in Deo infinitæ perfectiones, quas ideas appellare licet: sicut in vnoquoq. nostrum ideæ sunt, siue exemplaria illarum rerum factibilium, quas noster cognoscit intellectus. Hoc genere argumenti frequentissimè scriptura vtitur, ab exemplo nos monens. Vt quando Christus dixit, *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, sic vos faciatis.* Item: *discite à me quia mitis sum, & humilis corde.* Item: *diligite inuicem, sicut dilexi vos.* Quo item genere argumenti vtitur beatus Petrus dicens, *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.* Et id genus mille sunt loca, in quibus ab exemplari argumenta ducuntur. Mouent autem vehementiùs, & se animis auditorum faciliùs insinuant, & tenaciùs memoria retinentur exempla. Quare Theologis familiarissima esse debent, præsertim apud vulgus imperitum. Instrumenta prætereà retulit inter caussas Plato, quæ sunt etiam ad argumentandum vtilissima: sicut ad Corinthios 1. cap. 3. *Dei sumus adiutores.* Sumitur autem efficax argumentum ad rei nobilitatem commendandam, si caussa præcipua instrumento præcipuo vtatur. Sic loquitur beatus Petrus, *Non corruptibilibus auro, vel argento empti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis; sed prætioso sanguine agni immaculati Christi &c.* Quamquam ergo dicturi sumus de hac re postea: interim concionatores intelligant celeberrima esse, hæc duo loca in Scriptura. Tota namq: doctrina de vitando conuictu, & consuetudine hominũ vitijs deditorum hoc loco nititur: vt 1. Corinth. 5. & Galat. 5. *Modicũ fermentum totam massam corrũpit.* & 1. Corinth. 15. *Corrumpunt bonos mores colloquia praua:* Et Hebre. 12. *Ideoq. & nos habentes tantam impositam nubem testium, deponentes omne pondus, & circũstans nos peccatũ per patientiã curramus ad propositum nobis certamen:* Totaq ministrorum Dei doctrina (de qua 1. Corint. 4 *Sic nos existimet homo &c.* ex loco ab Instrumento petẽda est. Hæc igitur distinximus, vt vberiorem inuentionis materiam concionatori præstaremus: alioqui instrumentũ ad caussã efficientẽ, exẽplar

Quare Plato exẽplar fecit caussæ genus.

Iohan. 13.
Matth. 11.
Iohã. 13. & 15.
1. *Pet.* 2.
1. *Cor.* 3.
Epist. 1.
1. *Corint.* 5.
Gala. 5.
1. *Cori.* 15.
Heb. 12.
1. *Cori.* 4.

ad formam, seu etiam efficientem reuocare possumus.

Caput III. De caussa finali.

Quattuor itaq. sunt caussarum genera. Horum primũ finis est: primum inquam, vt Arist. ait, in intentione. Quare de illo primùm dicendum est; cùm à fine etiã cetera pendeant. Finis definitur, cuius gratia aliquid fit. Est hoc genus argumenti præstantissimum. Finis enim est, quo consequuto res perficitur; quique scopus est agenti præfixus; quique vtilitatem, & iucunditatem solet adferre. A fine autem laudantur omnia. Vnde beatus Paulus. 2. Corin. 4. seipsum ad aliorum ædificationem commẽdat. *Non, inquit, sumus sicut quidam adulterantes verbum Dei, sed sicut ex Deo coram Deo in Christo loquimur.* Quibus verbis insinuat se non in aliud, quàm in Dei honorem, ac proximi vtilitatem verbum Dei an nunciare. Idipsum Philip. 1. *Quidenim dum omni modo Christus E-uangelizetur, siue per veritatem, siue per occasionem.* Quod ad Phili. 2. explicat dicens: *Omnes quæ sua sunt quærunt.* Et Iohan. 8 *Non quæro gloriam meam, est qui quærat, & iudicet.*

A fine sumitur distinctio. Vnde lex, & Euangelium à fine distinguuntur. lex enim bona pollicebatur temporalia, pueros q. veluti pedagogus instituere nitebatur: nihil enim ad perfectũ adduxit lex: at Euangelium omnem hominem in Christo perfectum facere studet. Distinctio vitæ, & status, à fine sumitur præsertim. A fine sumitur ratio omnium quæ agenda, vel cognoscenda sunt. Ita beatus Pau. 1. Cor. 6. & 10 *omnia mihi licent, sed nõ omnia expediũt:* & ad Philip. 3. *Omnia arbitratus sum stercora, vt Christum lucrifaciam.* A fine denique suademus, & dissuademus: opera probamus, aut reprobamus. Vt, si Christianus es; vide in quem finem vocatus es, nempe vocatus es in perfectionem. Quã enim alia de caussa baptizatus es, quàm vt exuto veteri homine, Christum Iesum induas? Item cum dicat B. Paul. 1. Cor. 10. *siue manducatis, siue bibitis, siue quid aliud facitis, omnia in gloriã Christi facite:* vt quid obsecro, Christiani saltant? vt quid præ

Marginalia: 2. Physic. c. 3. & 2 lib. de Demõst. — 2. Cor. 4. — Ad Pgil. 1. — Ad Phil. 2 — Iohan, 8. — 2. effectus. — Hebre. 7. — 3. effectus. — 1 Corint. 6 & 10. — ad Philip. 3 — 4. effectus. — Cori. 10 1.

pretiosam comparant vestem? vt quid vana loquuntur, aut agunt? Cùm enim hæc facientes à fine legitimo diuertant; opera hæc mala sunt, & in ijs venialis saltem culpa committitur.

Ecce ex fine colligitur, quid mortale, quid veniale sit; quod opus non sit cum ratione coniunctum, atq. ad honestum finē destinatum. In quem sensum (licet & alium habeat) accipi illud potest Matth. 6. Si oculus tuus fuerit simplex, id est, si tota tua intentio feratur in Deum; si sit inquam simplex, nō mistus cum affectu aliquo terreno: tunc totum corpus lucidum erit, idest omnia opera erunt lucida, pulchra, pura, & Deo grata. Contrà verò si aliter, quàm ꝑpter Deum, intueatur oculus tuus etiam illa, quæ extra Deum non sunt: eueniet, vt bona opera tenebrosa sint. Ex quo intelligitur, quàm à vero scopo aberrent illi, qui suis operibus bonam quandam, vt ipsi dicunt, intentionem prętendunt, cùm tamen subocculte in sua commoda ferantur. Nō enim quicumque verè operum finis est; sed ille solùm quem integrè, & verè, & purè accōmodatis quęrimus medijs.

Vt autē concionatoribus copiosissimam à fine inueniendi suppeditemus materiā: ecce tradim⁹ diuersas finis significationes, vt ex tot fontibus haurire facile argumēta possint. Est finis quo, & finis quod: scilicet aut significat finis adeptionē, aut significat rem adeptam. Vel, vt clariùs dicam, aut sumitur finis pro actione ipsa, qua finem cōsequimur; aut significat rem ipsam, quam exoptabamus, & qua iam comparata perfruimur. De fine quo, est illud psal. 118. *Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem.* Et Iohan. 17. *hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.* De fine quod Psal. 72. *Deus cordis mei & pars mea Deus in æternum.* Et, 2. Corin. 10. *Omnia in gloriā Christi facite.*

Est alius finis vltimus, & alius non vltimus. Finis non vltimus gratia est, & spiritus, & ædificatio fratrum, & obtēperare Deo, & id genus cetera. Finis vltimus gloria est, nimirum Deus ipse. De vtroq. fine psal. 83. *Gratiam & gloriam dabit Dominus.* De nō vltimo Lucę 11. *Dabit bonum Spiritum petentibus se.* & 1. Corin. 12. *Omnia ad ædificationem fiant in vobis.* & rursus 2. Cor. 12. *Omnia ca*

Finis multiplex est.

Psal. 118.
Iohan 17.
Psalm. 72.
2. Cor. 10.
Psal. 83.
Luca 11.
2. Cor. 12.

rissi-

rißimi,propter ædificationem vestram.

Rursus est finis artis, & artificis. Quod non ideo tantùm à me dicitur, quòd ars tantùm nitatur præstare quod suum est, artifex vero effectũ assequi:sed ideò etiã,vt intelligat cõcionator,eundem esse illi finem constitutum(vt supra diximus)qui est diuinæ scripturæ,quiq. est ipsius etiam Christi. Itaq. hic ille

Esai.27. est finis,de quo Esaias 27. *Hic est omnis fructus,vt auferatur pecca*
Iohan.2. *catum;*Et,*ille venit,vt peccata tolleret.*Iohan.2.Et Col.1.*In hoc la*
Colos.1. *boro certando,vt reddam omnem hominem perfectum in Christo.*Sed de hoc satis superiùs dictum est.Ex quo argumenta etiam peti possunt contra eos concionatores,qui perfectionem Euangelicam persuadere aut parùm curant aut omnino negligũt.

Præterea vbi sunt plures fines,est finis proximus,& finis mediatus:vt B.Augustinus ait. Creauit Deus hominem,vt Deum cognosceret,cognoscendo amaret,amando operaretur,ope-

Iob.5. rando vitã promereretur æternam. Hac ratione Iob.5.homo
Gen.2. ad laborem esse natus dicitur.Et Gen.2.*Posuit Deus hominem in paradiso,vt operaretur,& custodiret illum.*Certum est vnum finẽ ad alium dirigi,quousq. ad vltimũ perueniatur.Id enim quod comparare nitimur, in alterum præterea finem illud destinãtes,& finis,& medium est,quamquam ratione diuersa.

Tandẽ alius est finis generalis, & alius proprius. Cõmunis finis verbi gratia est placere Deo.At singulæ virtutes,& vitia,ꝑprios fines habent:vt castitatis est finis ingenij acumẽ, viriũ robur,corporis puritas,cãdor,& piꝰodor,& deniq. carnis triũphꝰ

Ex his ergo omnibus finibus multa Theologis,& pulcra suppetet argumentorum copia. Veluti à fruitionis beatificæ magnitudine, & item à pulcritudine gratię persuadebis sanctè viuere.Item;si concionatoris finis ædificare tãtùm est:quorsum alia,quę vel obsunt,vel non prosunt?Præterea;si exhibere omnem hominem perfectum tuus est scopus:cur aliud prædicas, quàm quod iuuat ad hunc finem cõparandum? Si tam pulcra, nobilis,& vtilis est castitas: cur non eam summo studio sectaris: Si prudentis est, nihil, vt finem tuum perfecte assequaris, prætermittere, ac non tantùm quæ impediunt, sed etiam quæ

non

non prosunt, declinare; cur non vt Paulus & facis, & prædicas? Is enim 1 Cor. 6. ait: *Omnia mihi licent sed non omnia expediunt: omnia mihi licent, sed non omnia ædificant.* 1. Cor. 6.

Caput. IIII. De caussa formali.

SEcundum caussæ genus forma est: locupletissimus etiā locus. Est forma, quæ dat esse rei. Quod esse cùm multiplex sit; multiplicem etiam esse formam oportet. Est enim forma aut naturalis; vt hominis animus, qui dat esse homini: aut non naturalis, cuius generis multæ sūt. Nam supernaturalis forma virtutum omnium est caritas: eatenus enim virtutes opera Deo grata, & meritoria edere possunt, quatenus à caritate imperantur: ita vt caritate impellente, scilicet propter Dei amorem fiant. Ipsæ etiam virtutes, donaq. omnia à Deo infusa, formæ supernaturales cēsentur. Scientiæ etiā, humanæ formæ acquisitæ sunt: virtutes item, habitusq. vel boni, vel mali. Hūc referre licet officia, & vitæ conditiones. Quæcūq. enim hominem in certo quodam esse constituunt, formę censendæ sunt: vt matrimonium, virginitas, sacerdotiū, militia, nobilitas, itē corporis forma, & habitus, & id genus cetera omnia. Quamquam & ad adiuncta, alia tamen ratione, possunt pertinere.

Ex hoc loco B. Paulus argumenta sumit ad Cor. 1. c. 2. quando à capillis argumētatur, q pro velamine dati sunt mulieri. Si ergo mulierē cooperuit natura, ne seipsa detegat. Phil. 3. *Imitatores mei estote, & obseruate eos qui ita ambulant sicut habētes formā nostram.* Et 1. Cor. 2, *Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei, &c.* Vbi argumentatur à ratione, seu forma humanæ rationis: quamquam ab illius adiuncto simul argumentatur. Et Ecclesiast. 19. capi. *Amictus vestium, risus dentium, ingressus pedum enunciant de homine.* Nos ergo efficacissimè persuadere possumus ab his omnibus formis in hunc modum. Es eques: esto igitur officiosus, & fortis; esto, inquam, in bello strenuus, in pace benignus. Es sacerdos: vaca ergo sacræ orationi & lectioni.

1. Cor. c. 2.
ad Phili. 3.
1. Cor. 2.
Ecclesi. 19.

lectioni: alioqui non respondes ei, quam habes status formam. Atq. ita de ceteris. Quæ tamen omnia non sine iugi, laboriosaq. exercitatione comparari possunt.

Hoc argumenti genere & sacrosancta scriptura, & sancti doctores vtentes, appellant homines Dæmones, & bestias; vt equos, mulos, porcos, canes. Cùm enim iuxta affectum, quem ad res quis habet, specialiter discernatur: si terram amat, terra est; si aurum, aurum est &c. Inde qui bile furit in fratres, leo est, aut equus: qui inhonestus est, porcus est: qui alios in sermone rodit, canis est: qui odio proximos habet, est diabolus. Igitur multa, eaq. efficacissima ad persuadendum hinc possunt argumēta sumi. Veluti, cur vis esse porcus? cur canis? cur, cùm sis virgo, non satis honestè agis? cur vidua delicijs te dedis? Eâdem ratione asserimus quemquam verè hominem non esse, quoniam vita bestias imitatur. Sed refertur etiam comparationi ad simile huiusmodi argumenti genus.

Tandem sunt formæ artificiosæ, ex quibus pulcherrima sumes argumenta: veluti in hunc modum. Quadratum erat sancta sanctorum, quia quadratus debet esse vir iustus: ita vt quocumq. vertas illum, fixus sit, & in virtute firmus. Quo genere argumenti de Arca Testamenti, de Templo Hierosolymitano, de vestibus sacerdotalibus, deq. multis, quæ certam habebant figuram, possumus philosophari, ab externis ad spiritualia colligentes. Veluti: oblongas defers vestes? esto ergo quietus, & grauis. Ac deniq. ex re quauis quæ in certo rerum genere hominem constituat, argumentum de sumi potest. Vt: christianus es: viue ergo iuxta Euangelium. Item iuxta diuersas ætates, tamquam ex forma, argumenta produci possunt.

Quod argumenti genus, si expositione amplificetur, vastissimum est. Vbi tamen annotarim labore, diligentia, exercitatione, atque oratione sedula opus esse.

Caput. V. De caussa efficienti.

De caussa


E caussa efficienti, quæ dignitatis ordine tertiũ caussæ genus est, dicamus. Est caussa hæc à qua est res. Ita dixeris accommodatè. Nam si definias; à qua aliquid fit: in omne caussæ genus definitio hæc competere potest.

Est multiplex efficiens caussa. Est imprimis caussa efficiens absoluta, siue (vt vulgo aiunt) totalis, quæ sine alterius præsidio rẽ facit. Deus creator est hac ratione: *Ipse dixit & facta sunt.* Hoc pertinet ad acrem illam quæstionem, an possit esse vllum creã di instrumentum, itemq. vocationis, seu prædestinationis. Nã Ephe. 1. *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem.* Et 1. Iohan. 4. *Prior ipse dilexit nos.* Et Rom. 5. *Cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius.* Ephe. 1. 1. Iohan. 4. Roma. 5.

Est etiam caussa adiuuans, scilicet instrumentum, quo maior caussa vtitur. Qua ratione 1. Cor. 3. cõcionatores, & ministri Ecclesiæ, adiutores Dei dicuntur. Præclarus certè honos, & præclarum munus, quòd sis Dei adiutor, ô concionator, & quicumq. alius Ecclesiæ minister. 1. Cor. 3.

Est etiam caussa procreans, & gignens: quæ effectum prima producit. Iacob. 1. *Voluntariæ genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius.* Etenim verbum Dei totum renouat hominem, omnem docet sanctitatem. Iacob. 1.

Est item caussa cõseruans, quæ effectum productũ conseruat. De qua 1. Cor. 1. *Qui conseruabit vos vsq; in finem sine crimine*. Et Phil. 2. *Qui dat velle & perficere pro sua bona voluntate.* 1. Cor. 1. ad Phi 2.

Est præterea caussa spontanea, idest liberè agens. Qua ratione dictum est Cain *Sub te erit appetitus tuus*, Gen. 4. Et de Christo Esa. 53. *Oblatus est, quia ipse voluit.* Gene 4. Esa. 53.

Est caussa naturalis: scilicet natura ipsa agẽs sola appetitus propensione. De qua ad Gal. 1. *Prout animalia bruta ducebamini euntes.* Et in epistola Iudæ: *Quæcumq. ignorant blasphemant: quæcũq; autem naturaliter tamquam animalia bruta norunt, in his corrumpũtur.* Et ita se reuera habet res. Flocci faciunt homunciones sanctitatem; & tamquam animalia rationis expertia totos se rebus sensibilibus mancipant. ad Gal. 1. Iuda. 10.

Est caussa cogens, quæ violentia ad quidquã agendum impellit. De qua Esa. 28. *Sola vexatio dabit intellectum auditui*. Et Iaco. 2. *Dæmones credunt, & contremiscunt*.

Esai. 28.
Iacob. 2.

Est caussa, quæ fortuita appellatur, scilicet quando effectus fit citra agentis voluntatem: vt quando verbum fortè efferimus, ex quo alter ædificatur, nobis id non præsentientibus: vel etiã quando quidquam dicimus cuiusdam rei gratia, alter verò secus interpretatur: vt in multis veteris testamenti actibus, in quibus nequaquã ipsimet agentes, ea quę suis actibus figurabãtur, pręsentiebant: veluti, inebriatus est Noe, nec sensit filiorũ ludibrium: quod de Christo interpretamur, qui nouã plantans vineam, amoris ebrietate & morte in Cruce consopitus, nudatus est. Sũmum quidem amoris indiciũ, in cruce nudũ tale opprobriũ pertulisse. Sed notandũ hoc loco est quoad Deũ nihil à fortuna, vel casu fieri, sed omnia dirigi in certos fines. Iob. 5. *Nihil sine caussa fit*: in pijs pręsertim: vt Rom. 8. *Diligentibus Deũ omnia cooperantur in bonũ*. Nihil ferè pius facit piè, quod à Domino in pium honestũq. finẽ non dirigatur: & ea de caussa in postrema Primę horę parte ita dicimus: *Dirige opera manuũ nostrarum super nos, & opus manuũ nostrarũ dirige*: Quibus verbis à Domino petimus vt omnia opera nostra in illius gloriã, fratrumq. nostrorũ nostramq. ędificationem dirigantur. Nã si Luc. 12. cap. habetur: *Quinq. passeres veneunt dipondio, & vnus ex illis nõ est in obliuione coram Deo*: Et Matth. 10. *Nonne duo passeres asse veneunt, & nullus cadet super terrã sine patre vestro?* Quid dicem⁹ de hominibus? quid de filijs Dei? Nihil eorũ est in obliuione apud patrẽ cælestem: nihil ab illis piè fit, quod in finem pium à Deo non dirigitur.

Iob. 5.
Roma. 8.
Luca. 12.
Matt. 10.

Est hoc genus argumenti à caussa efficienti, & locupletissimũ & efficacissimũ, sanctisq. scripturis valde familiare: quo Christ⁹ dominus pręsertim vbi de perfectione agebatur, vsus est. Atq. ita Matt. c. 5. concludit; *Estote ergo perfecti sicut pater vester cælestis perfectus est*. Vnde B. Pau. ad Ephe. 5. *Imitatores Dei estote sicut filij carissimi*. Et in Leui. sæpe: *Sancti eritis, quoniã ego sanctus sum*. Et 1. Iohã. 5: *Nos ergo diligamus Deũ, quoniam ipse prior dilexit nos*. Et rursus: *Diligite inuicẽ sicut dilexi vos* Iohã. 13. Nonne enim oportet

Matth. 5.
ad Ephe. 5.
1. Iohan. 5.
Iohan. 13.

vt filius imitetur patrē? nonne patrē appellamus Deū? Nonne omnia habemus à Deo? Non ne sumus opera manuū eius? Nō ne illius oues? discipuli? milites? serui? Si christiani à Christo dicimur; Christum ergo oportet imitemur.

Hoc argumenti genere & laudamus & vituperamus: & suademus, & dissuademus à progenitoribus, ab instrumētis, ab omni genere caussę efficientis argumentū efficientes. Eiusmodi argumētū est 1. P. 1: *Nō corruptibilibus auro, vel argēto redēpti estis d vana vestra cōuersatione; sed pratioso sanguine agni immaculati & incōtaminati.* Hinc damnare possumus omnem humanā pōpam, & vestiū pretiosarū luxum: quoniam à Dæmone excogitatus est, nō à Christo crucifixo & nudo. Hinc hæreticorū placita condēnamus, quoniā ab impiis & imperitis hominibus prōseminata sūt. Hinc doctrinā piā & catholicam amplectimur, quoniā parētes habet tot sanctos, & doctos viros. Hinc persuademus homini vitā cū ratione coniunctā quoniā si animal rationale est, oportet, vt opera faciat rationi cōuenientia. Hinc impios dānamus, quoniā pro libito agunt res, nō pro ratione. Demū qualis efficiēs caussa talis effectus. Sed non ita late patet argumentū à materia, de quo iam est dicendum. 1. Pet. 1. 1. Cor. 3.

Caput. VI. De caussa materiali.

Materia est ex qua aliquid fit. Sed est quædā materia de qua, & quedā præterea materia circa quā, & quędā materia in qua. Porrò materia ex qua, & naturalis, & artificialis, & doctrinalis est. Accipite exēpla. Gen. 3. homini dicitur: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terrā, de qua sumptus es. &c.* Vbi vide obiter quid Ecclesia præterea dicat *Cinis es, & in cinerē reuerteris:* Nam cū puluis, scilicet terra quędā leuis, vires carnis nostrę propēsiones significet; cinis quidē quę adusta est terra, nō solū vilē, & infirmā nostrā naturā, sed peccato etiā adustā significat. De materia ex qua artificiali, lege 3. Regū de Salomonis tēplo: lege. Apo. 21. de noua Hierusalē: quę sancta Ecclesia in officio dedicationis explicuit, dū cęlestē Hierusalē ex cuius lapidibus, idest ex spiritib[us] cęlesti- Gene. 3. Apoca. 21.

sanctorumq. animis constructã, quadratam esse docet.

Materia de qua habetur Iohã.3 *Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur.* Materia de qua doctrinalis, ipsa sacra scriptura est, legem, Prophetas, & psalmos complectens, vt Psal. *Beatus quem tu erudieris Domine.* Materia circa quam Christianus homo

Ephe.2. versatur, bona opera sunt: De quibus Ephe.2. *Ipsius sumus factura, creati in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus.* Et, vt ex Theologia didicistis, vnaquæq. virtus, & vitium suũ habet obiectum, circa quod versatur.

Tandem materia in qua, anima nostra est: quæ à Paulo nunc templum Dei, nunc Spiritus Sancti templum speciali ratione

1. Cor.3. appellatur 1. Cor.3.

Possunt quidem ex hisce omnibus caussarum generibus argumenta duci. Sed sola caussa ex qua, propriè materia est: reliquæ verò caussæ quæ materiæ dicuntur, ad alias caussas reuocari possunt. Ex hoc autem genere caussæ & laudamus, & vituperamus, & suademus. Hinc omnia terrena floccipendimus,

Iohan.3. quoniam ex terra sunt: & amamus cælestia, quæ vili hac materia carent. Hinc Iohan.3. *Quod natum est ex carne, caro est.* Vilissima caussa materia est: temporalia & omnia ferè materia sola sunt. Docemus ergo ex materia, qualis sit res, quantiq. momẽti: vnde & laus sequitur, & persuasio. Ceterùm hoc genus caussæ latiùs patebit quando de definitione disseremus. Ex materia enim, rerum temporalium definitio sumitur.

Caput. VII. Quo traduntur notationes vtilissimæ circa caussarum vsum.

Interim nonnihil de vsu caussarum adnotemus. Theologos igitur admonemus, vt docentes, à primis, & generalioribus caussis auspicentur. Vt si de redemptione per Christum facta differere velis: exordire à Deo creatore. Sed si persuadendum est, aut caussæ inquirendæ: à postremis, & proximis sumendum est initium. Verbi gratia, vnde tot peccata modo in orbe? Cur absque timore

timore peccatur? Poteſt quidem cauſſa in genere, vel in ſpecie inquiri: atq. vel cauſſa propria, vel occaſio ab hominis malitia ſumpta. Si de occaſione ſermo ſit: in promptu eſt ex Eccleſi. 7. cauſſa: ſcilicet; quia non profertur citò contra impios ſententia, ideò abſq. vllo timore filij hominum perpetrant mala. Si roges, cur non profertur citò ſententia: reſpondet Sāct. Paulus Rom. 2. *Ignoras quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit.* & 2. Pet. 3. *Patienter agit propter vos nolens aliquem perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti.* Si roges, cur tam patiens? ipſemet Paulus Rom. etiam 2. ait, *An diuitias bonitatis eius, & patientiæ & longanimitatis contemnis?* Si rogites, cur vſq. patiens eſt? reſpōdetur, quia bonus eſt, quia totus ipſe amor eſt, & miſericordia. Eccleſi. 7. ad Rom. 2. 2. Petri. 3. Rom. 2.

Si autem de cauſſa ex parte hominis ſermo ſit: cauſſa vel malitia eſt, vel ignorantia, vel infirmitas: itaq. de ſingulis ſigillatim dicendum. Si malitia; quæro, vnde malitia? ex peccandi conſuetudine, ex odio in virtutes, ex reprobo ſenſu. Vnde hoc? quia propter peccata ſunt quidam homines à Deo derelicti. Si quæ ſint peccata rogas: illud præſertim, *Quia vocaui & renuiſtis.* Si roges, cur reſiſtunt vocationi? variæ cauſſæ ſunt: vt, quia dilexerūt magis gloriam humanam, quàm Dei. Si quæras cur magis diligunt terrena: quia in ijs, quæ norunt corrumpuntur; & quia volunt. *Perditio tua Iſrael.* Oſeæ. 13. Ferè eodem modo philoſophaberis de cauſſa ignorantiæ. Cur ignorāt? quia nō ſunt edocti: ſcilicet, vel deficiente magiſtro, quia non adeſt, vel quia ipſi docē di non adſunt; vel quia etiam ſi concionem audiant, concionator non ſeminat illud verbum, quod eſt triticum, vt Hierem. 23. Si de infirmitate quæris? in promptu eſt propenſio ad malum, atq. peccandi conſuetudo. Si quæras vnde tam mala propenſio, & ad peccandum facilitas: ex vita liberiori, & diſſoluta, ex ornatu ſuperfluo, ex intemperantia in eſu, & potu. Cur etiam in hæc labuntur? Quia nihil aſperum pati volunt, ſed omnia facilia corpori, & ſuauia quærunt. Vnde hoc? ex proprio amore, quia ſemetipſos impenſiùs diligunt. Et cur tantopere ſe diligunt? quia verbum Dei non corripit illos: nimirum non docentur, non ſuadentur. Cur non id præſtant concionato- Prouer. 11. Oſea. 13. Hierem. 27

res? quia cùm sint sal, euanuerunt. Et quidnam saliendi vim ademit sali? ambitio, auaritia, deliciæ.

Sed de his iam satis. Tantùm enim indicare voluimus, quonam pacto, & quando à primis caussis vel vltimis auspicari debeamus. Vbi tamen est aduertendum attentiùs, nullam in hoc discursu prætermittendam caussam: claudicaret enim earum series. Deprehendemus autem caussam aliquã prætermissam, quando exposita caussa effectus mox non sequitur. Verbi gratia: si roges, cur tot peccata? et respondeas, quia liberi sunt homines: non bene respondisti. Nam posita libertate, non sequitur mox peccatum.

Igitur vti diximus si vis quidquam construere, à superioribus caussis, veluti à fundamentis est incipiendum. Si verò operis facti rationem vis scire: exordiri à fine oportet. Vt si quis qualis domus aliqua sit discernere velit: inquirat primum, in quẽ finem illa domus condita est. Sic Apocalypsis methodum scire volens, quorsum Iohannes Apocalypsim scripserit, indagabit. Atq. ita in concione, & deliberatione, à fine semper exordiemur: & inde retrogredi caussam efficientem inuestigabimus, in qua examinabimus, quæ illius vis, & quantùm duratura: tum de loco, de tempore, ceterisq. circunstantijs illi accommodatis, atq. etiam de instrumento quæremus. Vt si persuadeamus alicui ad Deum conuersionem: ostendemus conuersionis auctorem Deum; & ostendemus item quàm sit potens, quamq. diu conuersio illa duratura sit, quæ per ipsum non fiat: deinde ostendemus illius instrumenta, & id genus alia. Hæc tibi lector, de caussa dicta sint, vt non tantùm earum naturam, sed etiam vsum assequaris. Quæ omnia quamquam ad methodum spectare videantur: tamen reuera inuentionem adiuuant: præstant enim modum quo aptiùs inueniamus.

Caput: V I I. De loco ab effectis.

Secun-


Ecundus locus ab effectis est. Effecta siue facta sunt, quæ à caussa fiunt. Cùm igitur sint quattuor caussarum genera, tot erunt & effectorum. Est effectus quidã à fine: qualia sunt omnia media: veluti oratio medium est ad comparandum omne bonum spirituale: sicut scriptum est: *Petite, & accipietis*. Est effectus alius à materia: vt homo terrenus, quia est a terra: nam scriptum est, *Primus homo de terra terrenus* Est alius effectus à forma: vt scriptum est, *Factus homo ad imaginem, & similitudinem Dei*. Est deniq. effectus ab efficienti caussa: vt scriptum est: *Ipsius sumus factura creati in operibus bonis*. *Matth. 7.* *1. Cor. 15.* *Gene. 2.* *Ephe. 1.*

Est hoc genus argumenti locupletissimum. In hoc omnia facta, & dicta reuocãtur: omnia enim, quę cogitamus, loquimur, & operamur, & quæcumq. per nos agũtur, effecta nostra sunt. Inde Matt. 12. *Ex verbis tuis iudicaberis, & condemnaberis*. Idest, verba tua tamquam effecta insinuant quinam sis: ex loquela enim cognoscitur quicũq. cuias sit. Legite Matt. 12. cap. Et Psal. 1. loquens Dauid de iusto, ita ait: *Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, &c.* *Matth 12.* *Matth. 12.* *Psalm. 1.*

Valet hoc argumenti genus ad docendum. Tota quippe Metaphysica, & Physiologia hoc argumenti genere progreditur. Inde etiam probatur, quòd sit fides in homine, qualisq. sit. Veritas etiam Euangelij, & Ecclesiæ Ruomanæ Catholicæ potestas hinc confirmatur. Quę omnia insinuat B. Pau. Rom. 2. dicens: *Inuisibilia Dei &c.* De Christo Iohan. 15. habetur: *Si non venissem, & opera fecissem, quæ nemo alius fecit, &c.* *Rom. 2.* *Iohan. 15.*

Ad laudandum vel vituperãdum optimus est hic locus. Omnes enim ferè Psalmi, prætertim illi, quorum initia sunt, *Benedic, &, confitemini*, ab operibus laudant dominum: vt Psal. 18. *Cæli enarrant gloriam Dei*. Hinc vituperat Paulus Ephe. 5. *Quæ in occulto ab ipsis fiunt, turpe est & dicere*. Et Rom. 6. *Quem fructum habuistis in ijs, in quib. nũc erubescitis?* Hinc homines delicijs dediti, & valdè compti vituperari possunt. Quid enim aliud comessari est, quàm lupũ agere? Quid aliud bibere nimis, quàm bouẽ *Psalm. 18.* *Ephe. 5.* *Roma. 6.*

referre? quid aliud calamistrare cæsariem, quàm effœminari? quãuis hoc & in fœminis reprehendendum etiam grauiter est. Itaque ab ipsis operibus vituperabis, dum eorum vtilitatem ostendes.

Eodem argumenti genere suademus, aut dissuademus. Vt
Psalm. 36. Psal. 36. *Noli æmulari in malignantibus &c.* Ex effectis dissuadētur
Psalm. 72. vitia, & persuadentur virtutes. Et Psal. 72 *Donec intrem in sanctuariū Dei, & intelligam in nouissimis eorum*, etiam ex effectis argumentum petitur.

Eodem etiam genere discernitur, quænam, & quales caussæ
Matth. 7. sint. Tota hoc docet scriptura, præsertim Matth 7 *A fructibus eorum cognoscetis eos.* Fructus peccatorum spinæ sunt, & tribuli: at fructus piorum misericordia, & mansuetudo, ac humilitas, quę
Ephe. 5. per vuas, & ficus significātur. Ita Ephe. 5. argumentatur B. Pau
Iohan. 4. lus: ita 1. Iohan. 4. *Probate spiritus, an ex Deo sint.* Vbi ex Deo veniente in carne, idest humili ante se, colligit, qui spiritus sint ex
Acto. 9. Deo. Acto. 9. collegit Angelus pium esse Paulum, quando ora
ad Gal. 5. bat. Legite, obsecro, attentiùs ad Gal. 5. vbi opera carnis, & fructus spiritus depinguntur, vt inde cognoscatis fructus frequentiores, & carnis effecta communia. Hinc discernetis, quæ oratio, quæ reuelatio, quæ ecthasis, quæ deuotio à Deo sit. Nam si parit humilitatem, mansuetudinem, obedientiam, honestatē, sanctumq́. timorem, & silentium, minoremq́. carnis libertatē; à Deo est: sin aliter; à Dæmone. Hinc contra Hæreticos, & infideles pro fide Catholica pugnabitis in hunc modum. In fide Christi docetur quis, & qualis Deus sit; doctrinaq́. traditur spiritualis, & cælestis. In Ecclesia Romana pietas docetur, & sanctitas, & bonę Sanctorum litteræ; atq. in eam sese cuncti pij recipiunt, ipsaque pios, & veram pietatem tuetur. Contra vero Hæretici impudici, contentiosi, impij, maledici multa contra rationem etiam naturalem & dicunt, & faciunt. Atque vtinam in hoc argumenti genere Theologi seriò, & accuratè se exercerent.

Locuples etiam hic locus est ad capessenda consilia. Iuxta effectus enim, quos assequi volumus, consilia instituimus. Dauid

vt in Saulis manus non incideret, ad Geth fugit. 1. Reg. Chusai ad Absalonem remittitur, vt callidè Dauidi patrocinetur. Hinc consilia Euangelica: ad seruanda enim pręcepta nobis ea data sunt. Qui enim non vult occidere, ne irascatur. Hinc omnia Religionum statuta: iuxta scopum enim religionis cōsilia dantur. Qui orationem solam cupit, vt inde feruentiùs amet Deū; consilia sibi ad mentis quietem excogitat: qui verò ad mundi contemptum inhiat, totus in mortificatione est. Ita etiam & orationem, & lectionem, & sanctorum hominū conuictū christianis commendamus, vt sancta operentur opera: consilijs enim vehemēter præcepta iuuantur 1. Cor. 7. Hac ratione Bea. Paulus virginitatem, aut continentiam commendat, qua fit, vt magis vacare liceat orationi. 1. Cor. 7.

Ex hoc loco conijcimus, quid mali parere possit otium, abūdantia, luxus. Sic enim colligimus indies homines quamplurimos, in plura, deterioraq. peccata lapsuros, nisi ab his rebus abstineant. Paulus ad Gal. 6. *Nolite irridere Deus non irridetur: quæ seminauerit homo hæc & metet.* Ex eodem etiam loco sic differere possumus, Qui fructus prouenire potest ex loquacitate? Qui fructus, si adolescentuli, aut etiam puellæ meraciùs bibant? Qui fructus ex lusu? ex vestium luxu? ex alijs deniq. huiusmodi mūdi pestibus? Ita colligit scriptura ex otio multa exoritura mala Prouer. 2. Eccle. 33. Eze. 16. Optimus hic locus est ad dissuadēda multa, vbi ex ijs incommodis, quæ moraliter, & vt plurimùm subsequuntur, colligimus: vt si quis mulieris cultum nō omni ex parte honestum inuerecundiam pariturum comminetur. Gala. 6. Prouerb. 2. Eccle. 33 Ezech. 16.

Ex hoc loco differimus, quisnā auctor aliquod opus fecerit, aut aliqua protulerit verba: etenim ex folijs, & fructibus qualis sit arbor conijcitur. Inde colligimus hominem non esse factū à Deo talem, qualis nunc est. Nam manus illę potentissimæ, & amore diffluentes, hominem ita ad mala propensum nequaquam effecissent. Ergo inuidia Diaboli peccatum inuexit in mundum. Inde conijcimus Christum esse Deum: nam tot & tā magnifica, quæ propria faciebat auctoritate miracula, à solo Deo effici poterant. Hinc illud: qui non est contra vos pro vobis Matth. 7.

bis

bis est. Hinc vanitatum, pomparumq. huius sæculi auctorem colligimus esse dæmonem. Nam vel Christus Iesus auctor est, vel dæmon: non Christus Iesus: nam nudus ille pendens in cruce non inspirat corporis cultum, & tormenta patiens non docet corporis indulgentiam: atq. ita de ceteris.

Hactenus de duobus locis, à caussa, & effectis: qui amplissimi nobis futuri sunt, si seriò & ex animo agamus; nimirum retexentes scripturam, & noua iuxta illam in quacumq. re oblata excogitantes.

Caput IX. De loco a subiectis, & adiunctis.


Ertius, & quartus locus à subiectis, & adiunctis nuncupatur: respondēt enim hęc sibi mutuò. Subiectū appellatur, in quo res alia inest, scilicet, quod alijs rebus subijcitur, vt locus rei in loco existenti. Vnde facilè colligitur adiuncta esse, quæ in subiectis insunt, siue quæ subiectis adiunguntur: veluti res locatæ in ipso loco.

Subiecta, & adiuncta, vtraq. sunt duplicia. Sunt enim quædam cohærentia siue continua, & vnita; vt arbores, & terra, in qua sunt: alia verò auulsa, idest seiuncta, & separata; vt quæ sunt in loco.

Subiectorum genera ex adiunctis cognoscentur. Aristoteles vero nouem adiunctorum genera in nouem categorijs enumerat. Omne enim accidens, quod substantiæ, siue rei, in accidentis modum accedit, adiunctum illi appellatur. Qua in re variam nobis materiam argumentandi ab adiunctis suppeditauit Aristoteles. Alij verò circunstantias, quæ numero sunt septem apud Aristotelem in Ethicis, & S. Thom. 1.2.q.7.ar.3. adiuncta appellant: vbi caussas, & præsertim finem nonnunquam vocãt adiuncta. Cicero vero tria facit adiunctorum genera: quæ præcedunt, quæ comitantur, quę subsequuntur: vt in peccato occasiones præcedunt; comitantur casus, & amissio gratiæ, & Dei inimicitia; sequuntur denique pœna, & conscientiæ anxietas. Vobis tamen commendo, vt quattuor præsertim subiecti, & adiuncto-

iuncto-

iunctorum genera habeatis in promptu, scilicet locum, tēpus, personam, & negotij quod agitur conditiones.

Exempla argumentationum à loco innumera sunt. Esai. 26 *Misereamur impio, & non discet iustitiam facere, in terra sanctorum inique gessit*. Ecce vt expendat in terra fidelium esse homines peccatores. Inde sępe, *Beati, qui habitant in domo tua Domine*. *Ecce nunc benedicite Dominum, qui statis in domo Domini, &c*. Ad finem respicit illa argumentatio: sed à loci dignitate sumitur. Et Esai. 56. & Matth. 21. *Domus mea domus orationis vocabitur*. Exempla argumentationum à tempore extāt apud. Esai. 49. Et apud Paulum 2. Corint. 6 *Ecce nunc tempus acceptabile*. Et apud Lucam. 12: *Hypocritæ faciem cæli & terræ probare nostis, quo modo hoc tempus non probatis?* Exempla sunt loci à personis Ecclesia. 13. *Qui tetigerit picem coinquinabitur ab ea. Qui communicauerit superbo induet superbiā*. Et apud Pau. 1. Cor. 5. & Gal. 5. *Modicū fermentū totā massam corrumpit*. Et 1. Cor. 15. *Corrumpunt bonos mores colloquia praua*. Sed & Psal. 9. (licet alius sit verè illius loci sensus) *Cum sancto sanctus eris, &c*. A tempore item argumenta sumi possunt in sanctis Ecclesiæ temporibus Aduentus, Quadragesimæ, & Pentecostes ad insinuandum Ecclesiæ spiritum, & ad admonendos homines. Item: Si tempore nouæ legis sumus, operemur vt filij lucis. Quo pacto argumentatur Beatus Pau. ad Roma. 13. *Hora est iam nos de somno surgere &c*.

Esai. 26. Psalm. 83. Psalm. 133. Esai 56. Matt. 21. Esai. 49. 2. Cor. 6. Luce. 12. Eccles. 13. 1. Cor. 5. ad Gal. 5. 1. Cor. 15. Psalm. 9. Roma. 13.

Ex hoc loco animos addimus catholicis. Nam cùm multi sint hæretici nobis hostes infestissimi; oportet catholicos non tantùm verbis, sed operibus præsertim pro Ecclesia propugnare. Similiter ad virtutem eò magis homines adhortamur, quòd plures sunt, qui inquinatè viuant. Nam si Deus habet tot inimicos, & tam impios; elaborandum nobis est, vt habeat amicos strenuos. Desumi hinc etiam potest argumentum, quo suadeamus, in tam periculosis temporibus, & tanta humanæ vitæ fragilitate cauendum esse à periculis.

Ex hoc etiam loco ad venerationem Templorum suadendam efficax, & amplissimum argumentum desumitur: veluti

hoc

hoc modo. In hoc Templo sacræ conciones habentur: imagines venerantur: immò etiam veneratur Deus ipse in Eucharistiæ ineffabili mysterio præsens: hûc peccatores veniam petituri conueniunt, eamq́. obtinentes, Deo reconciliantur. Cur igitur tu hîc nulla cum reuerentia versaris? Hæc, & alia si expendas; videbis quam ingens tibi dicendi supplex accedat.

Neq. potest ex hoc loco argumentandi copia deesse. Omnia enim ferè, etiam caussæ, & effecta, & quæcumque in nobis, vel circa nos sunt, adiuncta, vel subiecta sunt: veluti locus, domus, cubiculum, vrbs, prouincia, regnum, lectus, sella, mensa: quid non? Nos etiam ipsi subiecta sumus. Hûc adnumerare possumus amicos, vestes, actiones, pericula, euentus, occasiones, corporis humores, membra, signa omnia physiognomonica, & accidentia. Ex ijs ergo omnibus argumenta depromere potes. Neq. tibi durum videatur, si initio non facilè occurrant: exercitatione enim, & labore tibi habitum comparabis, quo facilè, & promptè hinc inde multa huiusmodi argumenta decerpas. Valet autem ad omne genus dicendi plurimum hic locus scilicet ad laudem, vituperationem, suasionem, dissuasionem, & ad aperiendam rei naturam. Hinc enim (vt suo loco dicemus) definitiones sæpe sumuntur: hinc consilia: hinc præsagia. Experimini ergo, & videbitis argumentorum hic latere thesauros.

Caput. X. De loco a dissentaneis.

Arist. in post categ. ca. de oppositis.



QVintus est à dissentaneis locus, & ille quidem locupletissimus. Quid dissentanea sint non est difficile intelligere. Sed ea duplicia sunt. Quædam enim sunt repugnantia, quæ sibi mutuò non certa lege repugnāt, veluti quælibet res alteri: nulla enim est res, quæ nō ab altera distet. Quædam verò sunt certa lege sibi repugnantia: & hæc aut sunt contraria siue aduersa, aut priuantia, aut relata, aut cōtradicentia. Est hic argumentandi locus in sacris libris frequentiss-

tissimus, aptissimusq. ad interpretandum. Afferamus exempla: mox indicabimus vsum. Placet vehementer locus ille Esa. 5. *Vae qui dicunt bonum malum, & malum bonum: facientes tenebras lucem: ponentes amarum dulce, & dulce amarum.* Ecce quàm apposi tè ex loco à contrarijs agat propheta aduersus eos, qui patientiam appellãt ignauiam: vltionem fortitudinem: spiritualem sapientiam ignorantiam: versutiam sæculi sapientiam: castitatem, & mortificationem acerbam: delicias mundi suauissimas. Sed partes quas hic locus complectitur singulas persequamur. Esai. 5.

Est amplissimus locus ab aduersis ex quo laudamus, vituperamus, suademus, explicamus, definimus. Laudamus vt Psal. 1. *Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum.* Hinc ampla laus, si quis laudetur quòd crimine omni caruerit: vnde Bea. Virginis Conceptio summè commendatur. Vituperamus autem: vt Iohan 8. *Qui ex Deo est, verba Dei audit.* Et alibi: *Vos ex patre diabolo estis: non estis filij Abrahæ.* Vbi & ab effectis, & à contrario simul Dominus colligit. Patet hîc etiam ad amplificandum campus in hunc modum. Non est hic castus, sed obscœnus: non mundus, sed sordidus, Atq. ita de ceteris. Item ad explicandum: vt ad Rom. 14. *Regnum Dei non est esca & potus &c.* Porro hic explicandi modus facilis est, & abundans: veluti si dicas. Non est officium sacerdotis diuitias quærere, non ociosum esse, non genio indulgere: sed offerre incensum, & panes, &c. Admoneo verò lectorem vt in interpretandis sacræ scripturæ locis vtatur hoc genere, seq. in eo vehementer exerceat. Definitur etiam ex hoc loco 1. Iohan. 3. cur Caim Abelum occiderit; nempe quia illius opera erant mala, huius vero bona: & Sapiẽ. 5. colligitur totum impiorum in pios odium. Hinc desumitur ratio cur concionatores, & confessarij quidam odio habeantur: quia nimirum aduersantur mundo. Hinc dominus sępe, in Euangelio præsertim Iohannis docet, cur ipse à mundo odio habitus sit, & cur mundus Apostolos persecuturus fuisset: nempe quia non erant de mundo. Psalm. 1. Iohan. 8. Iohan. 2. Roma. 14. 1. Iohan 3. Sapien. 5. Iohan 7.

Porrò duplicia sunt contraria: scilicet & medio carentia, & habentia medium. Medium autem alteri extremo comparatũ,

con-

contrarij ſeu aduerſi refert imaginem. Nam viride cum nigro comparatum, album cenſetur: cum albo verò collatum, eſt nigrum. In Euang. Matth, 12. dicitur: *Qui non colligit mecum, diſperſit & qui non eſt mecum, contra me eſt.* Quod de his accipiendũ eſt, quorum munus eſt ſuam in vineâ Domini operam præſtare. Eodem etiam modo in humanis actionib⁹ dicimus, ſi opus nõ ſit bonum, vel ſupernaturaliter, vel moraliter; eſſe malum: quia actus humanus ex deliberata voluntate profectus, nullus eſt indifferens. At Lucæ 9. habetur: *Qui non eſt aduerſus vos pro vobis eſt.* Quod de his accipiendum eſt, qui libertatem operandi, & non operandi habent. Neque tamen propterea nego eſſe opera quædam ex natura ſua indifferentia, vt ſedere, manducare.

Math.12. *Luca.9.*

Ad perſuadendum, & obiurgandum efficaciſſimus hic locus eſt, vt ad Rom. 2. *Qui prædicas non furandum furaris?* Ad Titum 2. *Qui confitetur ſe noſſe Deum factis autem negat.* Quod de illo ſcilicet dicitur, qui cùm credat in crucifixum, amat delicias; cùm adoret coronam ſpineam, concupiſcit auream, cùm honoret Chriſti opprobria, ambit terrenos honores. Hoc genus argumenti familiariſſimum eſt B. Paulo. Argumentatur enim ſæpe à contrario, à gentibus, ab infidelibus, à veteri Adamo, à lege qua ex parte maledictionem, & ſolùm terrorem dicit Ehe. 4. 1 Theſa. 4. Gal. 3 1. Cor. 15. & alibi ſępius. Eodem argumenti genere vtitur Beatus Iacobus contra maledicentes. *Numquid ex eodem fonte manat aqua dulcis & amara? Qui fieri poteſt vt eodem ore benedicatis Deum, & maladicatis creaturis quæ ad illius imaginẽ factæ ſunt?* Ita ſi quis Chriſtianus doceri cupiat, quæ bonum Chriſti militem deceant; iuuabit multum aut infidelis, aut hæretici mores ob oculos ei ponere. Nam cùm illi contrarij nobis ſint; oportet noſtra opera, eorum operibus contrariari.

Rom.2. *Tit 3.* *Ephe.4.* *1.The.4.* *Gene 3.* *1.Cor. 15.*


Caput. XI. De priuantibus.

Ex


X generibus dissentaneorum priuantia secundo loco enumeranda sunt: ex quibus argumenti genus petitur in sacrosanctis Scripturis amplissimum. Sæpe enim à luce ad tenebras, à cæco ad videntem fit argumentatio. Quod frequentius est in Euangelio B. Iohannis, & Epistolis. Sed in B. Paulo. *Abyciamus opera tenebrarũ & induamur arma lucis.* Certum enim est, hoc legis gratiæ tempus, esse diem, in quo Christus Dominus noster Sol verissimus illuxit. Quare non licet nobis viuere quasi in nocte ageremus. Nox enim vt B. Paul. ait ad Rom. 13. ebrietatem, & alia patitur: at in meridie nemo audet turpia patrare. Ecce vobis argumenti genus pijssimum, & firmissimum. Cui simile est hoc aliud. Si adsit lumen gratiæ, anima videt: sin verò secus, cæca anima est. Vbi enim non est Deus, tenebris sunt omnia circumfusa: vbi verò Deus habitat, fulget gratia cælestis. Videte quam sit hîc magna suppellex. Neque in hac re affero scripturarum loca: nam nullo negotio innumera deprehendetis, libros sacros euoluentes. In libro enim Concordantiarum quàmplurima in promptu sunt, præsertim ex Iohanne, & Paulo.

Ioban. 1. 1. Iohan. 6. 2. Roma. 13 Ephe. 5. 1. Thes. 5. ad Rom. 13.

Caput. XII. De Relatis.


Ocus à Relatis etiam optimus est. Ac meminisse oportet, quædam esse relata secundum esse, quædam relata secundum dici, vt Theologus ex quouis relatorum genere argumenta depromat. Præterea, esse relata paria, vt simile, & dissimile: item imparia, vt maiora, minora, digniora, indigniora, & id genus cetera.

Cognita relatorum natura oportet attentiùs Theologos inspicere, relata eatenus pertinere ad hunc locum, quatenus opposita seu dissentanea sunt: alioqui ad caussam, & effectum seu ad alios locos referuntur. Pater enim, & filius

dupliciter considerari possunt: scilicet & quatenus caussa & effectus, & quatenus relata sunt.

Ex relatis ergo hac ratione consideratis multa pulchra, & efficacia prosilient argumenta. Verbi gratia. Si pater es, sit tibi curæ filius: si filius, esto patri obediens. Si magister es doce discipulum: si discipulus es, disce à magistro. Ita argumentatur Malachias cap. 1 *Si ego dominus ò vos serui timorem cur non habetis? si ego pater, cur vos filij non me amatis?* Et 1. Tim. 6. *Habentes alimenta, & quibus tegamur, ijs cōtenti simus.* Nam à magno & paruo ibi argumentum ducitur in hunc modum. Ea quæ parua siue pauca sunt, faciliora multò, & minus periculosa, aut grauia sunt, quam multa & magna: non ergo opus est multis, cùm pauca sufficiant. Et Prouer. 30. pulcrè ex ratione serui, & Domini, atq. ancillæ, & Dominæ argumentum elicitur in hunc modum. *Per tria mouetur terra, & quartum sustinere non potest. Per seruum, cùm regnauerit: per stultum, cùm cibo satiatus fuerit: per odiosam mulierem, cùm matrimonio iuncta fuerit: & per ancillam, cùm fuerit hæres Dominæ suæ.* Quid sibi hæc volunt? Nimirum (si litteralem sensum spectes) ingens esse malum si serui hoc est peccatores regnent; domini verò idest homines piè viuentes ab impijs conculcētur. Mysticus autem hoc loco sensus docet, legi diuinæ ancillari debere humanam mentem, non autem è conuerso humanæ naturæ peccato infectæ licere diuinam legem esse subiectam. Quid enim? Nonne humanę leges regnāt? Nonne etiam (quod deplorandum est) praua quædam de honoribus, delicijs, & alijs eiusmodi rebus mundi placita? Ecce ergo argumentum. Si serua est humana ratio; obtemperet Domino, qui per diuinam à se profectam legem, liberū nostrum arbitrium regit, & gubernat. Quod autem de stulto dicitur saturato, quoad sensum litteralem, hominem mundanum significat, non cibo tantum, sed alijs etiam mundi bonis diffluentem. Deum immortalem! Quid non criminis admittit homo viribus, auctoritate, diuitijs abundans! Nimirū opprimit pauperē: rapit alienam aut vxorem, aut filiam: & alia facit eiusmodi quā plurima. Mysticè vero hic stultus saturatus sentientem significat ap

Malac. 1.
1. Tim. 6.
Prouer. 30.

cat appetitum nihil non concupiscentem, nihil non potientẽ. Sed hoc argumentum ab adiunctis est etiam, atq. à caussa. Terra enim, idest pij, fideles, humiles, & obedientes Deo, videntes sentientem appetitum saturari rebus terrenis, anguntur, & contabescũnt, quia terrenarum rerum immodica affluentia multa mala parit. Porrò mulier odiosa, litteraliter aut eam significat, quæ odio habere videtur virum, aut eam, quæ moroso, ac difficili ingenio cũm sit, mariti sibi odium conciliat. Cùm igitur ducatur vxor, vt amore, & operibus prosequatur virum: certè animo consternetur vir, si in vxore non amorem, sed odium deprehendat, itemq. non amoris, sed odij occasionem, qua eam cogatur repellere, & auersari. Mixtum hoc loco argumentum ex caussa, & relatis construere licet in hunc modum. Quis ferat amorem in odium cõuerti? Quis non disperea, vbi mulierem videat viro inimicam? Mysticè verò odiosa mulier, quæ iniustè in matrimonium assumpta est, ipsa est deprauata hominum consuetudo. Ita enim homines miserrimi eam veluti matrimonio sibi iungunt, vt ei perpetuò hæreant, & vbi quis ad aliquod bonum eos hortatur, quod mundus damnare soleat, subinde illud repetant, *Que diran?* itaque relinquant patrem suum cælestem, & matrem etiam Ecclesiam, dum hãc odiosam hominum consuetudinem tamquam vxorem sibi coniunctissimam amplectuntur. Demum ancilla caro nostra est: hæc enim in hoc est instituta, vt pareat, obsequaturque rationi. Domina, ratio est, siue anima. Hæreditas autem bona sunt quæ sibi homo studiosè colligit. Quemadmodum ergo ferri non potest, si Dominæ bona ad ancillam transferas: ita neque ferendum est animam corpori cedere, hoc est dum corpus ditescit, animam ad egestatem, & miseriam deduci. Hæc argumenta à relatis sunt. Et id genus mille à relatorum oppositione colligi possunt.

Caput. XIII. De contradicentibus.


Contradicentibus est quartum argumentandi à dissentaneis genus,& id quidem non ignobile. Porrò duobus id modis fit:aut in vocibus,aut in enunciationibus.In vocibus contradictio est,scilicet in voce finita,& infinita,aut negata:vt Iohan.decimo quar. *Vsq, modo non petistis quidquam*. Et Psalm. 55 *Pro nihilo forsitan inimicos eius humiliassem*.Et illud,*Pro nihilo saluos facies eos*.Erunt fortè id genus exempla quæ mihi non occurrunt. Id tamen certò ausim dicere,vsum huius loci sæpe optimum esse:scilicet vbi non contrarium,sed negatum conuenit verbum efferri. Exempli caussa.Ludere non est sacerdotis.fucare faciem non est mulieris honestatem verè amantis:otiari non est hominis. Estque hoc veluti aposiopesis genus,multa simulatis verbis comprehendens.Quod & venustum est,& solet sæpe accommodatius esse ad carpendum,quàm si ita diceres:Ludere est hominis nequam,& luxuriosi:fucare faciem est meretricis:otiosum vagari est ferarum.

Ioh 16. 14.
Psalm.55.

In enunciationibus verò contradicentibus pulcherrimi, & efficaces argumentandi modi latent:per hypotheticas scilicet argumentationes,qualis est collectio ex opposito consequentis.Ita argumentatur Beatus Paulus prim. Corin. 15. si mortui non resurgunt;neque Christus resurrexit:at certum est resurrexisse:ergo resurgunt. Multæ id genus argumentationes hominum errorem detegentes construi possunt. Vt: si frequentem dominici corporis communionem ideò damnas, quia sic maiorem Deo haberi honorem affirmas: quî fit vt cùm abstineas à Communione,non tu satis Dominum reuerearis? Si non reuereris:ergo non te mouet Dei honor ad frequentem communionem insectandam.Item : si amor Dei te mouet ad magnificum Templum construendum: cur non te mouet ad subueniendum pauperi?vel ad ornandum dirutum Sacrarium?Non te mouet ad hoc:ergo neq. ad illud.

1 Cor. 15.

Item hûc pertinent argumentationes Hypotheticæ, quæ in disiunctiuis fiunt.Vt tertio Regum decimo octauo. *Aut Dominus est Deus,aut Baal est Deus.Si Dominus sequimini eum: si Baal sequi-*

3.Reg. 18.

sequimini eum: eligite quem ex ijs vultis. Item: aut Domino, aut mundo seruiendum. Item: aut ferenda est iniuria, aut contemnendum Dei mandatum. Item: aut facite arborem bonam, & fructus eius bonos: aut facite arborem malam, & fructus eius malos. Ex ijs ergo argumentationibus iuxta hypotheticam formam colligitur assertio per Assumptionem negantem, in hunc modum. Sed Baal non est Deus, ergo Dominus: sed mũdo non est seruiendum, ergo Christo Iesu. Atque eodem modo in ceteris.

Caput. XIIII. De repugnantibus.


QVinctum tandem genus est à repugnantibus, Est hoc argumenti genus locupletissimum. Nã cùm in hoc non sit sumendum ab vno ad alterum argumẽtum, sicut in quattuor generibus superiùs expositis, in quibus vnum vni certa lege pugnat; sed ab omni re pugnante sumatur; possintque vni, & eidem rei multa diuersa ratione repugnare: accrescit magna argumentandi, & persuadendi supellex. Vt quàm distat ab homine Christiano nummorum appetentia, loquacitas, comessatio? Item: quid sacerdoti commune cum mundano fastu? quid cùm delicijs? quid cùm lusu? Ecce ergo quantus lateat in loco à dissentaneis thesaurus.

Caput. XV. De loco a consentaneis.


SExtus locus est à consentaneis, siue à similibus, siue à comparatione: nam his omnibus nominibus appellatur; neq. refert hoc, aut illo potius appelles, dũmodo rem ipsam intelligas. Est locus hic, quo à cõdicionibus, seu adiunctis alicuius rei sumuntur argumenta ad rẽ, cui similia cõpetant: vt à patre in filium. Deniq. à quauis re in qua

duo, vel plura inter ſe conueniant, argumentum à conſentaneis duci poteſt. Eſt autem ampliſſimus hic locus. Nulla enim res eſt vel naturalis, vel artificioſa, vel animata, vel inanimis; nulla actio vel naturalis, vel moralis, ex qua a ſimili non duci poſſit argumentum. Nimirum duci poteſt à cælis, ab elementis, à miſtis omnibus, ab vrbe, bello, naui, & alijs quam plurimis. Immò, quod attentiùs annotandum eſt, à diſſimili etiam duci poteſt. Nulla namque res eſt in creaturis, quæ ſi iuxta naturam inſpiciatur, non habeat imperfectionem aliquam perfectioni adiunctam. Solus Deus vndequaque perfectus eſt, nullam habens imperfectionem, neq. affirmatiuam, neque negatiuam: omnis verò creatura vel negatiuam habet ſupremi generis; ideò vt ipſa etiam Chriſti humanitas poſſet non eſſe: vnde fit vt in omni re, & in bonam, & in malam partem duci poſſit argumentum. Id tamen aduertendum; nihil vetare ex eadem re, diuerſis rationibus, diuerſi generis colligi poſſe argumenta. Exempli gratia ex patre ad filium tamquam ex cauſſa ad effectum ducitur argumentum hoc: Si pater qui te genuit nobilis fuit, & fortis: eſto tu item. Præterea ab eiſdem vt relata ſunt, ſic argumentamur. Quid eſt quod pater tuus fuit temperatus: tu autem es intemperatus? Item: ille poteſt te corripere, tu ſubditus eſto. Atque tandem tamquam à ſimili duci poteſt ratio hæc: Cur non imitaris paternas virtutes?

His conſtitutis locus hic in duas partes diuiditur: in comparationem, & in ſimile, & diſſimile. Comparatio in quantitate fit: ſimile, & diſſimile in qualitate. Neque vero quantitatis, aut qualitatis nomen propriè ſumendum eſt, vt apud Metaphyſicos. Nam & comparationem, & ſimilitudinem, aut diſſimilitudinem, ad omnia nouem prædicamenta poſſumus referre. Hoc tamen diſcriminis inter comparationem, & ſimilitudinem eſſe videtur, quod comparatio vnius eſt ad vnum, vel duo, vel plura: vt exempli gratia, ſi miles armis eſt inſtructus, cur non tu, litterarum ſtudioſe, libris etiam inſtrui curas? at verò ſimilitudo ad minus duorum ad duo eſt: vt ſicut ... ſe ha-

se habet oculus corporeus ad lumen solis: ita oculus animæ ad lumen gratiæ.

Comparatorum genera sunt à maiori, à minori, à pari. A maiori tota vtriusque Testamēti scriptura argumentatur. In veteri cōtextu sępe: *Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum:* quasi dicat; si Deus est sanctus, oportet vt populus sanctus sit: nam qualis est dominus tales oportet esse seruos. Ita Christus argumentatur: *Si ego laui pedes vestros dominus, & magister, & vos debitis alter alterius lauare pedes.* Ita Paul. *Imitatores Dei estote sicut filij charissimi.* Sed quid moror? tota sacra scriptura à Deo ad hominē, sed præsertim à Deo homine ad hominem argumentatur. Iohan. 13. 1. Cor. 11.

Hîc (quoniam opportuna se offert occasio) libet circa magni momenti rem paulisper immorari. Sunt quidam stolidi homines apud quos huiusmodi argumentum ita infirmum est, vt quoties eos hortamur, vt se ad diuinam imitationem conformēt, respondere audeant sibi possibilia non esse, quæ Christo, vt pote Deo facilia factu erant. Hos si opus esset redarguere; impiæ certè blasphemiæ redargueremus. Insinuant enim inualidum esse argumētum in sanctis scripturis frequentissimū. & inscitiæ videntur Spiritum Sanctum notare. Sed cùm stultis, agamus mitiùs. Heus stulte: rogo à te. Nonne est rationi cōsentaneum, vt quando Deus omnipotens se demittit, tu quoq; humilieris? Nonne, æquum est, vt tu dominum, magistrum, ducemq; tuum imiteris? Fateberis hæc, credo, nisi prorsus ratione careas. Sed respondebis, quamuis hæc ita sint; tamen te nō posse, id quod & vis, & iustum esse sentis, re pręstare. Si hoc affirmas; iam hæc alia quæstio est, quæ non erat tibi cum priori commiscenda. Sed nunc tibi etiam respondeo, in Deo te omnia posse. Nam & Psa. 43, scriptum est: *Inter inimicos nostros ventillabimus cornu &c.* Et Euangelium dicit apertè, in hoc venisse Christum. *Vt sine timore liberati de manu inimicorum nostrorum seruiamus illi &c.* B. Paulus hoc idem confirmat dicens: *omnia possum in eo qui me confortat.* Sed ad rem redeamus. Psalm. 43. Luca. 1. Phili. 4.

A minori etiam in scriptura frequenter ducuntur argumēta, vt Lucæ. 11. *Si vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris:* Luca 11.

Lucæ.18. *quanto magis pater vester de cælo dabit spiritum bonum petentibus se?* Item Lucæ 18. si iudex iniquitatis importune postulatus subuenit viduæ: multo reuera magis orationibus continuis Deus inuocatus quod honeste petierimus largietur. Item Psal. 102.
Psalm. 102 *Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus*
Roma. 6. *se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum.* Et ad Rom. 6. *Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibite membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.* Item: si homo homini humanitatis iure, aut etiam ex nobilitatis debito fidelis esse solet: non erit fidelis Deus, quem tota sacra scriptura fidelem prædicat? Si verus amicus amicum nequaquam deserit, sed omni ratione etiam non appellatus eum iuuat: quid faciet ille, qui tam impense electos suos diligit.

Heb. 12. A pari Hebræ. 12. *Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sumus omnes: ergo adulteri & non filij estis.* Hinc sumpto argumento à Iudæis, immo à Gentibus argumentamur. Neq. enim necessaria paritas in omnibus est. Si Iudæi suam seruant legem:
Iere. 35. cur tu christiane non seruas Euangelium? Si filij Rechab sermonibus auscultarunt patris sui, & eius audientes fuerunt præcepto, cur tu christianè non audis sermones Christi, & præceptis eius obtemperas?

Post comparationem sequitur vt de similitudine & dissimilitudine agamus. Argumentum à simili vastissimum est. Potest autem ex toto veteri Testamento desumi: itemq. ex omnibus Euangelij Parabolis, & ex omni creatura, vti diximus. Hinc figuræ, allegoriæ, metaphoræ. Atq. ego vobis auctor sum vt quid quid similium vel audieritis, vel legeritis, vel vos ipsi excogitaueritis, in alueo reponatis ad marginem annotato vsu, cui deseruire possit: sicut de hac re sunt multi libri conscripti à viris doctis, qui de similibus inscribuntur.

A dissimilibus est vltimum hoc loco argumenti genus. Vt si ita argumenteris. Non decipit Deus quemquam, sicuti mundus solet decipere. Quem enim vnquam fefellit Deus? Certè neminem. At nihilo magis homines Deo fidunt: mundo autem

tem, cùm sæpe eos fallat, facilè credunt. Hoc tamen loco est aduertendum non idem esse argumentari à repugnantibus, & à dissimilibus. In illis namque repugnantia est, in his tantùm diuersitas. Vt non decet sacerdotem quod decet laicum: huic enim colligere iustè res temporales, licet, sacerdoti autē nullo modo; sed tantùm rebus sacris esse intentum. Ita Beatus Petrus Acto. 6. *Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis: eligite qui huic muneri vacent.* Eiusdem generis erit præclara hæc argumentandi ratio, efficax, & pia. Non damno recreationem laicam, si honesta sit: sed ea tamen non decet sacerdotem. Ludat laic⁹ modestè: non vllo modo sacerdos. Qui à repugnantibus argumentantur, damnant partem alteram: qui à dissimilibus, non damnant, sed non recipiunt. Ita Beatus Paulus argumentatur se nolle circumducere mulierculam, se nolle ex eleemosyna viuere. Ita docet obseruare eos qui ambulant sicut habentes illius formam. Ita Numeror. vigesimo tertio. *Non est Deus sicut homo, vt mentiatur.* Hactenus de loco à consentaneis.

Acto. 6.

Philip. 3.

Num. 23.

Caput. XVI. De loco a diuisione.



SEptimus locus est à diuisione. Hanc definitioni præposuimus, quoniam notior est. Est autem diuisio, totius in partes distributio. Vnde quot sunt totius, & partum genera, tot sunt & diuisionis. Sunt tota essentialia: sunt tota integra. & mille alij modi totius describuntur. Diuiditur homo in animam, & corpus: corpus in membra, vt in partes integrantes. Diuiditur subiectum in accidentia, & accidens in subiecta, & accidens in accidentia. Quibus de rebus consulite Dialecticam artem. Sumitur autem diuisio à caussis, & effectis, subiectis, & adiunctis, immò & à dissentaneis, & consentaneis.

Est autem huiusmodi argumentandi genus ad docendum, ad laudandum, ad vituperandum, & ad persuadendum

vtilissimum. Hûc pertinet ingens exemplorum copia, dum à supremis ad indiuidua vsq. diuidentes descendimus, & partes omnes hinc inde singulas perscrutamur. Exempli gratia: potest quis exemplo Pauli ad Hebræos commendare infortunia hoc modo. Quis ex ijs quos iam inde à mundi primordiis Deus habuit amicos, non est mala passus? Certè nullum reperies, si vel legem naturæ, vel veterem, vel Euangelicam requiras. Ac profectò (nisi obstaret quorundam concionatorum, qui doctiores videri volunt, superbia) optimus concionandi modus ille esset, quo exemplorum enumeratione, explicatio neq. populus edoceretur, ita vt capta à genere diuisione in exẽplis sisteremus.

Elaborandum autem vobis, lectores, est, vt quemadmodum in vno alueo similia, ita in altero exempla reponatis. Nã persuadent vehementer, & memoriæ firmiùs hærent.

De ratione diuidendi acuratiùs dicere, præceptaq. tradere, muneris nostri non est. Hoc tãtùm dixerim; ex omni loco duci posse diuisionem, & habenda esse in promptu diuisionum genera, quę Dialectici tradunt: nempe totius superioris in partes inferiores, vt generis in species, in differentias, in proprias, & species, & indiuidua. Rursus hoc vobis summè commendo; vt quacumq. re proposita, illius accuratam faciatis distributionẽ: hinc enim multa claritas, & facilitas, & proprietas, item & argumentorum robur. Ita factum frequenter in scripturis reperimus. Nam diuiduntur homines in filios Dei, & diaboli: in filios lucis, & tenebrarum: in seruos peccati, & Dei: in hominem nouum, & veterem: in filios Abrahæ secundum carnem, & filios secundum spiritum. in adulterantes verbum Dei, & ex sinceritate prædicantes: in homines, & beluas. Similiter castitas in omnes partes, & gradus diuidi potest. Est enim interna, externa, in intellectu, in voluntate, in oculis, in lingua &c. Cùm igitur ab omni loco desumi possit diuisio: expendite, obsecro, quantũ hinc ad quamuis rem lumen accedat, quanta ad persuadendũ efficacia. Hæc de diuisione.

Caput

Caput. XVII. De loco a definitione.



OCtauus locus à definitione est locus facilis, si semel diuisio rectè facta sit. Quamquam enim omnis disputatio à definitione debet proficisci: vltimum tamē quod fit à perscrutante, definitio est, vt quæ multarum rerum cognitionem postulat. Frequentius est in scripturis à definitione argumentum. Vt. *Quæritis me interficere, ergo filij diaboli estis. Non facitis opera Abrahæ ergo non estis filij Abrahæ. Qui ex Deo est verba Dei audit.* Et, *Ego demonium non habeo, quia nō quæro gloriam meam.* Cice. li 1. de officijs. Iohan 7. Iohan. 8.

Obsecro autem Theologos, vt huiusmodi præsertim argumentationes, quæ à definitione traduntur in diuinis libris, in formam redigant, proprietatem expendētes: faciet enim illos exercitatio hæc ad argumentandum expeditiores. Si, exempli gratia, definias ex scriptura, quid sit propriè sacerdos: homo est, inquies, Deo dicatus, & consecratus ad populi orationes, sacrificiumq́. offerendum. Eiusmodi homo est amans Deum, & mandata eius custodiens.

Sed aduerte, in sacra Scriptura numquam exactam haberi definitionem. Non enim sacra Scriptura, vt B. Hieronymus ait, legibus Aristotelicis adstricta est. At definit verè, & propriè: vel ab effectis, vt quando quisnam sit Abrahæ filius, definit, ille scilicet, qui Abrahæ opera facit: vel a caussis, vt quando definit legem, quòd per Moysen data sit, Euangelium verò quòd per Christum sit annunciatum, vt Iohan. 1. & ad Hebræos 1: vel ex fine, vt si legem definias, quòd pedagogus sit puerorum, nullumq́ue ad perfectum adducat; Euangelium verò quod viros in Christo pariat, vt crescamus omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Ex quo (ne illud quod mihi in intimis hæret visceribus, vmquam reticeam) velim te, ô concionator, obiter notare, perfectionem Euangelicam esse id quod propriè, & ex munere proprio Christus tamquam propriam, & nouam doctrinam prædicauit: itaque Iohan 7. Iohan. 1. Heb. 1. Heb. 7.

oporte-

oportere etiam te in hoc Christum ducem, & magistrum imitari. Iam verò ne ab instituto digrediamur, si quis definitiones absolutas expetat, eas ex Sancto Thoma petat, qui per articulos digessit definitionis partes, & vbi transitionem articuli præcedentis facit, definitionem paulatim colligit. Vtinam cunctarum rerum Theologicarū definitiones in alueo quodam conscriptas in promptu haberet Theologus. Quod non eò à me dicitur, quòd populo è suggestu prædicandæ sint definitiones accuratæ; neque enim id in aliquo vnquam probarim: sed ideo tantùm, quòd oportet ipsum concionatorem ad intelligendam veritatem firmum sibi iacere fundamentum, vt propriùs, atque clariùs eam populo exponat. Definiendum est autem ex effectis, vel aliunde eò modo quo res faciliùs à populo intelligatur, magisque illi prodesse possit: populo namque definitiones à caussis, & effectis magis conueniunt. Quod vel exemplo Scripturæ, & Sanctorum satis colligitur, qui non exactè definiunt. Quo fit vt nullam ferè accuratā definitionem

ad. Heb. 11 in scripturis reperias, præter illam Pauli Hebræor. 11. *Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium:* Quæ per tropum datur. Est enim sensus: fides est assensus quidam, in quo continetur fundamentum, radix, & caussa bonorum, quæ spectamus: & quæ quasi argumento conuincit intellectum nostrum, vt credamus quæ non videmus.

Hoc autem loco, si vacaret, definitio diuidenda esset, vt vulgò fit: docendumque ex omni loco definitionem posse sumi: sed præsertim ex materia, & forma, quæ propriè ad essentiam pertinent: quamquam & ex omni caussarum genere, & ab effectis, immo ex subiectis, & adiunctis, & à contrario etiam: vt si definias virum iustum, qui non agit impiè: ægrum qui non præstat sani hominis opera. Ceterùm hoc non prætermisisse sat est. Neque verò ad id oportet ex sacris Scripturis loca adducere; cùm multa passim occurrant; nos autem ad alia festinantes pergamus.

Id

Id tamen moneo Theologos, in omni re, de qua illis disserendum est, definitionem confici debere per omnes caussas & effectus, præsertim propter quid, & finem. Ille enim scit, qui caussas scit. Exempli gratia. Fidem definire vis? quære in quo prædicamento sit. in Qualitate enim est. Rursus cuius speciei? Habitus est. An naturalis, vel aliunde? Naturalis non est. Adquisitusne ab homine, vel homini datus? Infusus vt sit, necesse est: nam supra rationem attollitur. In quanam facultate est? In intellectu. Ad quid data? Vt quæ supra naturam, & rationem sunt assequaris. Quidnam præstabit? intelligere, an assentiri? Assentiri: nam quæ supra naturam, & rationem sunt, intelligi, & comprehendi non possunt. Ecce iam certa definitione dices, fidem habitũ esse infusum, quo ijs quæ supra rationẽ sunt assentimur. Quid etiam castitas sit, ita colliges. Virtus quidem est ẽ genere Temperantiæ: sed cùm multa sint, in quibus oportet temperantiã exercere, non circa potus, neq. cibos, neq. vestes, neq. id genus alia versatur; sed temperantia est circa venerea. Atque de his iam satis.

Caput. XVIII. De loco à nomine rei.

NOnus locus à nomine rei inscribitur. Cuius duæ sunt partes: notatio nominis, & coniugata. Non est hic locus vt præcedentes, efficax per se sumptus, quamuis alijs iunctus efficax sit. Est festiuus, & mordax, allusionibus vtilis: sed non vsquequaq. concionatori in hæc officia idoneus, parcè enim his ipse vti debet.

Notatio idem est quod Etymologia: nam voces notæ rerum sunt. Ita argumentatur Beatus Paulus ad Hebræos septimo de Melchisedech, quod interpretatur Rex iustitiæ. Omnia ferè veteris Instrumenti nomina hoc argumenti genus suppeditant. Abel est luctus, vel vanitas. Noah, requies. Abraham pater multorum. Isaac, gaudium &c. Ex quibus nominibus argumenta ducuntur, & iuxta litteralem, & ad mysticos sensus accommodata. Verbi gratia. Bene Abel dictus, qui *Ad Heb. 7.*

tam citò è viuis sublatus est, fraudulenter à fratre occisus. Ita 1. Reg. 25. Abigail disseruit, Nabal secundum nomen stultum esse. Coniugatorum locus lepidus est, & persuasioni accommodatus. Vt: si Christianus es, viue Christianè. Porrò si Christianũ definire vis, à notatione incipe in hũc modum. Christus est vn-
1. Reg. 26. ctus: christianus qui vnctionem participat, saltem fidei: nam fides vnctio est, cùm Dei donum sit: sed qui non habet gratiam integrè vnctus non est: vnde Ecclesia diffiniuit quidem eum qui habet fidem esse Christianum: nam & fides mortua vera fides est, tametsi non viua: sed noluit definire Christianũ absq. gratia perfectè esse Christianum: non enim habet perfectã vnctionem fidei viuę, sed habet vnctionis fundamentum, scilicet fidem. Colliges ergo ita: Si christianus est qui in Deum credit, & illius seruum se profitetur, viuat christiano more. In hunc modum in Leuit. argumentatur dominus. *Quod sanctum est, sanctè exequere.* & Psal. 10. *Iustus dominus, & iniustitias dilexit.* Rursus, *Odio sunt Deo impius & impietas.* & Matt. 16. *Tu es Petrus & super hanc petram*, scilicet confessionis tuæ *ædificabo Ecclesiam meam.*
Psalm. 10. Porro à subiectis, & adiunctis hoc argumentandi genus sumi-
Matt. 16. tur mutato substantiuo in adiectiuum vel in aduerbium.

Caput. XIX. De loco à testimonijs.

Postremus locus est ab assumptis, siue à testimonijs. Hoc genus Theologis præstantissimum est, vt prima parte q. 1. art. 8. probat sanctus Thomas. Primùm nihil certius quàm quod prima veritas dicit, quæ nec falli, nec fallere potest. Itaque fides nostra diuinis præsertim nititur testimonijs. At Theologos obsecro, vt à testimonijs prudenter argumententur: alioqui enim nullum argumenti genus infirmius: facilè namq. multi, quauis interpretatione illud solent eludere. Igitur oportet te aut Hębraicę, atq. adeo chaldicæ, græcæq. & latinę linguæ peritia excellere, valdeq. edoctum esse, quid interpretes præsertim antiqui, siue chatolici, siue Rabbini intelligant; aut si fortè Ecclesia catholica sensum indica-

uit, decisionem in promptu habere, aut ita distinguere loci, quem affers scopum, vt peruersæ interpretationi nullus sit reliquus locus. Si enim varijs pręsidijs instructus non es, pro varia eorum, cum quibus disputas ratione, satius tibi est rationibus tantùm semper agere.

Alterum testimonij genus est Traditio: Id scilicet, quod nō per scripturam, sed per manus à Christo Domino nostro continua successione ad nos vsque peruenit: vt pleraq. quę de Sacramentis habemus: itē quòd die Veneris, & Sabbati à carnibus abstineamus, diem Dominicum obseruemus, Petri successorem perpetuum Episcopum Romanum habeamus, & id genus alia, quę à Christo emanarunt quadraginta illis diebus, quibus ante Ascensionem cum discipulis conuersatus est, de cælorum regno illos edocens. *Act.* 1.

Tertium est testimonij genus, Ecclesię decisio, quę in Concilijs, in Iure Canonico, in Extrauagātibus, Motibusúe proprijs continetur. Vbi illud notandum est, nō quidquid in hisce scripturis continetur, de fide esse (multa enim quasi ex opinione inseruntur, vt in Concilio Constantinopolitano, quod Angeli sint corporei) sed id tantùm quod sub anathemate definitur. Ex quo tamquam ex fidei decisione, ad discernendum quid sit contra fidem, sumendum est argumentum.

His quartò adiungitur Ecclesię consuetudo, quæ plurimū valet ad fidem astruendam: vt quòd confessio seu exomologesis initio missæ facienda sit: quòd qui contrahunt matrimonia, benedictionem accipiant: quòd sacris vestibus induamur: & alia id genus, quę Ecclesię consuetudine præsertim nituntur: sicut quòd beatissimam Virginem in corpore assumptam esse, & absq. originali peccato conceptam fatemur.

Quintum genus, Sanctorum Testimonia sunt: nō quòd alicuius Sancti auctoritas infallibilem habeat veritatem: hunc enim honorem sacris tantum scripturis defert Beatus Augustinus, ac ijs præterea, quibus eæ infallibilem tribuunt auctoritatem; vt Traditionibus, & Ecclesię decisionibus. Quamquam si omnes ferè Sancti idem pronuntient, tamquam in fide certum ha-

bendum

bendum est.Hac enim ratione aliquot scripturæ libri in cano nem redacti sunt,quòd cuncti Patres illorum testimonijs tam quam diuinis vtantur.At vero necesse non est vel B.Hierony mo,vel B.Augustino omnino credere,quando ex propria sen tentia locuti sunt:errare enim potuerũt vt homines:cùm præ sertim an Paulus in raptu viderit diuinam essentiam vel non, inter sanctos disceptari videamus.

Id tamen vehementer persuasum esse velim concionatori bus;iniquum esse,non nisi scripturæ testimonijs omnia velle confirmare.Duo enim incommoda inde sequuntur. Vnum est,scripturam retorqueri:quod nefas est apud Deum: nam contra Spiritum Sanctum mentiris,dum colligis quod neque hoc loco,neque altero scriptura dicere voluit.Vnde non immerito à multis prælatis vbi alicui prædicandi copia fit, districte præcipitur,vt scripturam iuxta sanctos interpretetur: hi enim nobis magistri dati sunt.Alterum incommodũ est, quòd sic quodammodo sanctorum doctrina negligi videtur: qui ideo dati etiam nobis sunt,vt ab ijs,ea quæ sacra scriptura non expressè docet,petamus.Nam contra aleatores istos,qui talis, aut tesseris ludunt,nihil habebis ex sacra scriptura: habebis tamen ex sanctis,vel ex Iure canonico:sicut & contra quoscumque mulierum fucos,& id genus multa vitia recens in mundo,magno cum nostro malo exorta.Huiusmodi enim multa mala nuper in Ecclesiam,mundo in præcipitium ruente, caco dæmon inuexit: quæ vt reprehendas,satis tibi esse debeat, si à sanctis ea repræhendi videas.

Iungere hoc loco rectè poteris scholasticorum Theologorũ consensum,& opiniones à viris doctis,& bene moratis profectas:habẽt enim etiam & suum pondus:vt quæ à Victoria,Cano,& Soto,& Castro nostris tẽporibus profectæ sunt, olimq́. ab Scoto,& Capreo.& Caieta.quæ ad ostendendam doctrinã aliquam peculiarem optimæ sunt.Adiunge & Canonistarum auctoritates,& sententias:nam & ipsi locum habent in Ecclesia dignum:vt Abbas,Iohannes Andreas,& nouus,qui etiam veteribus æquandus est,Azpilcueta Nauarrus.

Sextus locus Philosophis tribuitur, quorum auctoritas valet etiam nonnumquam, non tantum vbi desunt testimonia sacra (si forte desint nonnumquam expressa) sed vbi suppetunt etiam. Id autem vel in rebus creditu difficillimis, vel vbi perfectissima quæq. suades, aut vilissima reprehendis, vel vbi agis cum infidelibus, apud quos plurimùm sæpe valet hoc argumẽtum, ex ipsorum scilicet, cum quibus agis, testimonio sumptũ. Cuiusmodi etiam est, quod contra Iudæos ex Rabbinis cõmodè sumi potest. Ad Titum. 1. Epimenidem citauit Paulus, in cretenses qui erãt mandaces, malę bestię, vẽtres pigri. Et Acto. 17. primũ argumentatus est ab ipsis Atheniẽsibus, ex ara ignoto Deo dicata: deinde adducit Aratũ poëtam in doctrina illa: *Genus Dei cùm simus &c.* Neq. id quidẽ immerito. Certè enim apud Socratẽ, Epictetũ, Senecam, Aristotelẽ, Platonem, & alios, contra vitia, & pro heroicis virtutibus pręclara testimonia sunt. Sibyllarũ exemplo vsus est B. Augustinus, & Bea. Catherina. Porrò Sibylla deorum consilium significat, Sola, inquit Hieronymus cõtra Iouinianum, virginitas nouit consilium. *Tit. 1.* *Acto. 17.* *D. Hieron. cont. Ioui.*

Septimum genus testimonij historia est: non diuina (hæc enim ad sanctam Scripturam refertur) neque Ecclesiastica (hæc enim in quinctum locum reuocanda est, quamquam & ad hunc septimum pertinere possit) sed historia humana: cuius vsus B. Augustino probatus est, & experimento confirmatur. Gentilium enim, & quorumcumq. infidelium exempla vehementer persuadent catholicis. Cur enim non faciat christianus quæ facit infidelis, in his, quæ ad virtutem, & bonos mores spectant? Fidelium etiam humana exempla multùm persuadent pijs. Atque vtinam ad hoc argumenti genus cõcionatores, qui acutissimi videri volunt, se demitterent: certè auditoribus plus multò prodessent.

Deniq. vt summam colligam, testimonia sunt quæ adduci possunt ex libris vel dicta, vel facta. Vtile autẽ esset præsertim dictorum & factorũ Theologos sibi conficere alucum aliquẽ: sicut fecit Plutarchus, & alij: etiã plures qui multa & anteacti, & præsentis temporis apothegmata in vnum congesserunt.

Qui

Qui labor multò esset vtilior, si per loca communia distribueretur. Sed de his satis.

Dè horū locorum vsu dicendum videbatur: ceterùm vbi de dispositione tractabimus, de vsu etiam locorum differemus: Id interim annotantes, quod ad testimonia attinet, non debere esse frequentiora, neq. rariora, sed adducenda vbi necesse est, ad confirmandas veritates præcipuas, scilicet eas quas in concionibus præcipuè sibi concionator tractandas proposuerit. Vt si dānamus tanquā peccatum mortiferum, malo animo alienā cernere vxorem, aut probro afficere fratrem; iuuat adducere Euangelij locum id docentem. Atq. hoc quidem Patrum exēplo nititur consilium: nam & ij testimonijs parcè vsi sunt. Id tamen nulla ratione est prætermittendum; testimonia quæ afferuntur, explicanda fore, præsertim vbi subobscura sunt: atq. id iuxta sensum proprium, vel litteralem, vel mysticum litterali innitentem. Quibus & hoc adde: expositionem ipsam, si fieri potest, ipsi testimonio sæpe vt præuiam esse præponendam: est enim suaue, & festiuum, rei dicendę locum præparare. Vt si ostēdere debeas, humilium, & mansuetorum orationem Deo placere; ita dicito. Oratio tantò acceptior est, quantò maiori fit cū reuerentia, & ab animo, ei qui exoratur gratiori proficiscitur: talis est humilium & mansuetorum oratio. Hactenus de inuentione, quæ multam (ni fallor) rerum supellectilem vobis pręstabit: accipite modò de dispositione præcepta: quæ inuenta disponere docebunt, atq. ad perfectum vsum perducere.

Testimonijs parce vtendum.

LIBER

LIBER TERTIVS DE SECVNDO CONCIONATORIS INSTRVMENTO, SCILICET DE DISPOSItione: quo docetur Concionator qua ratione argumenta collocare, iisq. commodè vti possit.

Caput. I. De primo dispositionis genere, nempe de Iudicio, seu argumentatione.



Ispositio est rerum inuentarum apta collocatio. Parùm enim refert ædificaturum quempiam, omnem comparasse materiam, si eam proppriis in locis iuxta finem institutum, non collocet. Hoc igitur nobis modò demonstrādum est; qua ratione argumenta inuenta debeant collocari. Est autem duplex dispositionis genus: Iudiciū, & Methodus: siue argumētatio, & methodus.

Argumentatio est constans collocatio argumenti, & côueniens cum quæstione proposita, ad eliciendam veritatem. Quæ pars ideò appellatur iudicium, quia veritas propositæ quæstionis per illā discernitur: & appellatur syllogismus, aut ratiocinatio, quia colligitur veritas per rationē: & appellarur argumentatio, quia per argumentum colligitur. Vt cùm argumentatur B. Paulus: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* quæstio erat, an præualere possint homines côtra nos, qui Dei sumus. Argumētum est: Deus est pro nobis. Vnde sic collige. Si vir fortissimus pugnat pro quouis contra minùs fortem, nihil timēdum periculi: at Deus pro electis suis pugnat: quis ergo poterit aduersus illos quicquā pērficere? Sed quò rectius intelligatur quid argumentatio sit, aut argumentū, aut (quod idem est) medium; constituendum est, propositam quæstionem duplicem esse. Aut enim est simplex, vt an Deus sit: aut coniuncta, vt an Deus sit infini- *Roma. 8.*

 tus.

tus. Si simplex, argumentum collocatur cum tota quæstione simul. Exempli gratia, si probamus esse Deum ab effectis; argumentum hoc est. Huius mundi machina ingens, præclara, pulchre sibi constans, sine gubernatore existere non potest: hunc autem necesse est esse Deum: ergo Deus est. Si velimus discernere an Deus infinitus sit; argumentum quæri potest aut à prædicato, aut à subiecto. Quo loco aduertẽdum est semper, cum ex vtroq. extremo (vt aiunt) argumentum sumi possit, ingentem esse argumẽtorum copiam. Exempli gratia: si quæstio est, an sit virtus amplectenda: habita prædicati ratione, colligo huiusmodi argumentum. Quod cum ratione cõiunctum est, amplectendũ est. Habita verò ratione subiecti, sic differo. Quod suaue, & vtile est, id amplecti debemus: talis est virtus: ergo, &c. Argumentatio autem hæc duplex est: vna simplex, siue categorica: altera coniuncta, siue hypothetica. Vtráq. sacra Scriptura

Iohan. 8. vtitur. Simplex illa est Iohan. 8. *Qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Confice syllogismum, quo possis homines multos confundere, & cõuincere hoc modo. Ille est ex Deo, qui verbũ Dei audit: sed tu non audis: ergo:

Matth. 12. ex Deo non es. Coniuncta est illa Matth. 12. *Aut facite arborẽ bonam & tunc facietis fructus bonos, aut facite arborem malam, & fatebimini esse fructus malos.* Si ergo me fatemini bonam arborem, fateri debetis, fructus bonos: aut si diffiteri nõ potestis meos fructus esse bonos, cur dicitis me arborem malam?

Syllogismum cõiunctum in tres partimur species: condicionatũ, Disiunctiuum, & copulatiuum. Quæ argumẽtandi formæ concionatori sæpe vtiles sunt. Nõ est mei instituti disputare, an possint in syllogismi formã reuocari: tantùm enim animus est, copiam dicendi concionatori suppeditare. Simplex argumentatio, siue quoad formã, siue quoad materiã, primũ in Syllogismũ, Enthymema, Exẽplum, & Inductionem distribuitur.

Iohan. 8. Syllogismus rarus est in scripturis: sed reperitur: vt in superiori exẽplo. *Qui ex Deo est verbi Dei audit.* Et rursus Io. 8. quasi in hũc modũ fit argumẽtatio. Qui sequitur lucẽ non ambulat in tenebris: ego sum lux: ergo qui sequitur me nõ ambulat in tenebris.

Enthy-

Enthymema est. Vt Rom.8 *Nihil ergo damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant.* Colligit enim ibi ex fine cap.7. hoc modo: Gratia Dei per Iesum Christum liberat nos ab omni malo, scilicet culpæ, & penæ, & perturbationum: ergo ei qui perfectè liberatus est, neq. de cetero ambulat secundum carnem, nihil damnationis. Non ergo colligant hæretici cōtra purgatoriū: sed colligāt a purgatorio liberari, qui per Christi gratiam liberati, perfectè viuunt in Christo. Roma.8.

Exemplum est, vt Iohan.12. *Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.* Id est: ego laui pedes vestros Dominus & magister: ergo & vos debetis alter alterius lauare pedes. Est supplenda maior: scilicet, debent discipuli magistrum, & serui Dominum imitari. Iohan.12.

Inductio fit Heb.11. de fide, & cruce. Quòd enim sine fide impossibile sit placere Deo, Patriarcharum, & Prophetarum adductis exemplis ostenditur, quā plurimorum facta enumeratione ex Abel, vsq. ad Samuelem, & Dauidem. Quòd autē crux Christi ferēda sit, eamq. Deus amicis suis varijs impartiatur mō dis, quamquam non quidem personis in medium adductis probat: tamen affert varia laborum, crucisq. exempla, quæ Dei amici immò & amicissimi tulerunt. Quis enim sanctorum sine cruce vixit? Et Ecclesi.à ca.44. ad.50. vt ad virtutem populum accēderet, longam facit Sanctorum enumerationem, eorum virtutem & sanctitatem laudans. Est autem valida & ampla argumētandi ratio, à multis indiuiduis, siue ab omnibus colligere, in quocumq. genere verseris. Heb.11. Eccle. 44 ad.50.

Est etiam demonstratio propter quid 2.Cor.6. *Si vnus mortuus est, ergo omnes mortui sunt.* Vbi D. Paul. à caussa ad effectum argumentatur. Christus enim caput est: homines cuncti in illum fide viua credentes, membra viua illius sunt. Est autem pulcherrimum argumenti genus: Ille ieiunauit, ergo & ego ieiunare debeo: orauit, ergo & debeo ipse orare. Si colligat hæreticus ille persoluit, ergo & ego: explicet ille veram Philosophiam & Theologiam, & facile intelliget caput quidē membris non plus communicare posse quàm ipsa capere possint. 2.Cor.6.

Esto tu viuum & absolutum Christi membrum per mortificationē,& amorē.& quidquid tibi fuerit necesse dabit tibi Deus. Si vrnam quis deferēs paruā accedat ad perennem & inexhaustum fontem,sibi imputet quòd non multùm sibi aquæ hausit. Ita ergo ex fonte Christi hauries quantùm tibi fuerit necesse,si integra & perfecta vnione illi fueris coniunctus.

Iohan.15. Demonstratio quia,scilicet ab effectis,Iohan.15.habetur.*Si opera non fecissem quæ nemo alius fecit,excusationem haberent de peccato suo.*Miracula etenim Christi,si iuxta omnem circunstantiā expendantur,efficaciter Christum esse Deum probarunt; cùm in testimonium suæ diuinitatis fierent,atq. in gloriā Dei,vt homines Deum cognoscerent,diligerent,colerent,venerarētur. Nam si falsum Christus dixisset;nūquam Pater in nomine suo tot fieri miracula permisisset:id enim fuisset falsis assētiri:quod est à summa bonitate,summaq. veritate alienum.Præterea miraculis iungenda est Christi vita sanctissima. Quare impijssimi Antichristi miraculis,eius dicta non probabuntur;cùm sit ipse in nomine suo venturus,atq. tam impia & inquinata futura sit eius & vita,& doctrina.

Dilemma,siue argumentum cornutum,est ab argumentis cōtrariorum.Vt 3.Reg.18.inquit Helias:*Si Deus est Dominus,sequimini eum:Si Deus Baal,sequimini eum:*quasi dicat. Verum sequi oportet Dominum:contrarium reijcere. Tunc sic;aut Deus est Dominus,aut Baal est Dominus:si Deus Dominus est,sequimini Deum:si Baal est Dominus,sequimini eum. Efficax eodem modo erit hoc argumentū. Aut à Deo est mulierū cultus,&ornatus,aut à diabolo.Non à Deo,ergo à diabolo. Aut mentalis oratio est bona:aut mala.Non mala,ergo bona. *3.Reg.18.*

Argumentum ad incommodum à contradicentibus sumitur.Vt 1.Cor.15.*Si enim non resurgemus,ergo Christus non resurrexit:ergo vana est fides,qua promittit absolutissimam gloriam:ergo vana est fides vestra,qua creditis: ergo miserabiliores sumus cunctis hominibus.* *1.Cor.15.*

Epicherema argumentatio est inuoluta:idest,in qua sine vlla forma, quasi per vnius propositionis modum, fit iudicium.

Vt Iohan.6. *Verba vitæ æternæ habes, ad quem ibimus?* item *Quomodo. potest homo renasci denuò, cùm sit senex?* *Iohan.6.*

Sorites argumentatio est, quæ continuo progressu, à primo ad vltimum colligit. Vt ad Rom.6. Si Christus mortu' est, ergo & nos morituri sumus in illo: si Christus semel mortuus est, ergo & nos semel prorsus peccato mori debemus: si ille ampli' non moritur, nec nos iterum peccando sumus morituri: si surrexit, in æternum victurus, ergo & nos semper bene acturi: si mortuus est ille iuxta carnē, ergo & nos peccato mortui: si ille iterum non moriturus, ergo & nos nunquam de cetero peccaturi. Non ergo regnet peccatū in mortali corpore nostro, neq. amplius exhibeamus corpora nostra seruire peccato, neq. arma peccati; sed semper bene viuamus; & membra nostra sint arma iustitiæ. Est hic efficax, & pulcherrimus argumentādi modus. Veluti: si vis amare, cognosce: si vis cognoscere, considera: si vis considerare, ora: si vis orare, expedi te ab impedimentis: si vis te expedire, aufer omnia superflua, & externa, & mortifica perturbationes: si vis mortificare, relinque omnia: si vis relinquere, odio habe. Itaq. si vis amare Christum, odio cuncta alia debes habere. *Roma. 6.*

Postremum argumentandi genus appellant Parabolā, idest simile. Sed hic modus recurrit ad inuentionem, & totus in materia cōsistit, vt supra diximus, cùm de simili ageremus, Exemplum est Lucæ 12. *O hypocritæ, qui simulatis desiderare Messiam faciem cæli & terræ probatis.* Idest per signa cæli & terræ, cognoscitis pluuiam venturam, & signa huius temporis, scilicet aduentum Messiæ non probatis. Cognoscitis non necessaria, subtilia & communia: & non discernitis spiritalia, quæ tanti momenti sunt. Hæc de argumentandi forma. *Luca.12.*

Ceterùm vehementer hoc loco annotandum est, alia in disputatione, alia in concione argumentationis forma vtendum. Etenim stricta illa argumentandi forma in concione ferè nunquam vsurpatur: sed prudentia opus est, vt eo modo disponantur propositiones, quo satis intelligantur, & vim habeant. Id autem matura adhibita consideratione, & exercitatione

non erit difficile.

Scire tamen lectores velim, quod me experimēta docuerūt, non ad vnam solùm construendam argumentationem, sed etiam ad integram concionem vtile esse, à propositione maiori incipere, illamq. satis explicare, & probare, & amplificare; deinde ad minorem progredi, eodemq. modo illam persequi; atq. tandem breui compendio conclusionem elicere. Exempli gratia, si velim dissuadere lusum, sic aggredior. Viri cordati est a malis sibi cauere, eorumq. occludere vias, & minimas quasq. scintillas extinguere. Hoc deinde comprobo testimonijs, exēplis, ceterisq. argumentis accommodatis, veluti in hunc modū. Quanta Dauidi ex alienæ mulieris conspectu, ruendi occasio? Certè ab omni etiam specie mali obstinendum esse docet B. Paulus. Nam quàm facili occasione Dina virginitatem amisit? Nonne bonos mores colloquia inhonesta corrumpūt? Quorsum Christus Iesus Dominus noster tot consilia dedit? atq. terrenis omnibus renuntiādum dixit? Quorsum virginitatem cōmendauit, nisi vt peccandi occasionibus cunctis vias obstrueret? Sequitur iā assumptio: in hunc scilicet modum. At ex lusu, quot solent prouenire mala? non tātùm ex iniquo lusu, sed ex minimo etiam & honesto iter fit ad maximos & sceleratos lusus. Id etiam eodem modo cōfirmo rationibus, aut exemplis in medium adductis, hac ratione. Quamuis non me lateat, iuxta Theologorum placita, lusum & moderatum, & honestum recreationis gratia factum, peccatum non esse: tamen dum tot malorum ansam & occasionem hìc residere demonstro, fieri debet, viri Christiani, vt ab his tantæ calamitatis initijs vobis caueatis. Ecce lector huiusmodi generis argumentandi vsum: quamuis primas tantùm in hac re lineas duximus: non enim est instituti nostri res ipsas seriò tractare, sed tractandi modū solùm aperire.

2. Reg. c. 12
1. Thesal. 5.
Luca. 14.

Caput. 11. De Iudicio, seu argumentatione quo ad analysim.

Plura


Lura de argumẽtationis natura dixissem, nisi (quod in omni arte pernecessarium est) docendum foret de argumentatione iam facta discernere. Est enim & iudicij quædam analisis, sicut & genesis, Non tantũ igitur debet Theologus argumentationem construere, sed oportet etiam illum, de argumentatione facta discernere. Doceamus ergo, qua ratione deprehendere possimus in conscriptis operibus, vbi nã quæstio, vbi probatio sit. Accipite quæ sequũtur. Quicquid scriptura continet, vel simplex narratio est, siue assertio, aut affirmatio; vel est ratiocinatio. Nõ est difficile id indicare. Etenim id, quo tantũ docemur, affirmatio est; id verò quo suademur probatio. Vbi igitur suboluerimus probationẽ; oportet primùm omniũ, statum pręsentis tractatus inquirere. Id enim in omni negotio primũ est, atq. pręcipuũ; statum, scopum, thema eorũ quę assequi volumus deprehendere. Quod, vt inferiùs docebo, ex antecedẽtibus, & consequentibus, colligi potest, si rẽ accuratius expẽdamus. Argumẽto siue quæstione reperta, expendẽdum est, ꝙ subiectum, quod prædicatum sit, vt videamus quid de quo cõcludatur, atq. ita mediũ, siue argumẽtum perquiramus, quo tale prædicatũ de subiecto cõcluditur. Inquirendum ergo medium siue argumentum. Si vna tãtum propositio est, in illa erit medium. Exempli gratia. Iohan. 8 *Qui ex Deo est Verba Dei audit: propterea Vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Quęstio est: *Ex Deo non estis.* Probatio est: *Verbum Dei non auditis.* Item Psal. 36. quęstio est: *Noli æmulari in malignantibus.* Probatio est: *Quoniam tanquam fœnum Velociter arescent.* Porrò, vbi sunt hæ particulæ, quoniam, quia, quare, igitur, ergo, si, vt, & id genus aliæ, probatio est. Reperto medio, conferendum illud est cum prædicato quæstionis, atque tunc in promptu habenda sunt ea quæ de inuentione diximus; simulq́. diuersa argumentandi genera, quæ nuperrimè explicuimus; Vt facta collatione inter medium & prædicatum, & perpensa dispositione argumentationis, intelligere liceat, ex quo loco argumentum producitur; & quo genere argumentandi constructa argumentatio est.

Iohan. 8.

Psalm. 36.

... scriptura frequentiùs argumentatur ad incommodũ, ... contrario, ab effectis, à simili. Oportet autem multa supplere, quæ Spiritus Sanctus verborum compendio comprehendit. Nam Spiritus Sanctus tantùm voluit perstringi verba præcipua; cetera vero orationi, & considerationi, atq. studio nostro

Iohan.8. reliquit. Ergo B. Iohan. ab adiunctis, vel ab effectis argumentatus, quasi demonstratione vsus est in hunc ferè modum. Qui ex Deo est, verba Dei audit: vos non auditis: ergo ex Deo non estis. Item fieri potest argumentũ est à caussa in hunc modum. Propter res quæ facile & citò pereunt, angi homo non debet: sed impiorum bona cito peritura sunt: ergo non est impijs inuidendum, tametsi multa illis exoptata contingant. Potest autem, immò debet quælibet ex ijs propositionibus explicari, & probari.

Sed difficultas inest vbi multa sunt media. Verbi gratia. Matt.

Matth.12. 12. quando Dominus probat, se non in Belzebub eijcere dæ-

1.Cor.3. monia: & 1.Cor.13. probat B. Paulus. se rectè prædicasse Corin

ad Gal.3. thijs: & idem ad Gal.3, probat esse filios spiritus: & Heb.7. pro-

Heb.7. *Iohan.15.* bat translatam esse legem: & Iohan.15. probat Dominus, nullã esse iustam Iudæis non credentibus in illum excusationem. In his ergo perpendendum, an illa omnia media sint diuersa, an verò componant vnius medij integram argumẽtationem. Diuersa erunt, quando per distincta loca procedent: vnam constituent argumentationem, quando diuersæ illæ partes se mu-

Matth.12. tuò fouẽtes, ad idem spectabũt. Exemplo res erit facilior. Matthę.12. quæstio est: non eijcio dęmonia in Belzebub. Prima probatio est ad incommodum: sequeretur enim Satanam contra se ipsum pugnare, ac regnum suum destruere velle. Nam Christus apertè pugnabat contra peccata, & contra omnes demonũ opiniones: quare si dęmon contra dęmonẽ pugnaret, regnũ eius destrueretur: quia omne regnũ in se diuisum desolabitur. Secunda ratio est ab exemplo in hunc modũ. Filij vestri, discipuli mei, simplices & pij, & incantationum incapaces, in nomine Dei expellunt dęmones: à me (inquam) instructi, & à me accipientes virtutẽ: ergo & ego. Tertio argumentatur à simili hoc modo.

modo. Si ego aduersus Belzebub me gero virum fortem, qui eo subacto, illius arma & arcem occupo: ergo non in illius nomine dæmonia eijcio.

Porro duo hic annotanda. Alterum est sępe contingere vt inter argumentandū digressio fiat: quam non opportet adnectere argumentationibus. Exempli caussa: in hoc eodem cap. Matthæi. Dominus dicit. *Si ergo ego in spiritu Dei eijcio dæmonia, peruenit in vos regnum Dei,* De quo in Psalmis sæpe: vt Psal. 141. *Regnabit Dominus in sæcula Deus tuus Sion.* Et Isaiæ. 32. *Ecce in iustitia regnabit rex & sapiens erit.* Item Hiere. 23. Et Matthęi. 4. Hoc autem attentius inspiciendum, ne torqueamur, si digressionem continuare velimus. Psal. 141. Isai. 32. Hierem. 23 Matt. 4

Alterum verò notatu dignum est; nonnunquam ex multis præcedentibus, vnum quiddam colligi: vt in hoc codē. 12. Matth. cap. *Qui non colligit mecum dispergit.* Si enim conclusum est, Christū esse Messiam, & cruentum cū dæmone bellum esse gerendū, & in hoc venisse Christum, atq. in hoc seruos suos tanquam milites elegisse: sequitur, sicut miles culpā admittit, si vbi periculū imminet, non dimicat; ita & Christi operarios, qui nō colligunt cum Christo, male agere, immò & quodāmodo dispergere. Itē Iohan. 15. duo sunt argumenta: à verbis vnū, ab operibus alterum: quibus concludit se esse Messiam, à Patre missum. At 1. Cor. 3. vnū est argumētum tanquā Sorites. Eius enim conclusio est hæc: rectè feci vobis prædicans humilia. Prima verò probatio est: quia eratis carnales: sicut enim pueris lac dādum est, non cibus solidus; ita carnalibus humilià, & facilia danda præcepta. Probatio autē alia est quia est inter vos zelus & cōtentio. Hoc probatur quia vnus dicit sum Pauli, alius autem Apollo. Hæc modo de argumentationis iudicio. ca. 12 Mat. Iohan. 15. 1. Cor. 3.

Item Theologos obsecro, vt vtrāq. exercitationem sedulò, & frequēter vsurpent: scilicet thema sibi aliquod proponant, idq. multis argumētationibus persuadere nitantur ex omni loco petitis (quāquam non semper omnia loca argumentū præstant) tū præterea contra thema argumētentur eodē modo per loca, & argumentationes diluere conētur, loci natura, vnde argumē-

Modus interpretandi D. Thom. tum petitur, examinata, ita enim fiet, vt facilè argumentari, facileq. respondere possint. Tum etiam argumentationes aliorũ, sacræ præsertim Scripturæ, & D. Thomæ corroborare nitantur: ea supplentes, quæ argumẽti breuitas comprehendit. Sanctus enim Thomas ita exponendus est, vt argumenta facta contra respõsionem corroborentur satis, examineturq. ex quo loco producantur: præterea corpus articuli in formã redigatur, discernaturq. ex quo loco: solutiones verò, & iuxta formam, & iuxta materiam perpendantur. Ita fiet, vt breui tempore, & ad argumentandũ, & ad persuadendum habiles sitis, iuuante natura, & studio. Et quamuis vobis à minùs obscuris progrediẽtibus, non erunt statim cuncta in promptu, labore tamen improbo cuncta comparabitis. Hactenus de argumentatione.

Caput. III. De methodo, altera dispositionis parte.



Ethodus dispositio est argumentationum, ac eorum omnium, quæ inuenta sunt. Docet enim methodus, qua ratione totius operis dispositio procedat. Methodus, Græca vox, viam, modumq. significat. Vulgata voce idem est quod *La traça delas cosas*. Nihil autem aliud methodus re ipsa est, quàm ipsa pręcepta dicendi, differendiúe. Duplex est methodus: vna doctrinæ, altera prudentiæ. Illa certã, & infallibilẽ docẽdi viã docet (vt 2. de Pasteriori Anal.) à nominis etymologia, homonymia: descriptione, definitiõe, ꝓprietatib' & caussis, ac tandẽ partitione. Nã hoc est tãdem scire, intelligere quid res sit, qualis sit, propter quid sit talis: & q doctus esse voluerit, hęc tria in prõptu debet habere, & in his trib' exactè exequendis insudare. Ita procedit S. Tho. ita procedere etiam debet, quicumq. opus velit conficere, aut de aliqua re discernere. Prudentię methodus est, quæ probè circunspectis circunstantijs, & condicionibus personarũ, temporis, negotiorum, & locorũ procedit. In hac autẽ methodo oportet excellere cõcionatorẽ, quippe quia in eum & Rhetorica, & prudentia omnis, quæ in oratore olim desiderabatur, iam sese recepit: soli enim concionatores nunc sunt, qui Rhetoris personam sustinent.

2. de Demõstra. cap. 1.

Vtraq. methodus in genesîs, & analyseîs methodum distribui potest. Illa prior præcepta tradit, quibus instructus, quodcumq. nouum opus conficere possis; hæc verò, quibus de confecto opere rectum valeas proferre iudicium.

Sed fortasse quis, requirens maiorem in preceptis perspicuitatem, rogabit, quotnam sint operum genera, quę confici possunt. Tria dixerunt esse antiqui. Demonstratiuũ, Deliberatiuum, & Iudiciale. At ego qui Theologos instruo, facilius, ni fallor, de hac re docebo. Igitur Theologus aut in scholastica versatur disputatione, aut (vt vulgi nomine vtar) in positiua. Appello scholasticam, quamcumq. disputationem, quæ soli doctrinę methodo innititur: qualis est S. Thomę. & Aristotelis in omnib⁹ libris quos edidit, immò & B. Pau. ad Ro. & ad Gal. & 1. Cor. 15. in quibus sola veritas cognoscenda tractatur, siue speculatiua, siue practica. Aliud genus est disputationis, in qua voluntas pręsertim suadenda est, vt imperetur opus, talis ferè est tota diuinę scripturæ tractatio: & talis esse debet morum disputatio: vt etiam ipse Aristoteles in lib Ethic. insinuat & hûc referendæ sunt conciones, & sermones de Deo familiares. Vtrunque genus complectitur sacræ scripturę expositio, etiam apud scholasticos. Non enim quisquam hos duos differendi modos negare potest: cùm non tantùm docendi Christiani sint, sed excitandi etiam Aliud genus est Encomiasticum, siue laudatiuum, quando alicuius gesta narras, vt illum euehas & commẽdes. Hûc refer historiam, quæ laudationem, ac deinde contrariam vituperationem, siue simplicem narrationem cõtinere solet, hûc opuscula omnia reuocantur, quæ sunt innumera: sunt enim alicuius ex generibus his partes. Nam distribubutio hæc nostra ex intellectus & voluntatis partitione colligitur. Aut enim docere vis intellectum, aut suadere, mouereq́. voluntatem, aut vtrunque simul. Nam Iudiciale genus, tantopere antiquis celebratum, iam obsoleuit prorsus; quando morosissimis terminis, & testimonijs, inauditisq́. dilationib⁹ agũtur cuncta, ita vt rationis vim exsibilasse Iuris periti videantur.

2. Eth c. 2.

Caput. IIII. de fine in omni opere primum inuestigando.

Pro

Ropofuimus vtcumque materiam omnem: modo vero tradenda præcepta sunt, & ad construendum, & ad discernendum de opere constructo generalia. Illud sit primum; statum, finem, scopum, themaúe in primis inspiciendum esse, illudque semper ob oculos habendum. Nulla enim actio, præsertim in homine, carere debet fi-
1. Eth. ca. ne; cùm omnia ex fine pendeant. Nolim autem hoc loco arctiùs sumi finem, sed ita latè, vt etiam rē subiectam, siue (quod idem est) obiectum complectatur. Si vis concionari in Septuagesima; habeto ob oculos hunc tendere totum Euangelium, vt homines sciant, se ad excolendam animæ vineam, eo præsertim tempore, conduci. Si vis in Sexagesima; propone tibi hūc scopum; dispositionem requiri in corde, vt verbum Dei fructum ferat. Si in Quinquagesima; finis ille est, labores Christianis esse subeundos. Sed rogabis, quo nam pacto finis depræhendendus sit. Si tu tibi vis nouum componere opus; expende accuratè quid tibi ipse velis, & tui ne vnquam scopi obliuiscaris: si alienum vis assequi institutum, consule libri argumentum (nam vt plurimùm libri proprijs inscribuntur argumentis) argumentum autem, libri scopus & status est: ac præterea capitis etiam cuiuscumq. argumentum, eius insinuat scopum. Quod si argumento liber caret; consule quid partes præcipuę docere potissimùm nitantur: &, si omnes particulares partes libri, in communem vnum tendant scopum, ille totius libri scopus est: si verò diuersa omnino cuiusque partis argumenta sint: diuersos esse vnius & eiusdem operis scopos deprehendes. Quod in epistolis sępe contigit: in quarum vna sæpe auctor multis & diuersis negotijs satisfacit. Multa ex annotatione hac fiunt perspicua Primum quid apud Galatas Apostolus contendat: nimirum necesse non esse, vt legis veteris opera præstet quis, vt iustificetur: sed per fidem in Christum iustificari. Quo loco nō intelligit sola fide esse hominem iustū, aut gloriam adipisci: sed primam gratiam recipere; siue iustificari per fidem cum attritione, vt in Baptismo, in Poenitentia, immò & in omnium Sacramentorū receptione: in qua ex attri

to quis

to quis sit contritus. Eodem modo ad Rom. B. Paulus intelligit per fidem sine operibus legis, hominem iustificari. Non enim ibi tractare propositum erat Paulo, an sola fides faciat hominem iustum, vel in gloriam perducat, sed an iustificatio per opera legis, vel per fidem, tanquam per præcipuam iustificationis dispositionem, radicem, & fundamentum contingat. Quòd si in eadem Epistola, de non distinguendo Iudæo & Græco differit: quamquam & speciale alterum epistolæ argumentum constitui possit: ad præcipuum tantùm illud destinatur; quando non per carnem, neque per legē, sed per fidem contingit iustificatio. In Epistola ad Cor. diuersa docet, ac in reliquis Epistolis: quamquam ad Hebræ. Christi diuinitatem, ipsumq. esse Messiam nouæ legis latorem persuadere vult. Porrò commune est B. Paulo, in omnibus ferè epistolis, sub. finē politica tradere præcepta de parentibus, filijs, marito, vxore, dominis, seruis &c. Iohannes in Euangelio de Christi diuinitate agit: Lucas de passionibus: Mathæus, & Marcus humanitatē celsissimam ostendunt. Esaias in Messia describendo totus est: Hieremias populi peccata plorat: Ezechiel comminatur: Daniel aduentum Messiæ notat: Apocalypsis ecclesiæ euentus, ab aduentu Christi primo ad alterum. Ecce qua ratione illustrentur Sacri libri, & quiuis alij. Igitur quando ex fine omnia pendent, omniaq. in finem dirigi debent, atq. eius habita ratione, omne ferendum est de ceteris iudicium: sequitur in primis nobis laborandum esse de fine: siue constituere velimus opus, siue de constructo discernere.

Specialia Euāgelistarum instituta.

Instituta Prophetarū

Caput. V. De quinque cuiusq. operis partibus.


Lterum præceptum est, substantiam, totumq. rei pōdus confirmatione, & confutatione constare. Hæc enim duo in omni negotio necessaria sunt, vt rem adstruas, & vt eandem defendas. Confirmatio rem constituit, confutatio propugnat. Porrò non tantùm his duobus

bus præcipuè tota constat disputatio:sed oportet etiam in singulis eius partibus miscere, aut confirmationi cõfutationem, aut confutatiòni confirmationem, prout rei vel auditorum ratio postulat. Si suadeas castitatem, vtere confirmatione, dicẽs eã animi pacẽ esse. Sed quoniã habet mulos castitas impugnatores, subiũgenda est confutatio, qua dicas difficilem esse quidem initio castitatem, sed tamem vbi semel comparata est, miram illi in esse suauitatem. Annotandum est preterea, non nũquam à confutatione auspicandum esse. Quod sæpe facit Aristoteles, vt in libris de Anima satis cõstat. Queadmodũ enim si terra culta est, nihil prohibet quominus semẽ spargas: si vero inculta, oportet primũ eã aratro proscindere: ita si auditores in errore versentur, oportet primum confutatione vti: si vero bene sentiãt, & animo sint à re quæ dicitur non alieno, ducendum est à confirmatione initium. Id tamen admoneo: & confirmationem & confutationem in tres partes esse distribuendam. Nam in principio & fine collocãda sunt potissima: in medio mediocria: vt primùm auditor commoueatur, & tandem dictis acquiescat. Nam in medio cùm non nihil lassus sit: si quid non audiat, nihil inde incommodi. Atque hæc modo satis de confirmatione & confutatione. Ita in Psalmo. 1. & 2. & Iohan 1. & 8. & in illa B. Stephani oratione. 1. Cori. 15. Ita totus S, Tho. Hæc autẽ si libros euoluatis, deprehẽdetis esse vera. Nam & Euangelium etiam totum ita est distributum, vt vita & doctrina primum ocupet locum, alterum mors & resurrectio Christi. Sed quia est rerum natura cõparatũ, ita auditorẽ disponendum esse, vt & velit audire, & ea quę dicuntur, intelligat, exordio, & narratione opus est. Item, cùm etiam oporteat quæ dicta sunt, probare auditorem, eademq. memoria retinere; epilogo opus est, quo & res memoriæ caussa in pauca conferantur, & vt eas probent, auditorum animi excitentur.

Psal. 1. & 2.
Iohã 1. & 8
1. Cor. 15.

Fit ergo ex his, in omni tractatione quinq. esse partes: scilicet exordiũ, narrationẽ, confirmationẽ, cõfutationẽ, & epilogũ. Vnde intelligimus, quàm sint cum ratione coniunctæ vera

Rheto

Rhetorica, & Dialectica: ipsa enim natura nos, etiamarte desti tutos, docet hisce præceptis esse vtēdum. Exempli gratia si adeant pauperes diuitem, ita fantur. Domine quando diues & pius es, miserere mei. vide humilitatem, & paupertatem meam; nā neq. habeo victum, neq. vestitum: obsecro te, vt & mihi subuenias, & Christo placeas, & tibi cælum compares; ita enim fiet, vt plura tibi Dominus suppeditet: eia ergo, pie vir, quando tantum bonum, per caducas diuitias tibi comparare potes; agito eleemosynam: pro hac enim paucula eleemosyna, æternam tibi Dominus gloriam reddet. Videmus sæpe aliàs, vbi cogit naturę necessitas, naturam quodammodo ipsam sibi opem & auxilium quærere: nimirum ea solùm instructos homines ita dicere, vt quinq. his partibus suam orationem componant. Ex his velim obiter notari, quàm sit vtilis ad orationis vsum humilitas: si enim corporalis paupertas ita ad obsecrandum cogit: quantò magis cogere ad bene orandum nos debet paupertas, & humilitas spiritalis. Magna certè res, si artem ipsam animi affectus pariat. Id tamen annotandum diligentius est; in omni genere siue encomiastico, siue disputatorio, siue persuasorio; in omni tractatu concione & sermone, in omni deniq. quod voce peragitur negotio, has quinq. partes desiderari. D. Tho. 1.p.q.1. proposuit exordiū: Porphyrius in quinq. vocibus: Arist. in lib. Philosophię, & in lib. etiā de Poste. Analysi. Sed hoc ita faciendum, vt non affectemus Rhetoricā: nulla enim Rhetorica, nulla Dialectica pręstantior, quàm quę dissimulata serpit: ars enim affectata tædium parit. Exempla in promptu sunt. Si laudas; rectè à persona laudanda exordiris, vel à principio communi, scilicet quàm dignum sit viros bonos laudare. Si disputas: necesse habes auditorem disponere, atq. disputationem cōcinnare, quousq. ad statū peruenias. In persuasorio genere manifestius id est, quàm vt oporteat nunc à nobis demonstrari. Neq. vero in toto opere, vel concione, aut quauis disputatione, seu sermone his quinq. partibus semel opus est vti: sed in partibus etiam sæpenumero necessarium valde est interponere exordiola, & narratiunculas, atque per quendā transitionis,

modum

modum etiam epilogos: præsertim vbi nouum argumentum, vel grauissimum, vel vtilissimum construitur, vel vbi difficilius aliquid est dicendum. Exempli gratia: absoluta confirmatione, faciendus epilogus, vt liceat vehementiùs irrumpere in aduersarios per confutationem.

At id summopere annotandum, diuinam Scripturam nequaquam hisce omnibus partibus semper vti: solùm enim confirmatione, & confutatione, maxima ex parte contenta est; eisq.
1.Cor.1. minus ornatis. Nam, vt ex B. Paulo 1.Cor. 1. colligitur, quia nō cognouit mundus per sapientiam Deum: placuit Deo, per stultitiam prędicationis saluos facere credentes. Oportuit ergo Apostolos totum conuertere mundum, non orationis apta dispositione, aut dictionis ornatu, aut rationum vi artificiosa instructos: sed doctrinæ sinceritate, humilitate, vitæ integritate, affectuum omnium mortificatione, & Spiritus Sancti abundantia, & miraculis. Quibus accedit, quòd sacra Scriptura Dei infallibili nititur auctoritate: satis enim est Deū dixisse, vt credas, & obedias. Sed Apostolis totum negotij pondus fides erat, & credentibus mox gratia dabatur: modò autem non est in fide, sed in operibus difficultas. Quare Patres Ecclesiæ, vt ex eorum patet lectione, Dialectica Rhetoricaq. vsi sunt; tametsi non tanquam gubernatricibus, sed tanquam pedissequis. Quid enim vetat, quo minus iumento tuo vtaris? At nemo est quin videat, non iumento quo insides, sed Deo confidendum tibi esse. Eodem igitur modo concionatores nostri temporis vti debent
1.Cor.1. litteris, non tanquam præcipuo instrumento, sed vti seruo. Nō enim in sermone, sed in virtute est regnum Dei. Quòd si Spiritus Sanctus aliud inspiret, nonnullosq. Apostolis similes esse velit: non reijcimus sed obuijs vlnis eos amplexamur. Scriptura quidem sacra, quæ breuitatem, & grauitatem habet, summas tātùm veritates lectoribus & concionatoribus proponit, & perstringit: illi autem inde colligere sibi debent, & coaceruare magnam copiam, & conficere veluti ingentem quendam thesaurum. Conficient autem, pro ratione studij, spiritus, atq. auxilij, quod à Domino acceperint.

Iam

Iam autem, vt ad rem veniam; dicturus de singulis orationis partibus, id annotarim; nequaquam me artem Dialecticam, aut Rhetoricam profiteri. Tantùm enim sum pollicitus in cōcionatorum gratiam, de ratione concionandi me dicturū: quē dum specto scopum; satis est, si generalia hæc instrumenta perstringam, & insinuem, vt locus pateat ad docenda, quæ sequētur, mox instrumenta particularia. Quare an hæ quinq. partes ad Dialecticam, vel Rhetoricam spectent, mei muneris non est dicere. Meo iudicio Dialecticæ partes sunt. Dialectici enim est docere inuentionem, & dispositionem: at hæ quinq. partes ad dispositionem pertinent. Tantùm igitur nunc docebo, quæ vel experimenta, vel memoria, & exiguum meum ingenium mihi modo subministrant.

Caput. VI. De Exordio.

HÆC cuiusq. tractationis prima pars est. Quæ licèt ex omni locorum genere reuera duci potest: tamē præsertim ducitur ex persona dicentis, vel auditorum; tum ex negotij ipsius qualitate, & modo, quo est dicēdum. In duo enim iuxta intellectū, & voluntatē, omnia quæ ad hāc partem spectant, reuocantur: scilicet vt attentus, & beneuolus adsit auditor. Attentus erit, si rem vtilem, vel magnam, vel suauem dicturus sis: vel si methodo facili eam per spicuā fore affirmaueris. Beneuolus autem etiā erit si res ipsa futura sit vtilis: & item si à viro bono & graui proficiscatur oratio. Tunc enim insinuari etiam potest, & leuiter attingi, quàm æquum sit, vt talis viri orationem, auditores beneuoli excipiant. Extāt exēpla apud B. Paulū in omni epistola, nam Epistolæ tractatus sunt potius quam Epistolæ. *Paulus Apostolus, &c.* Præsertim ad Galatas 1. *Paulus Apostolus non ab hominibus neque per hominem; sed per Iesum Christum, & Deum patrem, qui suscitauit eum à mortuis, & qui mecum sunt omnes fratres, Ecclesiæ Galatiæ. Gratia vobis & pax à Deo patre, & Domino nostro Iesu Christo, &c.* Nonne efficacissima ad attentè beneuoleque audiendum ratio,

ad Gal. 1.

tio; quòd is qui loquitur, legatus sit à Deo missus? Ad Galat. etiam. 9. ex persona audientis sumit exordium dum ait: *Filioli mei, quos iterum parturio donec formetur in vobis Christus.* Filios vocat: vt etiam B. Iohannes Euangelista. Quare si filij sunt ex intimis sensibus à patre dilecti; quos iterum cupit parere in Christo, per spiritus renouationem, donec perfectè Christum induant: æquum est vt ipsi patrem attentè, beneuoleq. audiant, & ab eo doctrinā salutarem expectent A methodo B. Lucas exorditur in Euangelij prooemio. *Visum est mihi assecuto omnia à principio diligenter ex ordine tibi scribere.* A magnitudine etiam rei dicendæ, & beneuolentia, & attentio cōparatur. Vt Prouerbiorum 8. *De rebus magnis locutura sum*, ait sapientia. Porrò hęc omnia, iuxta loca vniuersa, quæ videbuntur accommodata, & conducibilia, explicari possunt, & commendari. Si enim ad omnia loca exigantur, efficaciùs multò, ex vno vel altero loco orationem iuuabunt. Nonnunquam etiam diuina scriptura ab oratione ipsa auspicatur. Vt Deut. 32. *Audite cæli quæ locor: audiat terra verba oris mei.* Vbi oratio & contestatio simul fiunt. Sed & à sola Euangelicæ historiæ narratione exordiri sæpe oportet. Item à contrario etiam exordia fiunt, pro auditorum condicione, si deprauati sint. Hæc satis de exordio. Sed illud non prætermittendum; inuocationem, siue petitionem exordio esse aptam: quod & poëtæ fecerunt, & modo facimus. Immò & in omni orationis loco, vtilis deprecatio est.

Gala. 9. *1. Iohan. 2. 3. 4. & 5.* *Prouer. 8.* *Deut 32.*

Caput. VII. De narratione.



PAulo difficilior est narratio. In qua statuendus, atq. explicandus est status: & distributio orationis facienda. In exordio quidem in genere proponitur quod in narratione explicatur: at quamuis exordiorum genera diuersa non sint, quoad orationis genera diuersa (fere enim eodem modo in laudatorio, disputatorio, atq. persuasorio genere, exordio est vtendum) tamen narratio in his tribus generibus paulo diuersa est. Qui disputat, debet de nominis etymo-

molo

mologia,homonymia,existentia,atq.descriptione,definitione partitioneq. dicere,quousq. ad quæstionis statum perueniat; quo statuto,aggrediatur confirmationem.At qui laudat vel vituperat;rei originem,patriam,& id genus cetera,quæ ad eam cognoscendam pertinent,explicare debet;quousq. proposita iam ea ob oculos veniat ad eius laudem vel vituperationem. Ille vero qui persuadere nititur,fere eodem,quo qui disputat, gressu progreditur:nisi quòd facilior debet esse persuadentis narratio,atq. facundior,Exempli gratia, si de sacramento disputare velis;explicabis in narratione,sacramentum esse gratiæ caussam:item à sacro sacramentum dici ita expones, vt quot sint res sacræ,quot huius vocis significationes explices,scilicet qua iuramentum significat,& qua signum:mox de signorum diuersitate dices;vt tandem sacramentum definias;subiunges præterea,esse diuersa sacramenta nouæ legis:sed omnia in vna illa ratione cõuenire,quòd gratiæ caussa sint:atq. ita iuxta constitutũ finem,cetera prosequeris.Si laudas beatã Eulaliam;narratio hęc erit.Olim cùm Romani Hispanis imperarẽt,& in Tarraconẽsi prouincia,Decius pręses,Christianis esset infestus,fuit Barcinone puella quędã nomine Eulalia,&c.Si persuadere velis sacrę scripturę studiũ,& meditationẽ:docebis quid & qualis sacra Scriptura sit;quę,& quæ doceat;statuesq:hęc tibi esse dicẽda. S.Thom. 3. p.q.60.a.1

Ceterum ad narrationem præcipuè faciendam(quo in genere pauci sunt qui præstent)& itẽ ad exordium, ceterasq.partes, hoc do concionaturis cõsiliũ; vt studiose,& attente concionẽ excogitẽt,illamq.meditẽtur,sollicitè perpendentes, qua ratione finem suũ assequi valeãt:ita enim fiet,vt volũtatis cupiditas, ipsum veluti compellat,& cogat,ad plurima excogitanda intellectum.Est enim voluntas veluti domina,cui intellectus etiam quodãmodo inuitus,parere sępe solet:vt in latronib⁹,& in perditis quibusdã mulierculis,atq. in alijs,qui magno ferũtur ad aliquã rem desiderio experimur:ex quo fieri videmus,vt indocti aliquãdo,& qui ingenio parũ possunt,ea excogitẽt,quę nõ ita facile viris acutissimis,& doctissimis occurrãt,igitur si hoc facere solet impẽsior natura;quid faciet Dei spiritus,& caritas?

Psalm 72. Heer. 12. Iuuat præterea inspexisse aliorum monimenta. In scripturis Psal. 72. *Quam bonus Israel Deus.* narratio est: & Hierem. 12. *Iustus quidem es Domine, si disputem tecum, &c.*

Sit autem etiam hoc vobis familiare consilium. Si periculum aliquod immineat, in narratione diluendum. In hoc enim præsertim est instituta narratio, vt summa doceatur veritas, vitenturque pericula omnia; vt pede inoffenso confirmare liceat, & confutare.

Caput. VIII. De Confirmatione.



VBi dispositus auditor est, dispositaq. materia, rem aggredi licet confirmatione, & confutatione. Est autem confirmatio, & confutatio orationis tota substātia. In hoc enim res tota consistit, vt probes vera, probataq. defendas: & præterea refutes contraria. Hæc enim duo ad rei comprobationem pertinent. In confirmatione & cōfutatione est maximus inuētionis vsus. Ex omni quippe loco res confirmatur. Porrò in cōfirmatione & cōfutatione illa semper regula seruāda; à notioribus, à facilioribus, à magis perspicuis, à generalioribus, ad minus nota, difficilia, & obscura, & particula-
1. Phy. c. 1. ria progrediēdum esse. In quo id etiam quod superiùs tradidi, obseruabis; vt validiora in principio, & fine colloces: quia in his præsertim locis, vehemētiùs agendū est. Hoc itaq. ordine, in his partibus est procedēdū. Exēpli gratia. Si scripturę studiū Theologo persuadeas; manifestissima, & prima hęc ratio est; quod scriptura principia & fundamēta continet Theologię; qui autē principijs caruerit, Theologus esse nulla ratione potest. Secūda verò ratio est; quòd de scriptura Theologus cōcionaturus est, & ex eadem argumēta sumpturus. Vltima tandē est ratio; quòd thesauri omnes diuinæ sciētiæ in Scriptura sunt inclusi; illiusq. studiosi sapientes verè sunt; ipsaq. Scriptura totius disputantis Theologiæ finis est, & forma.

Sit alia his adiuncta regula, innitendum esse initijs, quousq. ars tibi in naturam sit versa, & comparatus habitus, quo in omni argumentatione, quam instituis, tu tibi apud te, & materiam, & for

& formam expendas. Hac enim ratione fiet, vt argumentivim, & energiam intelligas, & aptiùs, & fæcundiùs, & efficaciùs argumenteris, vt rationis vim nemo possit subterfugere. Porrò quã quam auditor argumentãdi formam nesciat, sentiet vim. Quemadmodum enim argumentum efficax vehementer persuadet, ita & forma occultam habet energiam. Nam etsi, vt supra dictum est, non expediat argumentandi externam formam inter concionandum retinere: tamen ita struenda argumentatio est, vt forma ipsa volenti aduertere perspicua sit. Exempli gratia. Suadere vis sanctam orationem in hunc modum. Quis nõ amplexabitur actionem illam, quæ mentem attollit? quæ peniciorem rerum cognitionem tribuit? Dubiũ certè nõ est, quin res ipsas conspicere, & perpendere, acutum, promptum, & ad res graues percipiendas aptissimum reddat intellectum. Igitur cùm oratio hæc præstet, quippe quia in ea res considerantur, & seriò expenduntur; cur orationem non amplexabimur, tãtorum bonorum parentem? Sentit naturalis intellectus insitã sibi artem. Natura enim & materiam, & formam præsagit. Atq. ita omnes sacrarum Scripturarum argumentationes, in formã possunt redigi firmissimam.

At verò quoniam (vti dixi) confirmatio, orationis caput est, & cor, omniaque in illam referuntur: operæpretium erit alia, conficiendis confirmationibus adiungere præcepta. Quæ tunc statuentur aptiùs, cùm confirmationis finem, effectumúe constituerimus, iuxta quem præcepta danda nobis sunt. Finis proximus probatio est, & persuasio. Illa respicit solum intellectũ, & in illo sistit: hæc verò ab intellectu ad voluntatem progreditur. Probatur veritas in disputatione: persuadetur in cõcione. Vt igitur finem hunc assequaris: ex omni loco petenda tibi argumenta sunt. Quamquam oportet quidem eligere magis efficacia. Satiùs enim est quattuor vel quinq. rationibus, iisq. efficacibus vti, quàm multis, eisq. parũ validis. Vbi enim plures sunt inualidæ, reliquarum dignitatem eleuare, & extenuare videntur. Nostra enim natura in malum propensa, deteriora retinet: meliora obliuiscitur. Eligat ergo vir prudens rationes potiores:

easq. disponat ordine, quem nuper docuimus.

Admonemus autem illum, vt confirmationem texat perspicuam, distinctam, efficacem, & concinnam. Perspicua erit, si vocibus, & dicendi modo non ignoto vtetur. At hoc non nisi accuratus, doctus & eruditus præstare potest intellectus: non enim, nisi qui bene nouit, bene suum sensum explicat. Distincta autem erit confirmatio, si singula seorsum, & proprio loco dicantur. Plurimùm enim est incommodi, si res permisceantur, neq. singulæ proprijs locis collocentur. Contra verò, amplificat certe orationem, & dilucidam facit distinctio. Efficax est confirmatio, quando argumentum est validum, forma verò firma. Concinnam appello, quando ita sunt rationes, argumentationesúe dispositæ, vt prior sequentem postulet, sequēs præcedentem explicet. Ita argumentatur Paulus 1. Cor. 11. contra mulieres, quæ in Ecclesia caput non velant: ita 1. Cor. 14. vbi persuadet magis optandam prophetiam, quam linguarum donum: ita 1. Cor. 15. vbi probat resurrectionem. Nos etiam hac ratione possemus persuadere vouendum: quia nimirum duplex inest in voto bonum; scilicet facere, & promittere: quia est in diuinum cultum: quia est plena traditio: quia est amoris ingens confirmatio. Item persuadebimus abstinendum à vino, quia calefacit sanguinem; prouocat ad libidinem; animum reddit peruicacem, insolentem, ferocem; disponit ad ebrietatem, dum incipit non nihil capitis quietem turbare.

1. Cor. 11.
1. Cor. 14.
1. Cor. 15.

Accipite consilium aliud valde accommodatū, & pernecessarium; sed generale. Sit sermo vester circunstantiarum omnium rationi accommodatus: præsertim verò personarum auditorum; vt pro illarum captu, attemperetis stylum, atq. dictionem, & rationum, seu argumentationum naturam. Cum acutis auditoribus vtimini rationibus acutis: cum alijs valere possunt argumenta præsertim ab exemplo, ab effectis, à simili desumpta. Præterea in genere disputatorio, rationes sint conscissæ, absolutæ (vt aiunt) & ad formam structæ: in genere persuasorio, vbi de re morali agitur, sint argumentationes accommodatæ circunstantijs omnibus: multa namque pro modo præsertim

circunstantiæ suadenda sunt. Ita Paulus 1. Corin. 7. cùm inquit *Tempus breue est: reliquum est, vt qui habent vxores tãquam non habentes sint;* à matrimonio abstinendum, ex temporis præsertim circunstantia suadet. Dominus etiam prope iudicij diem, hinc persuadet ab omnibus abstinendum.

Hæc in promptu habui, quæ præscriberem ad confirmationem absoluendam consilia. Qui plura cupiunt; sunt libri de hac re, quos euolant: nos enim pernecessaria tantùm, eaque breuiter propter temporis angustias tradimus.

Porro quod quidam affirmare solent ad confirmationem referendũ esse, vt & Auditores moueas, & eosdem delectes: id quidẽ, meo iudicio parùm rectè: etenim partem hanc, ad Elocutionẽ, & actionem potius pertinere dicendum est. Quamquam certè, si vera fateri volumus, nulla magis res ad mouendos, & ad delectandos Auditores valet, quàm pro materia, & forma, vis ac robur argumentorum. Natura enim ita comparatũ est, vt intellectus noster, ijs quæ vera, certa, firma, & efficacia sunt, summopere delectetur. Nã cùm eius obiectũ sit ens, & verũ: hoc certè amat, hoc amplectitur, hoc vt proprio pabulo delectatur, nutritur, & adolescit. Non negauerim in reliquis plurimũ esse ad mouendũ, & ad delectandũ præsidij: sed potissima sunt ea quæ diximus: quæ nimirũ sola per se sufficiunt; & sine quibus cetera sunt ferè inania. Nam si argumenteris Christiano non esset saltandum; quia Christianos non decet, arte vti diabolica, in generis humani perniciem inuenta; quinimò oportet eos diuinis parère preceptis, perfectam castitatem redolentibus, hoc præsertim tempore, quo est ad malum hominum natura magis, magisque procliuis: hęc reuera intellectum mouebit, & delectabit ratiocinum vis tam euidens.

Cap. IX. De Confutatione.



Varia cuiusq. tractationis pars, confutatio est: in quã omnia etiam ferè, quæ de confirmatione diximus, aptissimè conueniunt. Huius partes præcipuæ, duæ sunt. Prior est diluere aduersariorum argumentationes, altera verò refutare contrarias opiniones: vtrumq. enim necessarium est, vt veritas maneat inconcussa. Sed est prior dilutio, Nam prius est hostem prosternere, illiusq. arma, vt Euangelium ait, auferre: subsequitur deinde vastare agros, vrbẽ diripere, arcem occupare.

In diluendo hæc accipite consilia. Primum estote fideles in referendis rationibus, & opinionibus cõtrarijs, ne ridicula aut mendax vestra dilutio sit. Præterea, quantò maiorem vim videatur habere argumentatio, tantò maioris momenti erit dilutio. Exempli gratia. Si obijciat quisquam, indignum esse homine graui, in hominem crucifixum credere; qui sibi opem ferre non potuit; qui pauper fuit, & humilis; qui non tuetur suos, sed cum illis malè agi permittit: argumentationem satis efficacem quoad homines, construxit: quam vbi dilues, ostendes, sic instauratum fuisse genus humanum; & hanc maximè rationẽ humanæ saluti fuisse accõmodatã. Quare argumẽto efficaci, sic efficacissimam adhibebis solutionem, cui auditores possint facilè acquiescere.

Sit alterum consilium. Si potes retorquere argumentum, & ex eadem materia facere argumentationem contra aduersarium, vt B. Chrysostomus, & B. Augustinus sæpissimè fecerunt: rem efficacem & pulcherrimam conficies. Exẽpli gratia. Persuades humilitatẽ exemplo Christi, & aduersarius hac se ratione tuetur, quod erat ille Deus: retorque hanc tu rationem, dicens, humiliandum esse hominem, quando Deus ipse humiliatur: si enim rex se dimittit, cur non seruus? Item si suadeas cuiquam opera perfectionis; & respondeat ille esse nimis alta: vrgebis tu rursus, hac potiùs de caussa nitendum ad illa esse, quoniam illustrissima sunt. Vtinam, Theologi magnam diligentiam adhiberent, vt contrarias argumentationes in ipsos retorquerent aduersarios.

Sit

Sit tertium consilii, vt aduersariorum argumentatio potissima primùm omnium diluatur. Quemadmodum enim Goliath mortuo, omnes fugerunt Philistæi: ita validissima argumentatione diluta, ceteræ corruūt. Hac ratione B. Ioan. Baptista prędicabat Iudęis: *Nolite dicere patrem habemus Abraham: qui opera Abrahæ nō facitis.*: Hoc enim erat Iudęorum asylum. Et Christus Iohanis. 8. *Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.* Et B. Paul. Rom. 10. & ad Galatas, quòd non in carne, sed spiritu filiatio cōsistat, probat argumēto Esau, & Iacob: qui cùm ex eodem patre & matre, eodemq. cōcubitu nati fuissent; vnus tamen odio à Deo habitus est, alter dilectus. Atq. ita nos dum in mundum inuehimur, in hoc primùm incumbere debemus, vt consuetudinem, in quam statim homines confugiūt, prosternamus: ostendētes, bonas etiam ex natura sua consuetudines, vt horam Matutinam, & Vigilias, propter incōmoda, ab Ecclesia sublatas fuisse: itaq. multò magis auferri debere eas quę malę sunt; vt quę in populo christiano, & præsertim inter mulieres adolauerunt, saltādi, otiandi, faciesq. partim fucandi, partim detegēdi, quò ab hominibus videri possint. Sed hac in re prudētia opus est. Etenim oportet, quando argumentatio validior sub obscura est, tunc à facilioribus, quę ipsi intelligendę viam præmuniūt, incipere: idq. arte quadam: nempe insinuatis & dilutis prius infirmis quibusdā rationibus, ne postea sint impedimento. Alioqui enim, si viderint nos aduersarij, ab inualidis rationibus initium sumere; timere fortasse nos & prope victos iacere suspicabuntur. Exempli gratia. Qui cō tra orationē mētalē obiecta diluere velint; primùm, vel aliud agētes, ostendāt nō esse quòd quis se excuset, quòd deficiat nos ad eam tempus: non enim deest vnquā tēpus ad ea, quæ volumus, etiā ridicula, & superuacanea: quare neque ad orationem. Quibus veluti conclusis, ad potissimam argumentationē gradum facient: probantes scilicet oratione non effici melancholicos homines, aut insanos: non enim Deus est auctor mali, sed boni. Quid enim? diuina colloquia hominem reddent discolum, vel morosum? Sed hac etiam in re prudē-

1. Reg. c. 17

Ioan 8.

Rom. 10.

tia opus est: neque enim omnia arte tradi possunt: labore potiùs & exercitatione sunt comparanda, ac imitatione eorum qui in hoc genere sint cum laude versati.

Sit postremum consilium; expendendum esse argumentũ, atque eius formam; vt punctũ (vt dici solet) ipsum diluamus. Si enim quis obijciat, non esse persuadendum virginibus, vt cursitent ad ecclesias: dilues; ad vana quidem non licere cursitare, sed cur non ad pia? Item si quis ita argumẽtetur: hoc faciebant veteres, ergo nos: quis non videt hanc non consta re consecutionem? Perspicito ergo argumentationis materiam, & formam, siue argumenteris, siue respondeas: ne vel extra rem tu digrediaris, vel alij te, extra rem digredientes, eludant.

Subiunge hoc loco, in argumẽtationibus moralibus, magnam habẽdam esse circunstantiarum rationem: vnius enim tantùm circunstantiæ varietatem, aut defectum, ad diluendam rationẽ sæpe sufficere. Qua in re vehemẽter attẽtum ve lim lectorem: multa namque vel ex hoc solùm absoluentur.

Addo etiam, auditoribus vehementer placere, si solutiones, exemplis, aut contrarijs etiam illustres. Veluti: quid vetat in Sacramento Christum in tota Hostia & qualibet parte esse, quando est anima tota in toto corpore, & tota in qualibet parte?


Satis pro temporis angustia, de priori confutationis parte, scilicet argumentationum contrariarum solutione, diximus. Quæ tametsi (vt dixi) prior sit: tamen oportet nonnunquam ei præponi contrariæ opinionis refutationẽ: immò nonnunquam, si à refutatione exordiaris; aptissimum id erit oratio nis initium.

De refutatione quidem (vt diximus) idem ferè quod de cõfirmatione iudicium. Eiusdẽ enim ferè sunt rationis probare verum, & refutare falsum: immò sæpè oratio integra, est refutatio. Vt si tibi pugnandum sit aduersus aliquod vitium, vt diffidentiam: certum est, confirmationem tunc, futuram esse refutationem, & hoc futurum esse nostrum opus, vt di-

luamus

luamus quæ pro diffidentia struuntur rationes. Neque verò de refutatione quidquam est speciale dicendum: nisi quòd hæc cum confirmatione, orationis robur omne continet: nihil enim aliud in concionatore requiritur, quàm vt vera adstruat, falsa destruat, malum pellat, bonum constituat.

Caput. X. De epilogo.



Epilogus vox Græca est. Cuius partes constitui tres solent: enumeratio, amplificatio, commiseratio.

Enumeratio, est breuis quædã, perspicua, & summam tantùm continens rerum dictarum, præsertim earum, quæ præcipuæ sunt, commemoratio. Exẽpli caussa, si laudasses orationem, ita per orare posses. Orationem, viri Christiani, descripsimus, esse mentis cum Deo spiritale colloquium: quo acuitur ingenium, atque promptum ad sublimia redditur, inflammatur voluntas; animus ad benè operandũ vires colligit; & multa denique nobis deteguntur arcana, quæ nos ad penitiorem diuinarum rerum cognitionẽ perducũt.

Amplificatio instituta est ad mouendum: quando scilicet re assumptam vnam ex adductis rationibus amplificamus, & præsertim illam, quæ ab exemplo fit, aut à simili, aut à contrario: vt si præmium iusti, aut pœnam peccatoris aliquo exemplo confirmans, amplifices.

Commiseratio, est quæ ad misericordiam mouet. Qualis esset, quæ sumpto argumento ab iniuria quę fit Deo, quandam veluti misericordiam ita excitaret. Considerate obsecro, ô Christiani, quanta afficiatur Deus (si ita fas est dicere) contumelia, non tantùm ab impijs, sed etiam à pijs: ab illis quidem per impurissima peccata, ab his per negligentiam & animi remissionem.

Non nulla autẽ sũt hîc annotãda. Primũ illud, hãc partẽ esse (sicut de narratione diximus) difficillimã, & ideò viri docti & acuti iugem, & contumacem requirere laborẽ. Plurimum

enim

valde illustrant, redduntq́. gratam orationem, atq. potentem. Esse tamen debet pręcipuè exordium suaue, & placidum: narratio integra, iterq́. ad subsequentia præmuniens. confirmatio efficax: confutatio acuta, & vehemẽter vero similis, atq. exemplis illustrata: ac tandem epilogus prudens, efficax, & beneuolus, adhæc esse debet exordium breue: narratio mediocris; cõfirmatio, & confutatio, status necessitati, hac in parte respondẽtes: epilogus deniq. circunstantijs accommodatus.

APPENDIX DE CONFICIENDIS EXORDIIS & epilogis, Præfaciuncula.

QVamquam ex his quæ hactenus dicta sunt, ratio conficiẽdi exordia, & epilogos satis colligatur: tamen arbitror cõcionatoribus vtilissimum fore, specialem & magis perspicuã ad hęc duo viam aperire: hæc enim quoniam non semper in promptu sunt, viros doctos & pios, nonnunquam premere solent. Cum illis nunc ago, qui exordia, & epilogos concionibus apponere student, Rhetoricæ artis studiosi: eos autem omitto, qui hac de re soliciti non sunt. Igitur in lib. 5. cum de diuersis concionum generibus differam, specialia quædã, quoad exordia, & epilogos, præcepta constituam: itemq́. cùm prõptuaria tradam, alterum ex ijs erit, in quo exordia, epilogosq́. communes, siue testimonia, ex quibus confici possunt rudi minerua enarrem: sed nunc methodi ratio poscit, vt vtriusque partis excogitandæ, artem doceam.

Consilia ad inueniendis exordijs, & epilogis vtilia.

IN promptu semper concionatori habenda sunt Generalia illa, & efficacia instrumenta, humilitas, fiducia, oratio, vitæ puritas, & cordis mundicies: Hisce namq́. subsidijs (quibus diuinum nusquam deest auxilium) exordia & epilogos, ceteraq́. omnia sancto muneri necessaria, & vtilia; nobis comparabimus, si patientiam & perseuerantiam in laborando, & excogitando adiungamus. Quamquam enim omne datum opti- *Iacobi. 1.*

mum

mum, omneq. donum perfectum à Deo sit, tamen: vult diuina sapientia, atq. iusticia, vt medijs quę vel scriptura, vel ecclesia, vel sancti & pij viri nobis præscribunt, sedulò vtamur. Non enim Deo displicet, quinimmò valde placet, ad erudiendum populum, sanctas versare scripturas, sanctorumq. virorum doctrinas, atq. etiam artem, quam illi nobis insinuant, expendere, sanctisq. doctrinis accõmodare.

De excogitandis exordiis.

EXcogitandis itaq. exordijs Dialectica inuentio vtilissima, & ferè sufficiens sola est. Si enim thema simplex sit, circum ferri debet per loca: si coniunctum, itidem oportet per loca quod ad subiectum & prædicatum circunferatur. Exordium igitur dum facis, ob oculos habe, id à rei dignitate, vtilitate, & difficultate, aut etiam partitione desumi. In hoc enim est constitutum exordium, vt auditorum concilies tibi benignitatem, beneuolentiam, attentionem, & docilitatem; certamq. & firmam, de rei cognitione, & vtilitate, gignas spem. Quare fit, vt etiam à rei dicendæ iucunditate, facilitate, breuitate, & dicendi modo, & à temporis, personarumq. & negotiorum circunstantia, ceterisq. omnibus, quæ Dialectica aperit inuentio, sumi possit exordium. Id tamen prætermittendum, nequaquam est, quod diuturna, eaq. laudabilis inuexit consuetudo: scilicet vt sacram virginem adeuntes, humiliter ab ea precemur, vt gratiam nobis impetret, atq. spiritum, sine quo verbum Dei vtiliter doceri non potest. Hic hodie cõcionatoribus scopus exordij esse solet: adeò, vt quibusdam exordij loco sit, Angelicam tantummodò salutationem, vnà cum auditoribus recitare: quia nimirum, hoc est quod quæritur; vt adsit gratia cælestis. Non damno prorsus: ceterùm satiùs mihi semper est visum, auditores exordio præparare. Ratio enim naturalis id postulat: rationi verò spiritus Dei non repugnat; immò ratio ipsa diuinitatis quædam participatio est. Nos ergo, vti decet Theologos, iungamus spiritui diuino rationem humanam: & auditores præparare, simulq. gratiam adipisci nitamur: ita vt

vt ex ipsa præparatione, petendam esse gratiam deducamus, omnesq. exordij partes in eum finem destinem⁹. Sed non desunt qui sic obijciāt. Si nō nisi exordio peracto, gratiam à Deo petis: ergo absq. gratia, ipsum exordium (quod verbū Dei etiam est) fecisti. Quibus respondeo, neq. signo crucis munire se ante cōcionem, immò neq. in pulpitū ascendere posse cōcionatorē absq. Dei auxilio. At hoc quidē auxilium, cùm domestica & secreta oratione (vt Christianum decet concionatorē) sibi quisq. compararit: tamen iterum gratiam in ipso concionis exordio non ineptè precatur. Non enim aut imprudenter, aut irreuerenter is agit, qui in oratione gratiam poscit, tametsi sciat, neq. ipsam orationem, quam facit, sine Dei auxilio fieri posse.

His ita constitutis, adnotamus, multa esse ex quibus possit exordium peti. Potest (vti diximus) thema per Dialectica circumferri loca. Exempli gratia. De virginitate dicturus, ita potes exordiri. De cælesti quadam virtute, quam naturalis ratio non vsquequaque attingit, quam Deus ipse factus homo in mundū attulit, & commendauit, & qua in summam euehuntur homines dignitatem, habendus mihi hodie sermo est. Quis autem nisi diuino illustratus lumine, de tam excelsa virtute dicere potest? Si ergo viri Christiani, de illa rectè concionantem audire me vultis: mecum simul gratiæ spiritum a Deo summa contētione petite: quādoquidem (vt B. Paulus docuit) spiritalia & sublimia non nisi ab animis spiritu illustratis diuino, dici & intelligi valent. Spiritus quidē hic à Deo patre per Iesum Christum, Spiritu Sancto auctore, donatur: at nos, quamuis à Deo id impetrare non valeamus, tamen matrem habemus pijssimam, quæ & Dei mater & virgo est, virgo inquam virginum, & virginitatis vera amatrix. Adeamus ergo illam, supplicesque exoremus, vt nobis gratiam precetur. Quod ita fiet, si Euangelica salutatione illam salutauerimus; dicentes: *Aue Maria.* Sit hoc exordium ceterorum veluti archetypus; vt in ceteris exemplis indicare tantùm sufficiat rei materiam, cetera liceat prætermittere. Huc referre licet, à præsenti euentu desumptum exordium. Veluti si exempli caussa si aliqua ingruat pestis,

vel

vel bellum immineat, aut terræ ſterilitas, à præſenti malo ita duci poterit. Orare ſemper cogimur, & ad Deum confugere: nunquam enim nos deſerunt humanæ miſeriæ, & in periculo ſemper verſamur. At præſens periculum & calamitas plùs ſolitò nos cogit orare, & verbum Dei auidiſſimè audire, vt corrigantur peccatores, excitentur ſegnes, ſolatio triſtes afficiantur. Nõ nunquam verò exordia communia accommodata ſunt. Vt ſiquis de quocumq. argumento dicturus, in medium proponat, quâm vtile ſit, de verbo Dei diſſerere; ſicuti ſcriptum eſt, *Scrutamini ſcripturas*: vel quàm inſtanter dixerit Dauid, *Doce me iuſtificationes tuas*: vel, *Beatus quem tu erudieris Domine*. Cuius generis multæ ſunt exordiorum formæ: de quibus opuſculum de exordijs communibus non inutiliter ſibi faciet cõcionator.

Iohan. 5. *Pſal. 104.* *Pſalm. 93.*

Eſt & aliud exordij genus, de quo alibi ſumus dicturi: quo ſcilicet vel Euangelij, vel etiam Epiſtolæ ſumma, vel hiſtoria, de qua dicendum eſt, vel myſterium vice exordij perſtringitur: in fine autem oſtenſa rei dignitate, aut vtilitate, aut etiam difficultate, ad præſtandam attentionem, & gratiam petendam auditores excitantur. Trademus poſtea huiuſce rei exempla. Interim hoc vnum multorum inſtar eſſe poteſt. In compendium redigatur Euangelium illud de nuptijs in Cana Galileæ celebratis. Addatur præterea, myſterio id non carere: non enim abs re voluiſſe Dominum, vnà cum matre & Apoſtolis, intereſſe nuptijs, ibiq. aquam in vinum conuertere, vt hoc ex omnibus eius miraculis, primum in Euangelio enarraretur. Ad extremum, vt tantum poſſit declarari myſterium, exoretur Dominus, vt doctrinam à concionatore excogitatam, quæ, vt humana eſt, frigida quidem aqua eſt, ipſe in vinum ſpiritus, & veritatis conuertat. Poteſt etiam ex vno tantùm Euangelij loco exordium duci, veluti in Euangelio Epiphaniæ, ex ſtella, Quemadmodum enim ſtella Magos duxit ad Chriſtum, illumq. eis oſtendit: ita & diuinæ gratiæ lumen Chriſtum oſtendit. Stella igitur debet eſſe concionator, Chriſti ſanctitatem, eximiamq. doctrinam populo commonſtrans: quam certè non aliter cõmonſtrabit, quàm ſi à Deo habuerit ſplendorem. Orandũ ergo

eſt,

est, vt cõcionator auditoribus quasi stella sit. Quot ita fiet; si stellam matutinam, quæ solem habet in manibus, & eum regibus ostendit, humiliter & confidenter adeamus.

A figura etiam pulchrè, & cum suauitate quadam, exordium sumitur: ita tamen vt quoad fieri possit, accommodata præsenti sit argumento. Exempli caussa, Euangelio de Samaritana cõuenit figura illa ex Genesi, de puteis, quos Abraham effodit, Philistæi terra obstruxere, Isaac verò renouauit. Argumentum enim inde sumitur ad docendum, puteum viuæ aquæ, verbum Dei esse: quod à patre in lege naturæ, & veteri, structũ est; à mũdo postea per doctrinas terrenas, veluti obstructum: deniq. renouatum à Christo Domino nostro, qui aquam nunc ex eo Samaritanæ propinauit. Hinc autem sumpta occasione, exorari potest Christus Dominus noster, vt spiritus aquam concionatori & auditoribus præbeat; itemq. Samaritana illa custos & mater nostra potest appellari, vt huiusmodi aquam à Christo Domino impetret.

In eundẽ modũ exordium eruitur à simili: quale est in Euãgelio de nauicula, illud de naui in medio mari posita, quę etiã si præsidijs omnibus humanis circũmunita sit, tamẽ si ventus nõ adspiret, progredi non potest. Talis est futurus cõcionator, si gratię aura illi nõ adspirauerit: quãtũuis doctus & acutus, & firma memoria sit prędītus, & pręclarã sibi cõcionẽ excogitauerit.

Hæc duo posteriora exordiorum genera, amplissima sunt & iucunda. Quare rectè facient ij, qui concionari cogitant, si iam nunc paulatim hinc inde multa congerant huius generis exempla: multò namq. facilius est, ea, quæ occurrunt, seruare, quàm quæ latent anxiè requirere.

Est præterea graue, & doctum, Christiq. theologo dignũ exordium, quod à sacro testimonio, vel ab Euangelio (vt sæpe memini me fecisse) vel ab epistola, vel à quauis parte officij sumitur. Nomine officij cõplector & sacrũ Missę officiũ, & horas canonicas, & maximè orationẽ, qua illo die vtitur Ecclesia. Exẽpli gratia, in Euãgelio seminantis, illa verba exordio aptissima sũt: *Vobis datũ est nosse mysterium regni Dei: cæteris autẽ in parabolis.* Itẽ Luca. 8.

I illa

illa ex epistola B. Paul. *Bibebant de spiritali consequente eos petra.* Christus namq. est petra, quę ambulantes iuxta spiritum in deserto sequitur, & quæ oratione percussa, aquam gratiæ eiaculatur: quod tūc scilicet fit, cum per Christi crucē & sanguinem, eūdem Christum exoramus. Porrò ex orationibus, aut etiā ex pręfationibus proprijs ipsius diei, propriū mysterium colligitur, iuxta quod ad gratiā petendam, fideles exhortādi sunt: vt in die natalis Domini, ad nouam in Christo natiuitatē; & in die ascensionis, ad spiritalem in cęlo habitationem. Plura fortè quam erat necesse diximus; aliaq. aut necessaria, aut magis vtilia prætermisimus: tu tamen lector nostrę ignosce paupertati: quandoquidem consultò, vel ex negligentia nihil omisimus, multò certè plura oblaturi, si per nos præstari potuissent.

De excogitandis Epilogis.

ANnotasse primum oportet, epilogos, sicuti exordia, in duplici esse differentia. Sūt enim epilogi quidā communes, & sunt quidam pręterea proprij. De cōmunibus in posteriori huius libri parte sumus dicturi. Interim vero illud cūctis notū esse velim, cōmunes epilogos, ad vitā Christianā in vniuersum esse referēdos. Excēpli gratia. Beati q seruiūt deo: q mandata exequūtur diuina: q Christi consilia sequūtur: qui bona appetunt spiritalia: qui ad ea inhiāt, solicitè semper orantes: qui Christū Iesum crucifixum cognoscere, diligere, sequi, & imitari nituntur.

Hîc tamen accuratissimè est expendendū, epilogum communē aut esse simpliciter cōmunem, aut ex modo siue forma. Simpliciter cōmunis ille est, qui de virtute, siue de vitio in vniuersū contexitur, ita vt sola amplificatione coalescat. Veluti si (vt in exemplo proposito) de exequēdis Dei mādatis in vniuersum loquaris, aut deuitandis vitijs. Epilogi vero cōmunes ex forma, & proprij ex materia illi sunt, qui in quouis genere virtutis aut vitij, amplificatione propria fiūt. Vt si dixisti đ humilitate, exhortare ad eā auditores, caussas potissimas quābreuissimè attingēs, hoc modo. Eia igitur, ô viri christiani ad humilitatē totis viribus cōtendite, internè: externeq. illā induimini: humiles enim sunt, quos Deus exaudit, quos diligit, quibus dona plurima, & deniq. gratiā & gloriam impartitur. Sic cōtra dissuadens superbiā,

perorabis in hunc modũ. Cauete vobis obsecro ab impio, inso lentiq́, superbiæ peccato, ne vos vltio puniat diuina: cogitationes superbas de corde eijcite: superba à vobis procul absint verba: fastũ & põpam, & omnẽ deniq. superbię speciẽ detestamini: vt cernẽs vos diuina illa bonitas, inimicã suam superbiã debellantes, & conculcantes, adsciscat sibi vos vt amicos, & vt milites strenuè pro illius honore pugnantes; itaq́. tantæ virtutis pręmium vobis conferat, scilicet gratiã, & gloriam. Porrò ab exẽplis, regulisq. supra cõstitutis, vbi de exordio, & epilogo in communi diximus, facile cuiuis (meo quidem iudicio) erit, epilogos conficere communes.

At vero epilogos speciales & proprios, ex circunstantijs petere possumus. Nimirũ ex nobis ipsis, ex auditoribus, ex euẽtibus, ex tẽpore, ex loco, & alijs per multis: vti de exordijs diximus superiùs. Sume vnũ vel alterum exẽplum. Vidistis auditores quo animi affectu, quo labore, ętatis iãparũ firmę, & valetudinis meę non habitu ratione, vobis prędicauerim. At ego nõ quæro vel vtilitatẽ meã, vel honorẽ, vel animi recreationẽ: vestrę ædificationi, & vtilitati totus inhio. Accipite ergo quę dico; altamẽte reponite; operi mãdate: fiet enim, vt vobis quies, gaudiũ, milleq́. alia bona, & tãdẽ gratia & gloria ęterna cõtingant. Sed ecce alterũ exemplum ex auditoribus desumptũ. Christiani estis, Dominus enim vester Christus est; vnde ad vos pertinere illius honorẽ, aut dedecus debetis existimare: viri estis iudicio prędit, atq. catholici: ex fide scitis, per vestra bona opera glorificari Christũ Iesum; per mala vero blasphemari, vt inquit B. Paul. ad Rom. 2. Eia ergo colligite animũ, cõcipite vires, de cernite Christo obsequiũ pręstare, rẽ agredimini in Christo operãtes: dabit ille spiritũ, dabit lumẽ, dabit gratiã & gloriam. Si tẽpus belli, aut famis, aut pestis, aut insigne malũ incidisset, ita epilogum faceres. Perpendite ergo viri christiani mala quę patimur: cũq́. in solo Deo remedium nobis reliquũ sit, nitimini placere illi; pœnitẽtia illũ placate; bonis operibus beneuolũ & propitium promeremini; vt vobis placatus pœnam remittat, mala auertat, medelã apponat, vos cõsoletur, & deniq. vobis gratiã conferat & gloriam. *Roma. 2.*

Tandem epilogum, ex his, quæ propria sunt, iuxta statum de quo agitur, vel propriam materiam, vel proprium mysterium aptissimè componere poterimus. Exempli gratia, si de Euangelio, in quo de tentatione agitur, fortè concionemur: perstringemus in epilogo, cum hostibus in dictum esse nobis bellũ validissimis, quibus nullum aliud negotium, nisi catholicis pestẽ & exitium inferre: vnde colligemus & arma nobis, & pugnandi peritiam esse necessariam. Hinc obsecrabimus auditores, vt vires à Deo petãt, pugnandi artem discant, arma cõquirant, sancti propositũ calceos pedibus accommodent, fidei & patientiæ scuto se muniant, spei galeam & humilitatis, atq. ceterarũ virtutum loricã induant, verbi Dei gladium arripiant, fortiter cõstanterq́. dimicẽt, vt hac ratione hostẽ superent, & prosternãt, auferantq́. ab illo mortificationis spolia, potiãtur amore & gratia, tandẽq. gloria fruãtur. In Euãgelio, in quo de nuptijs agitur, ad spiritales nuptias populũ exhortemur. In Euãgelio đ quadrupliciilla terra, auditores admoneamus, vt bonã se Deo terrã prę stent, spinis carentẽ. Iuxta quẽ modum, si epilogi leges in prõptu quis habet, aptos & vtiles epilogos facile conficiet.

Quando verò paraphrastem egit concionator; si commodè potest, totius paraphrasis epilogum recõcinnet, omnia de quibus concionatus est, perstrictim enumerans, & ad ea auditores exhortans: aut si vnum quiddam ex omnibus est præcipuè disputatum, epilogo illud absoluat.

Sed accipe tandem consilia aliquot, quæ conficiendorũ epilogorũ viã facient multo faciliorẽ, simulq́. ad conficiẽda exordia copiã parient. Inuentionis primo vtere instrumẽto: confer omnia, quę in narratione, in cõfirmatione, & cõfutatione dixisti: immò etiã nõnunquam ea, quę in exordio: facitaq́. ex illis sũmam vnã, cuncta quã breuissimè cõplectentem. His simile aliquod adde, rationemq́. aliquã efficacẽ & perspicuam, confutationemq́. potissimam, vt ex his omnibus, amplectendum esse quod persuadere tentas, colligas. His exclamationẽ adiunge, & atq. obsecrationẽ, qua auditores obsecres, simul tu ipse pro illis orationẽ Deo fũdas. Porrò iuuabũt te & epilogi cõmunes

& confir

& confirmationum,& confutationum appendices. Vbi etiam polliceri audeo,tantam tibi copiam affuturam,vt labor tibi in eligendo maior sit,quàm in comparando.

Aliquot tamen,quæ partim iam supra dixi,admonere te velim. Alterum est vt coneris,epilogum reliquæ orationi adiũgere &consuere:hoc est,ex ipsa confutatione,continuo quodam ductu protrahere:vt exemplo mox mõstrabimus. Non enim semper epilogus disiunctus probatur:verbi gratia,quem incipimus dicentes,hactenus demonstrauimus, &c. Alteum vero, est,vt te ipsum in epilogum serues integrum:ne in fine te deficiat vox,aut etiam vires. Tertium est,vt partem hanc non tantum inuenias, sed accuratè & cogitatè describas, memoriæq. mandes. Nihil enim oberit, si conceptis verbis epilogum pronunties:immò proderit multum. Quartum est,ne sis prolixus; sed quæ dicis verborum certo numero complectaris.

Hæc quæ dicerem in promptu habui. Non dubito quin alia multa,& forte potiora exiguum meum ingenium prætereant. Sed diligentibus & doctis,concionãdi iter quodammodo strauimus. Qui si orationi,& lectioni incumbant,animoq. patienti & constanti,exordijs,aut epilogis conficiendis insudent:multò plura & præstantiora, quam ea quæ nos indicauimus, proculdubio assequentur. Prope enim est Dominus inuocantibus eum in veritate:fidosq. milites,& in diuinam voluntatem verè propensos deserit nusquam: quinimmò eos omnibus beneficijs,omniq; fauore auget,& cumulat. Beatus vir qui timet Dominum,& sperat in eo. *Psalm.144* *Psalm.33.*

Caput. XI. De methodo analyseos.

QVæ hactenus tractata sunt,ad geneseωs methodum spectant; docuimus enim qua ratione opus quoduis nouum,vel magnum,vel paruum confici possit. Sequitur nunc,vt qua ratione discernendum sit de opere confecto,quaq. ratione id interpretandum sit doceamus: quæ duo ad methodum Analyseωs pertinent officia. Quamquã

& hæc etiam ad regulas, quæ in superioribus traditæ sunt, exigi debent.

Igitur, quod attinet ad discernendum, sic statue; præcepta geneseῶs esse regulam Analiseως. Etenim si iuxta statutam regulam opus sit confectum, bene se res habet: sin secus, non est rectum opus. Quod si interpretari velis, vel glossam facere, vel commẽtarium, vel paraphrasim, vel annotationes, aut scholia; hæc tibi præcepta sint. Glossa à Græca voce γλῶσσα linguã significante, dicta est; quasi quæ loquatur. Tu igitur (vt ita dicã) glossator, indica finem argumentumúe libri, & omne artificiũ; indica argumenta, & argumentationis formam: vt facit sanctus ille & angelicus doctor, præstantissimus omnium interpretum hac in parte. Si commentarium vis facere, congere, quę in eandem rem disputari possunt: vt sancti Thomæ interpretes faciunt, & multi ex sanctis patribus in scripturam: qui interpretatione iusta non contenti, multa in nostram vtilitatem addiderunt.

Paraphrasis subdificilior est, & pulchra: præsertim vbi variantur personę loquentes. Annotatio ad ipsas voces pręsertim spectat. Scholia ad loca obscura. Hæc obiter tantum indicasse satis est, ne quid ignorent Theologi nostri. Hactenus Dialecticæ fines, meo iudicio, non excessi: quidquid enim ad methodum spectat Dialecticum est.

Caput. XII. De elocutione: tertia dicentis parte.

EX positis ijs, quæ ad inuentionem & dispositionem spectant, de elocutione nobis est dicendum: quæ in sermonis ornatu consistit. Huius (vt quod ad concionatorem attinet, quam breuissimè absoluã) quattuor meo iudicio partes sunt. Nam & in vocum candore, & castitate consistit, & in rhythmo periodi, & in figuris, & in pulchra dictionum proportione, quæ pars ad figuram referri solet. Ego quidem modo Latinos non doceo, sed eos tantũ qui vulgato præsertim sermone dicere solent; quamquam nonnũquã

Lati-

Latino,aut Græco.Latinorum quidem est voces indicare candidas, & quanam sit ratione periodus cōponenda,vt fluat,desinatq́.in voces bene sonantes præscribere:nobis tantum ea,quę ad Christianum concionatorem pertinent,dicenda sunt. Sint igitur voces,quibus vtatur concionator,honestæ,neque nimis exquisitæ,aut affectatæ·sint ita graues,vt habent simul sanctam humilitatem admixtam. Quod fiet,si concionatores versent diu sanctorum Patrum libros:sic enim vnà cū spiritu phrasim etiam imbibent,eamq́.intellectu,&memoria tenaciter retinebūt.Hûc etiam spectat maximè spiritualiū librorum lingua vernacula editorum lectio:hac enim fiet,vt sancta quadā,placida, pia,graui,& efficaci dictionis simplicitate cōcionatores imbuādur.Equidem de phrasi, qua prædicandum sit Euangelium dixi iam libr.1. Nunc illud tantum addā; huiusmodi stylum,& dictionem imitatione magis constare,quàm arte, & ex spiritu potiùs quàm ex accurata præceptorum obseruatione proficisci.Vos igitur,quibus concionari animus est,ex sacris libris,& ex sanctis Doctoribus vocum honestatem, & candidam proprietatem discite;atque vbi desunt voces propriæ,periphrasi vtimini, ne quid vmquam aut obscœnum aut absurdum proferatis.

At hîc adnotandum est, non omnem semper Scripturæ phrasim imitari licere:prudentia enim maxima hoc loco opus est. Quis enim è suggestu dicat de Deo illud Psalm. 77. *Tamquam potens crapulatus à vino?* Sæpè dixi (idque necesse est in promptu semper habere)iuxta circunstantias, & conditiones personæ dicentis,& auditorum,atq. etiam temporis,& loci loquendum esse,vel tacendum. *Psalm. 77.*

Ceterùm scriptura tota figuris scatet,de quibus nos metipsi in præfatione psalmorum tractauimus.Partem hanc ornatus concionatoribus commendamus, qua scriptura frequentissime vtitur,Sunt autem figurarum genera hæc potissimum:

Metaphora,quæ Allegoriam,Anagogiam,Tropologiam, Aenigma, Parabolamq́.complectitur.

Metonymia. Vt. *Vocauit terram & cœlum:* Id est in terra & in cælo contentos.

Synecdoche. Vt *Omnes, quæ sua sunt quærunt:* Hoc est multi.

Antonomasia, quæ rem indiuiduam, per vocem explicat generalem: vt quando hæc vox, Apostolus, significat Beatum

Exo. 3. Paulum: item, quando Deus significatur illis verbis. *Ego sum qui sum.*

Psaml. 3. Auxesis, qua rem extollimus. Vt Psal. 3. *Tu es Domine fortitudo mea gloria mea, & exaltans caput meum.* Quę si iuxta materię substantiam fiat, pulcherrima est figura. Vt: *Miserator, & misericors*

Psalm. 102 *Dominus, longanimis & multum misericors.* Et alibi: *Iustus Dominus & iustitias dilexit, &c.*

ad Gal. 1. Hyperbole excessum significat. Vt: *Licet Angelus de cælo Euangelizet vobis præterquam quod Euangelizauimus vobis, anathema*

Psalm. 196 *sit.* Item Psalm. 100. *Et ascendunt vsque ad cælos: descendunt vsque ad*

Psalm. 6. *abyssos*, Et Psal. 6 *Lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrimis meis stratum meum rigabo.*

Periphrasis est circunlocutio: accommodatissimus tropus ad explicandas res turpes, & temperandum vocum rigorem. Ita appellauit Saul Ionathæ matrem, mulierem vltro virum rapientem.

2. Cor. 4. Ironia est, vt 2. ad Cor. 4. *Nos stulti propter Christum, vos autem*

2. Cor. 11. *prudentes in Christo:* Et 2. Cor. 11. *Libenter suffertis insipientes, cum sitis & ipsi sapientes.*

Psalm 44. Est etiam figuræ imago quædam Parenthesis. Vt Psalm. 44. *Sagittæ tuæ accutæ (populi sub te cadent) in corda inimicorum regis.* Iuuat autem Parenthesis, & explicat orationem, & habet energiam.

Luca. 24. Aposiopesis, reticentia est. Vt Lucæ. 24. *Si cognouisses & tu in hac die tua &c.* Optimus quidem dicendi modus, qui multo plura dicit, quàm si expressè loquaris, & quo, quæ ubi aliùs animo insident, sine periculo, & cum vehementia quadam insinuas.

Emphasis rei magnitudinem indicat. Vt, *Tu solus sanctus Me-*

2. Esd. *mento mei Domini propter bonitatem tuam. Omnia opera nostra ope-*

operatus es in nobis Domine. Tota Deo gloria tribuitur, & opus ipsum.

Mimesis ad Ironiam spectat, & est alienorum morum, aut verborum imitatio; quæ gestu, & verbis constare potest. Vt Mat. 9. *Non est opus medico bene habentibus sed male habentibus:* Quasi dicat vos ô Pharisæi sani estis: medicina mea non habetis opus. Sic solemus, quæ alij malè fecerint, vel dixerint, cum quadam irrisione probare. Vt, pulchre quidem philosophatus ille est; asseruit peccata solum mortifera esse vitanda, & perfectionem Euangelicam, laicis, & matrimonio coniugatis non conuenire. *Matt. 9.*

Epiphonema est acclamatio. Vt Psalm. 2. *Beati omnes, qui confidunt in eo.* *Psalm. 2.*

Apostrophe est auersio: quam sæpe Dominus in Euangelio conuersa ad Patrem oratione docuit. Est autem vtilissima concionatori, dum se, vel ad Deum, vel ad astantes, vel etiã ad quascunq. res conuertit: vt Deut. 32. *Audite cæli, quæ loquor:* & Hier. 2. *Obstupesci te cæli super hoc.* *Deut. 32.* *Hier. 2.*

Prosopopeia, personæ fictio est, qua rebus persona carentibus personam tribuimus. Vt: *Flumina plaudent manibus simul montes exultabunt.* Quo dicendi modo in illo cantico, *Benedicite omnia opera Domini Domino,* omnes creaturæ inuitãtur ad benedicendum Domino. At in Scriptura hoc non fit sine spiritu: aliquid enim signficant creaturæ inuitatæ.

Paralepsis est quando asserentes nos nolle rem dicere, illam tamen dicimus, siue in meliorem, siue in deteriorem partem. Vt Iohan. 14 *Non dico vobis quia ego rogabo patrem pro vobis.* Et 1. Cor. 11. *Laudo vos, in hoc non laudo.* Quod si iungas paralepsim aposiopesi, vehementer mouebit. Vt, volo prætermittere huius temporis ignauiam, lasciuiam, inuerecundiam, & alia quæ recensere possem, nisi vererer ne tædio auditores afficerem. *Iohan. 14.* *1. Cor. 11.*

Est & alius figurarum ordo iuxta dictionum situm, & decorem.

Quandoq. enim per Anaphoram eadem in principio sæpe dictio repetitur. Vt, *Vsquequo Domine obliuisceris me in finem? vsquequo* *Psalm. 12.*

quoquo auertis faciem tuam à me.

Quandoq. in fine repetitur: quæ antistropha vocatur Vt: qui nam opprimunt? diuites. Qui trahunt per potentiam? diuites. Qui conculcant, expilantq. pauperrimos? diuites.

Rom. 8. Quandoq. fit eiusdem vocis in fine vnius incisi, & initio alterius repetitio: quod Climax vocant. Vt Rom. 8. *Scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia vero spem, Spes autem non*

2. Petr. 2. *confundit*. Et 2. Petri. 2. *In scientia virtutem, in virtute abstinentiam.*

Psalm. 82. Quandoq. in principio & fine eadem dictio reperitur per Epanalepsim. Vt: *Deus quis similis tibi, ne taceas, neque compescaris Deus.* Humilitas fundat, absoluit humilitas.

Fit etiam eiusdem vocis in medio deinceps repetitio: quod Anadiplosis appellant. Vt: puram reddit animam castitas: castitas est, quæ attollit illam.

Psalm. 113. Quandoq. ad dicta regredimur: idq. Epanodos dicitur. Vt: *Quid est tibi mare quod fugisti, & tu Iordanis quia conuersus es retrorsum.*

Quandoq. contraria seu differentia opponimus per Diaphoresim. Quo genere B. Aug. omnesq. sancti pulcherrimo & efficaci ad mouendum vsi sunt. Vti. *Mutuabitur peccator & non soluet: iustus autem miseretur & retribuet.*

Tautologia scripturæ familiaris, ad rem augendam prodest.

Psalm. 131. *Vt viduam eius benedicens benedicam, & pauperes eius saturabo panibus.* Eiusdem vocis repetitio in scriptura rei eximiam dignitatem indicat.

Sunt aliæ multæ figuræ, sunt & alij tropi. Sed nos frequentiores, & vsitatiores in sacris scripturis attulimus.

Hactenus ergo de elocutione dictum est pro præsenti instituto. Qui plura cupit, Rhetorum libros euoluat, vbi hæc multaque plura ad orationis ornatum spectantia deprehendet. Nobis enim satis est, demonstrasse in scripturis reperiri tropos, & figuras; & Dialecticam & Retoricam humano ingenio esse natura ipsa impressas, spectareque ad naturalis luminis claritatem.

At ve-

At velim maximè hoc sibi persuadere Theologos; parcissime vtendum esse his figuris: oportet enim concionatorem, pium, grauem, & modestum potiùs esse, quàm orationis vbertate luxuriantem. Væ illis, qui orationis flosculis, & non spiritu innituntur: certè enim tota nostra fiducia in Deo est collocãda hisce, verò pręsidijs, nõ nisi vt à Deo profectis vtẽdũ, ne vllo modo humano fundamẽto euangelica prædicatio nitatur.

Caput. XIII. De actione quarta dicentis parte.

POstrema huius generalis instituti pars est actio: quę Demostheni oratoribusq. permultis, præcipua existimata est: etenim orationis est condimentum. Nam quemadmodum præclarus naturâ cibus non rectè condîtus, contemnitur: contrà verò is, qui naturâ insipidus est, si accuratè condiatur, auidiùs capitur: ita & oratio, siue cõcio, si pulchra proferatur actione, libentiùs auditur: sin desit actio, fastiditur. Vnde quemadmodum B. August. humilitatem pronuntiauit esse primam, mediam, & supremam sanctitatis partem: ita & Demosthenes de oratoris præcipua parte rogatus, actionem esse respondit. Quamquam ad histriones vel ad poëtas partem hanc multi pertinere contendant. Sed quæstione hac prętermissa, quando tam necessaria pars hęc concionatori est: de ea non nihil disseramus.

Reducuntur ad partem hanc alię duæ: scilicet memoria, & pronuntiatio. Memoria quidẽ firma pronũtiationẽ & actionẽ parit. Nã is qui memoria parũ valet: dum de ijs, quę præcogitauit retinendis, sollicitus animo est, non congrua, & placida vtitur pronũtiatione, & actione. Porrò pronũtiatio plurimum valet: nam nisi rectè pronunties, tametsi corpore decorus sis, eris insuauis.

De memoria multi cõscripsere: ego veró breuissimè quod sentio dicã. Memoriam cibi, & potus temperantia conseruat: vinũ destruit; nisi dilutius bibatur: tunc enim memoriam potius iuuat. Res siccæ, sed tẽperatę, & quæ cerebrum mediocri

ter exſiccāt (naturâ enim cerebrum ſatis eſt humidum) memoriæ proſunt: vt vuæ paſſæ, pyrenum præſertim ſiue nucleorum præſidio: item cicera igni toſta, & id genus multa. Experimento ſunt ſenes, qui cùm ſint ex defectu caloris humidiſſimi, memoria ſunt lubrica. Sed quod vehementiſſimè memoriam iuuat, methodus eſt, diſtinctio, & ordo. Nuſquam memoria te deficiet, ſi quæ dicturus es, methodo & ordine & diſtinctione componas, ita vt prolixam etiam concionem breui pagina complecti poſſis. Si plura cupis de memoria, multi de hac re conſcripti extant libri.

De pronuntiatione dicamus. Id tamen admonebo primùm in eorum præſertim gratiam qui expedita lingua vtuntur: ſingulas litteras proprio labiorum, dentium, & linguę motu proferendas eſſe: ita enim fiet vt ſemper honeſtè & cum decore pronuncies. Nolim concionatorem affectatè pronũciare: hoc enim dedecet, & riſum mouet: hoc poſtulo ſolùm; vt proprie atque diſtinctè & cum modeſtia. Deinde vehementer admoneo cauendum, ne ſit vox vniſona: eſt enim contra rationis ductum. Sicut enim natura diſtinxit materiam, ita & pronuntiationem. Qui exorditur, pacatus & benè ominans eſto, & in auditorum commodum valdè propenſus: Qui carpit, acer nõ nihil: Qui ſuadet, vehemẽs: Qui docet, grauis & perſpicuus: Deniq; qui perorat, concitatus non nihil & efficax. Sed quia hæc omnia experimentis magis diſcuntur, quàm præceptis, ideò in dicaſſe nunc ſatis ſit.

Præterea mediocris debet eſſe vox: hoc eſt non cita, neq; tarda: non magna, neq; parua: nõ mollis, aut muliebris, neque horrida; ſed integra, grauis, auctoritatis, grauitatiſq; ſanctæ plena, incorrupta, virilis. Oportet autem attentiùs proprijs viribus vocem metiri. Quemadmodum enim qui canit, ſi vocis modum incanendo excedat, deficiet: ita qui in concionando ſupra modum vocem attollit, neceſſe eſt vt poſtea defatigatus oneri ſuccumbat.

Quo loco admonendi ſunt concionatores, vt in epilogos reſeruent vires. Cùm enim oporteat in epilogo facilè, expeditè, ac

tè, ac placidè loqui, nonnihilq; properare, & tūc maximè mouere, & persuadere, efficaciamq; benignam præseferre: certe lassus concionator, nequaquam huic muneri poterit esse par.

Prçter hæc omnia, iuuabit nunc aliqua ad conseruandā vocē Phisiologica vobis prçbere consilia. Tēperātia summopere pectus iuuat, & vocem. Sint cibi simplices: nam quò misti fuerint minùs, minusq; delicati, eò vox erit clarior & plenior & maturior. Præterea quà à potu te magis temperaueris, arteria minus humoris attrahet, & solidior erit. Castitas etiam vocem magnopere iuuat. Quòd ad potum verò attniet, caue ne bibas interdiu: omne enim quod solidam, puram, & firmam reddit arteriam, atq; tersam, & magis explicabilem, prodest voci: vnde genu flexio, quoniam arteriam extendit, vt sit efferendæ voci accomodatior, vocem iuuat; & cibi etiam dulces, qui sani sunt, & arteriam reddunt molliorem, atq; magis defæcatam. Mel ergo concionatori amicum: cibi asperi & styptici valde inimici sunt.

De illa parte actionis, quæ in totius corporis, & singularum eius partium situ consistit, postremò dendum. Oportet concionatorem honestum, & decorum, siue modestum esse: caueró quippe debet, ne vllum vel situm habeat, vel motum faciat, qui non sit honestus, prudens, grauis: oculi enim omnium in illum intenti sunt. Quare quidquid indecorum in eo viderint, & tædio eos afficiet, & attentioni, & persuasioni nocebit. Porró, & pronuntiatio, & situs, motusq; corporis, mutari debent iuxta materiæ rationem. Nam alia pronuntiatio & sonus vocis decet docentem, alia corripientem, alia exordientem, alia facientem apostrophem, aut epiphonema. Hçc quidem experimētis potiùs, quàm præceptis deprehēdūtur. Sed si quis præcepta cupit; hanc accipiat omnium maximā regulā: vt meminerit semper, se esse cōcionatorē Euangelicū; itaq; & in voce, & in corporis gestu, & situ, ita sit cōposit', vt nihil efficiat quod nō deceat virū apostolicū, atque corā Deo, & de Deo dicētē.

Præter hæc omnia, & in pronuntiatione, & in actione circūstantiarū omniū ratio est habenda. Alia enim decēt cōcionato-

rem senem:alia ætate niniorem:alia dicentem corā rege: alia dicentem de tristibus:alia de lætis:alia in vno Templo: alia in alio. Verum quidem est hæc omnia ex spiritu Domini præser tim dependere:quo si quis agatur, regulis certè humanis ferè necesse non habet. nam vt B. Hieronymus ait, Donati vel Quin tiliani regulis adstrictus nequaquam est spiritus sanctus: quippe quia supra naturam est & artem.

At nos iuuare nihilominus debuimus concionatorem: cui, tametsi spiritu sancto plenus sit, non modò artis præcepta nō oberunt, sed maximo erunt, vt ab spiritu sancto regatur, ad iumento. Etenim quæ docet ars naturæ imitatrix, ab spiritu sancto etiam sunt, qui naturæ est auctor.

Illud autem etiam hoc loco obseruandū est diligenter; quę sit tibi, & in prolatione verborum, & in motu, & gestu corporis, frequens, & familiaris consuetudo: nam quibus nos assue facimus, ea in naturam conuertūntur: itaque cùm sit tibi diuturna consuetudine habitus ingeneratus, difficulter in suggestu poteris tibi ab eo cauere. Ergo concionator semper loqua tur, semper agat vt concionator: vt inter concionandum, etiā sui oblitus, quę concionatorē decēt faciliùs præstet, & rectiùs.

Tandem, si me audis, tu qui cōcionari cogitas, primùm aut solus, aut coram amico, cui confidere possis, concionaberis, vt de te ipse periculum facias, corrigasq; diligenter, quæ in te vitia deprehēderis. Rectè autem facies, si insigniores cōcionatores imiteris: multa nāque in hoc præsertim munere, imitatione pa rātur. Sed caue tamē, ne actionū, quę tibi nō satis cōueniāt, imi tationē affectes: neq. enim omnia omnibus accomodata sunt: cū varij sint Spiritus, varię cōditiones, & circūstātię: ex quo fieri solet, vt quæ pronūtiatio, qui situs, & motus corporis aliū de corauit, te nō modò nō cōmendet, sed ridiculū etiā efficiat. Ergo oportet expēdere, & spiritus, & ætatis, & auctoritatis diuersi tatē. imo & quid populo magis arrideat spectare: sic enim fiet, vt quę imitari oporteat imiteris, cetera prætermittas. Neque verò erit hoc difficile mimiùm: nā animi pietas, & humilitas, & diligentia in honorem Dei & in fratrum ædificationem propē sa, facilè & perspicuè quid tibi faciendum sit docebit.

Transitio ad capita sequentia.

HÆc habui, quæ de elocutione, actione, pronũtiatione, & memoria, breuiter tãtùm, promei instituti ratione, dicerẽ. Quibus tametsi meum iam pensum absoluerim, meoq. muneri satis fecerim: tamẽ quorundam efflagitationibus coactus, capita sequentia interpono, in quibus ad tuendam memoriam, quæ potissima, & vtilissima visa sunt, paulò latius recenseo.

Caput. XIIII. De iuuanda concionatoris memoria, quin ēto, vt dici solet, oratoris instrumento.

QVa ratione concionatores memoriã iuuare possint, breui quoad fieri poterit oratione docere modò decreui: non enim Phisiologorum de hoc argumẽto ex professo differentium personã nunc sustineo. Igitur memoriæ iuuandæ subsidia, quædam sunt à natura, quædam verò ab arte: sicut aliarum etiã omnium rerum (exceptis ijs quæ supra naturam sunt) quædã dicuntur esse naturales, quædam verò artificiosæ. Porrò artificiosas nunc illas appello, quę non naturâ solum duce, sed hominum industriâ, & labore parantur; scilicet arte, & exercitatione. Vnde illud vulgò circũfertur axioma; res naturâ, arte, & exercitatione constare: & item illud; naturâ fieri homines habiles, arte industrios, exercitatione prõptos. De his ergo tribus vbi dixerimus, muneri nostro factum erit satis.

Caput. XV. De naturalibus memoriæ subsidijs.

NEmo est quin videat, pręcepta hæc iuuandæ memoriæ illis tantum podesse, qui memoriam à natura qualemcumque acceperunt. Qui enim hac facultate destituti sunt; quales nonnullos aliquando vidimus; ij cùm veluti mortui sint, nostris non possunt subsidijs vlla,

vlla ratione iuuari. Igitur de memoriæ remedijs dicturus, hoc iacio fundamentum: illa esse posse adiumenta memoriæ, quæ temperaturam corporis memoriæ aptam conseruant, & augent, aut malè affectam sanant: ex quibus è conuerso colligi potest, quænam illa sint, quę memoriæ noceant. Accepimus ergo ex Philosophis, & Medicis, memoriam nequaquam nimia vel siccitate, vel humiditate gaudere. Nam cùm & recipere debeat, & retinere, quæ receperit: certe si valde sicca est, difficulter ipsi res imprimentur; si autem valde humida, delebuntur atq. euanescent statim. Quare videmus, eos qui ingenio parùm valent, propter siccitatem tenaci esse memoria; contrà verò eos, qui ingeniosissimi sunt, propter humiditatem, fragili esse, atq. infirma; eos autem, qui temperati sunt, valere & memoria & ingenio. Itaq. qui firmam vult absq. ingenij iactura memoriam, caueat sibi à nimia tum humiditate, tum siccitate. Sed caueat etiam præterea à nimio frigore, atq. calore: hæc enim duo suapte natura (quamquam ratione diuersa) exsiccandi vim habent: frigiditas autem si cum humiditate coniuncta sit, humiditatis nimiæ solet esse caussa, vt in hyeme experimur. Relinquitur ergo ex his, illum cibum, vestitum, locum, illasq. corporis exercitationes, quæ nimiæ siue humiditatis, siue siccitatis procreatrices sunt, memoriæ plurimùm obesse: contrà verò, illa omnia, quæ calorem temperatum, & humorem iuuant, neq. siccitatem expellunt, prodesse; quia scilicet ijs, spiritus vitales, & animales, quibus memoriæ actiones fiunt, non modo non malè afficiuntur, sed etiam maximè iuuantur. Multa ex his plana fiunt, quæ quisq. experimento deprehendet. Nam ventriculi cruditates, & (vt vulgò dicitur) indigestiones, quales prouenire solent, ex cibis omnibus crassis, & vapores crudos emittentibus, vt cepis, caseo, carnibus suillis, alijs, herbisq. minùs nobilibus, & fructibus immaturis, lædunt memoriam. His adiunge nimiam, vini potionem, præsertim meri, & omnino quemuis nimium aut intempestiuum potum; nam ex eo cruditas generatur: atque adiunge item pabula omnia acetosa. Hæc ad cibū & potum spectant. Ex quibus colligendum est, vestitum etiam

& le-

& lectum, atq. cubiculum oportere esse temperatum: itaq; nimiā libertatem, & indulgētiam corporis, quę humiditatem parit, esse memoriæ inimicam.

Sed quod ad exercitationes etiam corporis attinet, cauendū est inter ambulandū vel sedendum, à nimio frigore, aut calore: & prçsertim à noctis frigiditate: maximè vero vespertini crepusculi, & eius partis noctis, quæ dicitur, prima fax, hoc est, quę solis occasum immediatè sequitur. Cauendum etiam est à nimia quiete, & à nimio prçsertim somno: nimius enim somnus, præterquā quòd sensibus torporem adfert, humiditatem gignit, & animales spiritus sopire quodam modo videtur. Sed & diurna quies, quam magna abstinentia, & sobrietas non comitatur, persimilis est nimiæ nocturnę quieti.

Illud tamen sciendum est: non licere statim post sumptum cibum ire cubitum; præsertim hora pomeridiana: gignuntur enim ita ex caloris vehementia humores plurimi, qui caput grauant, & cerebro, spiritibusq́. animalibus nocent: nisi fortè erecto corpore, & in loco temperatissimo, breuissimū somnū pomeridianum capias. Quare post cibum sumptum, primùm quidem vel stare vel modicè deambulare, vtilissimum est: deinde cùm post duas ferè horas in ventriculo facta est prima concoctio, & vaporum copia iam euanuit; tempus est somno accōmodatum. Sed hoc de ijs tantùm accipiendum est, qui multis cibis, & egregiè condîtis ventriculum replēt: non enim hanc legem ijs dicimus, qui simplicibus cibis parcè & moderatè vescuntur. Sequitur etiam ex his immoderatam actionem, laborem nimium, sollicitudinem, dolorem, & tristitiam, post cibum vitari oportere: nisi ad hæc nos lex impellat caritatis.

Iam ergo, vt summam colligamus, infertur ex omnibus ijs, quæ hactenus dicta sunt, vnam esse optimam memoriæ adiutricem temperantiam: hoc est sobrietatem in cibo & potu, castitatem, moderatam vigiliam, maximè verò ante lucanā, quæ non memoriæ tantùm, sed alijs etiam rebus permultis vtilis esse solet: nam & memoriæ, & ingenio, & litteris, & orationi, & cuiuis vtili, & sanctæ exercitationi aurora est gratissima.

tæ Chatarinæ Senensi,& nonnullis alijs sanctis.Sit ergo hæc tibi regula.Si pauper es,&ex aleemosyna viuis,ede quæ apponũtur tibi:si verò ex proprio viuis ære,eme quæ sana sint, & concoctû facilia,vt id tempus somno tribuas,quod seruandæ saluti,& capiti tuendo necessarium sit.Qua de re Medicum aliquẽ doctum,expertum,& pium vtile erit consulere. Sed consule item,obsecro,virum aliquem prudentem,piũ, corpusq́.macerantem,& Christi Iesu gloriæ, fratrumq.ædificationis zelo accensum :nam ab hoc etiam quid facere te opoteat, in his omnibus disces.

Caput. XVII. De memoria arte & exercitatione iuuanda.

HActenus de naturalibus medijs:nunc ad artem,& exercitationem deueniamus. Sunt qui artem quandã iuuandæ memoriæ excogitauerint, qua certis quibusdam locis reponuntur, & ijs veluti custodienda commendantur ea,quę memoria necesse est retinere:vt si cuidam viæ,definitionem Sacramenti quis commendet;cuidam domui materiam,& formam baptismi;cuidam cubiculo ministrum.Iuxta hunc ergo modum cuncta quę memoria conseruare cupimus, per diuersa loca possumus distribuere, vt ibi, cùm oportuerit,seruata & reposita ea reperiamus.Et hæc quidem memoria,quoniam huiusmodi locis nititur,localis appellatur.Sunt alij qui rem scriptis mandant, & pàginarum atquelinearum distinctione memoriam tuentur:qui modus vehementer mihi sæpe placuit:quia ea,quæ scripsimus,rectè quasi legentes recolimus,& in memoriam reuocamus. Sed hic etiã modus ad memoriam localem refertur:imò & alius etiam (ni fallor) quicumque externo aliquo nititur subsidiò.

Sed,vt verũ fatear,ex omnibus modis,ille mihi gratissimus, & vtilissimus semper fuit,qui cum rationi & intellectui magis

enim vt ventriculus memoria, qui si semel ciborum multitudine opprimitur, calorem, & vires amittit paulatim: vt de ingenio adnotauit Seneca.

Proderit etiam, singulis diebus quid denuò accesserit memoriæ diligenter obseruare, idq́. recolere.

Tandem optima est memoriæ conseruatio, si sæpe tacitæ mēte, & cogitatione reueluas, atq. adeò voce repetas, ea quæ didiceris: maximè verò si cubitum vadens, & summo mane surgens id facias.

Multa illaq. (ni fallor) non contemnenda memoriæ adiumēta conmmostrauimus. Apud alios erunt multò plura: sed si hisce meis quis vti velit, polliceri audeo memoriæ firmitatē. Sed illud pro colophone addiderim; omnium maximam, & felicissimam esse illam memoriam, quam Dominus confert: cùm scilicet inter concionandum inspirat quæ ipse scit audienti populo pro futura. Hanc ergo, lector, tibi memoriam exopto, hanc tibi precor. Tu verò fac ita viuas, vt diuini amoris igne accendaris: sic enim fiet, vt quæ Christi gloriæ, proximis autem vtilitati futura sint, ea tibi suggerat Spiritus Sanctus.

bitum quia testimonium de illo perhibebat: & asseritse à Patre *Iohan 15.*
clarificatum super terrã: & in monte Thabor Pater de illo di- *Acto 1.*
xit: Ipsum audite. Præterea Christum secum Apostoli hoc sibi *Acto 6.*
iniunctum munus pronuntiauit. Petrus non arbitratur iustum,
se ministrare mensis, vt vacet verbo Dei. Paulus se nõ missum *1. Cor. 1.*
ad Baptizandũm sed ad Euangelizandũ profitetur. Vnde hoc *Con. Trid.*
munus proprium Episcoporum est: vt ex beato Paulo, & ex *ses. 5. ca. 2.*
Concilijs, nouissimè vero ex Tridentino constat.

Humanum autẽ esse hoc munus, experimẽta docẽ: nõ enim sine litteris cõmodè peragi potest. Neque vero est quòd audax quiuis obijciat nobis Apostolos, aut quẽquã ex sanctis: ijs enim spirit⁹ sancti plenitudo suppedauit quidquid alioqui ex humanis litteris esset petendũ: quãquã neque ij omninò à studijs litterarũ abstinuere. Vos autẽ quibus spiritus sancti abũdantia data nõ est, Patres nostros ecclesiæ sanctæ doctores Græcos & Latinos habere debemus duces, & auctores: qui certè diuinis pariter & humanis litteris diligenter studuerunt.

Fit & ex ijs, vtriusque generis instrumẽta, diuina scilicet & humana concionatori esse per necessaria. De humanis hactenus in genere dictum. Diuina autẽ nũc appello sancta, spiritualia, & quæ scriptura sacra docet: quibus omnibus tũc demũ quis erit optimè instructus, cũ à Deo ad prædicãdũ vocatus fuerit: Deus enim indignum non vocat: immò quem vocat, spiritu munit, & donis necessarijs.

Sũt ergo cõcionatoris arma, omnia virtutũ, sanctarũq. exercitationẽ genera: quibus si destituatur, eũ inermẽ esse militem est necesse. Rẽ accuratiùs explicemus. De cõcionatoribus Dñs cõqueritur Hier. 23. *Nõ mittebã Prophetas, & ipsi currebãt: nõ loquebar ad eos, & ipsi prophetabãt.* Expẽde verbum illud, *currebãt*: fere enim semper qui minus sunt idonei, auidiùs expetũt prædicãdi munus. Expẽde itẽ verbũ, *Non loquebar & ipsi prophetabãt:* *Hiere 23.*
ex quo colligitur illos nõ rectè prædicare quibus Deus nõ est locutus: locutus in quã in spiritu per sanctas scripturas. Neq; enim sol⁹ loquitur scripturæ cõ textus, sed per eũ oportet tibi spiritus sanctus loquatur: alioqui enim etiã hæreticis, & perdi-

 tis

tis quibusdam, & flagitiosis Christianis, quibus etiã scripturæ in promptu sunt, Deus loqueretur: quod tamen hoc loco Dominus expresse negat.

Caput. II. De concionatoris spiritualibus instrumentis.



Ed vt recenseamus iam instrumenta sancta, quibus instructum esse oportet concionatorem, primùm ea de re in genere dispiciamus. Primo loco cõstituo spiritum Dei, id est gratiam, ac virtutes cunctas, & dona, & cæleste deniq; atq; diuinũ lumen. Non enim ad intelligẽda Dei verba, naturale lumẽ, ac fidei, ipsaq; scientia acquisita est satis: sed gratiæ potiùs lumen requiritur. Res nãq; diuinæ nõ nisi diuino lumine cernuntur. Vnde illud vocari indubiũ videmus, an qui Dei verbũ in peccato mortali existẽs prędicat, mortaliter peccet. Sed esto nõ peccet: legit e B. Paul. 1. Cor. 2. *Quis enim scit hominũ quæ sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est?* Et infra: *Animalis homo nõ percipit ea quæ sunt Spirit. Dei; stultitia enim est illi, & nõ potest intelligere, quia spiritaliter examinatur. Spiritalis autẽ iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur.* Certè enim nisi quis spiritũ Dei habeat, & volũtatẽ Dei ab S. spũ, in intimo corde edoceatur, nõ poterit eã in scripturis latẽtem, cognoscere.

Phy. 3.

1. Cor. 2.

Sed & spiritum etiam ipsius scripturæ, optimè tenere oportet: docuit enim regulã hanc B. Petrus illis verbis, *Hoc primũ scientes, quoniã omnis Prophetia scripturæ, propria interpretatione nõ fit.* Nõ enim ad volũtatẽ, sed spiritu afflati diuino locuti sunt ij, qui sacra nobis oracula aperuerũt. Quare Lucæ vltimo, cùm Apostoli essent in gratia, cũq; Christus cũ illis ageret de constituenda Ecclesia; aperuit illis sensum, vt intelligerẽt scripturas. Vnde orta est regula illa celebratissima: *Scripturæ eodẽ spiritu quo sunt scriptæ, sunt interpretandæ.* Et meritò quidẽ. Si enim sacra scriptura, spiritalis est: certè altiori spiritu, quàm sit spiritus humanus, ad eam interpretandam est opus.

2. Petr. 1.

Lucæ vlt.

Sed proh dolor! nihil hodie faciliùs Theologis, quàm sacrã scripturam interpretari. Cõtẽnitur eius prælectio, & ferè inutilis censetur; neq; sunt ferè qui eius studio publicos audiant sa-

crorum

ctorum librorum professores: immo non desunt, qui istud dii Hoc expugnare non vereantur, & Theologos moneant, vt sancto Thoma contenti, nihil præterea requirant. Nam vbi scripturæ locus incidit, facile putant à quouis posse declarari.

Igitur qui concionator futurus est, scripturas diu multumq. scrutetur. Nā Iohan.5. scriptū est: *Scrutamini scripturas.* Et Paul. Timotheum monet, vt attendat lectioni, & orationi. *Iohan.* 5

Rectè autē facient Theologi, si ex quo tēpore Theologię operā dare incipiūt, aliquid scripturæ versent, aliquid memorię mādēt. Inde enim asserit B. Chrysost. se cōcionari nosse, quòd quotidie B. Paulū manu versaret. Nō enim tunc solùm adeūdi sacri libri sunt, cùm prædicādi iam vrget necessitas.

Neque vero hoc cōcionatori satis est, nisi etiā verset Ecclesię Patres: sicut scriptū est Deut.32. *Interroga patrē tuū, & annūtiabit tibi; maiores tuos & dicēt tibi.* Et Eccles.8. *Nō te prætereat narratio seniorum.* Episcopi enim a Patribus suis didicerūt. Quod & ab initio Ecclesię factū est. Apostoli enim á Christo Dñō nřo & ab spiritu sancto didicere: sequētes autē concionatores seu doctores ab Apostolis: atq. ita per sanctorū doctorū tū Gręcorū tū Latinorū man' ad nos vsq. scripturarū deuenit interpretatio. *Deut.* 32. *Eccles.* 8.

Deprehēdet huiusce rei testimoniū, qui sanctorū doctorū historias legerit: videbitq. antiquissimos illos Gregoriū Naziazenū, Basiliū, Hieronymū, Augustinū, cæterosq. doctores, in doctorū antiquorū lectione fuisse versatos. Hęc omnia præstare oportet eum, qui concionari cogitat, dum in scholis versatur.

At vbi cōcionis cōponēdæ tēpus accesserit, Deū cōsulere debet quid potius prędicādum sit: non enim omnia omni loco & tempori & personis conueniunt. Docuit hoc Hiere.23. *Si stetissent in conspectu meo, & nota fecissent populo verba mea, auertissent vtique illum à via mala & à cogitationibus suis pessimis.* Inde ergo tam exiguus prædicationis fructus, quòd non consulimus Deum, itaq; ab eo non docemur. Nam certè si consuleremus, haud dubiè ille responderet. Tota enim asserit scriptura, clamantibus præsto esse Dominum. An forte nescit Dominus loqui ad cor? Nonne scriptum est: *Audiam quid loquatur* *Hiere.* 23. *Psal.* 84.

remus Christum Dominum, qui cum nullo egeret præsidio; vt nobis exemplum exhiberet, in oratione Dei pernoctabat, & antequã ad prædicandũ prodiret, per quadraginta dies in oratione & ieiunio perseuerauit. Hoc illa Moysis figura docuit: qui cùm iubente Deo manum in sinum immisisset, mox eam leprosam produxit: cumq; iterum immisisset, protulit sanam. Consideratione enim primùm vitia conspiciuntur, deinde purgantur, ita vt ad summam perueniatur cordis puritatem, & perfectionem. Audeo igitur affirmare, nunquam rectè quempiam concionaturum, nisi hac mentali oratione vtatur.

Iam verò hisce omnibus adiungendus est amor, zelusq; Dei. Nulla enim subtilior ars, nulla magis ad inueniendum, nulla magis ad tractandum apta, quàm amor. Videte B. Paulum caritate ita accensum, vt anathema esse pro fratribus cuperet. Nã Christi immensam caritatem quid commemorem? Quem quidẽ zelus comedebat, vt in eijciendis de templo mercatoribus conspicitur. Dauidem autem defectio tenebat, dum Deũ offendi videret. *Rom. 9.* *Math. 21.* *Psal. 118.*

Tandem vt paucis multa complectamur, cordis puritatem, & mundiciem in concionatore nostro requirimus. Nam *Beati mundo corde quoniã ipsi Deum videbunt.* Quod etiã dum hic viuitur (vt B. Augustinus interpretatur) dicere fas est. Nam quò quis corde magis est purus, eò plura & maiora penetrat arcana diuina: perinde atq; qui purioribus est oculis, perspicaciùs videt. *Math. 5.*

Sed si quæris, quonam pacto purus redditur intellectus: respondeo; si purus efficiatur affectus. Cum enim voluntas veluti caput sit animæ; vt quæ imperat, quæ formaliter libera est: qualis illa, talem esse intellectum oportet.

Sequitur ergo affectũ intellectus: affectus autem tunc purus est, quando ea quæ pura sunt diligit. Etenim tũc inquinantur res, cùm alijs minus puris admiscentur. Non enim lanea vestis maculatur, si auro eam ornes: at dehonestatur si pãno eam vili inuoluas. Terrena quidem omnia longè minora sunt animo nostro, & cum illo collata prorsus vilia: superna vero animum

decorant

decorant nostrum. Quare qui terrena appetit inquinatur; si modo illa vt terrena sunt, amet: qui verò cælestia diligit, purus animo efficitur. Vnde B. Paulus 1. Cor. 5. *Expurgate*, inquit, *vetus fermentum, vt sitis noua consperſio, ſicut eſtis azymi.* Fermentũ massa vetus & corrupta est: massa verò fermentata, siue (quod idẽ est) cõspersio fermẽtata, est ea quę veterẽ sapit Adamũ, scilicet carnis cõcupiscẽtias, ex Adamo illo per originis culpã deriuatas. Ab hoc ergo fermẽto dicit Paulus animum nostrũ esse purgãdũ, vt simus massa noua, hoc est animus nouus: quãdo quidẽ sumus azymi, id est nouus populus per baptismũ Deo generatus in sanctitate & iustitia. Nam quemadmodũ Iudæi durante Paschate, azymos panes, non autem fermentatos edebant: ita cùm pascha nostrum sit ipse Christus pro nobis in cruce oblatus, qui ęternus est sacerdos secundum ordinem Melchisedech, semper durans, semper se offerens: oportet semper nos nouam esse conspersionem, azymosq́. omni fermento carentes. Idipsum docet B. Paulus ad Col. 3 *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum eum, qui renouatur in agnitionem, secũdum imaginem eius qui creauit illum.* Et rursus: *Mortificate ergo membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram. fornicationẽ, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malã, & auaritiã.*

Heb. 7. Psal. 2. Col. 3.

His addo; vtiliùs tibi nihil vnquam futurum, quam dum cõcionaris sic existimare; præsentem adesse Deum, spectareq́. quid cogites, quid agas, quid loquaris. Sed erit simul vehemẽter vtile, & tibi vim, efficaciam, & spiritum conciliabit, si inter concionandum & tu iaculatorijs vtaris orationibus, & ab auditoribus postules, vt eisdem vtantur: quod sanctos sæpe fecisse Patres, ex eorum concionibus constat. Nam si Deum habeas pręsentem, illumq́. vel tu ipse, vel medijs auditorum orationibus appelles, duo fient: alterum est, quòd circunspectè procedes, dum coram tanto Principe concionaris: alterum, quòd ad persuadendum vires concipies.

Hęc præstabit concionator, si meminerit perpetuò, se in omnibus quæ ad concionem spectant, à Deo totum pendere; ita vt si faueat Deus, benè concionaturus sit; sin paululùm discedat,

longe

longè secus. Hac certè in cogitatione velim ego semper concionatorem esse defixum: ita enim fiet, vt semper humilietur, nunquam sibi fidat, nunquam superbiat, sed dominum exorans attentè, & cum sancta quadam timiditate progrediatur.

Consilia hæc frequentiùs in scripturis docentur, aut insinuantur: vt Psal. 15. *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper.* & Psal. 24. *Ad te Domine leuaui animam meam:* & Psal. 122. *Ad te leuaui oculos meos:* & Iohan. 14. *Sine me nihil potestis facere.* *Psal. 15. 24 & 122.* *Ioan. 14.*

Caput. III. De specialioribus concionatoris instrumentis, scilicet vitæ exemplo, & oratione.

Hactenus de spiritalibus, & generalibus euangelici concionatoris instrumentis dictum est. His tamen nolim contentum esse concionatorem: sed adhuc specialia quædam, & eadem spiritalia sibi instrumenta requirere. Hæc sunt, vitæ exemplum; & oratio ad Dominum pro populo.

De exemplo affirmare ausim, potissimum esse in concionatore, persuadendi instrumentum. Dixit enim B. Gregorius: *Cuius vita contemnitur, necesse quoq. est, vt eius doctrina contemnatur.* Dixit B. Bernardus: *Tunc dabis voci tuæ vocem virtutis, si, quod persuades, cognosceris tibi persuasisse.* Christus concionatores prius pronunciauit esse salem exempli, mox autem lucem verbi, & ci[illegible] refugij, & consolationis. Et quamuis dicat Dominus: *Omnia ergo quæcunque dixerint vobis seruate & facite: secundum vero opera eorum nolite facere:* remedium est id quidem contra periculum, quam potest malus concionator inferre, non autem compensat cum concionatore bonum testimonium.

Vnde proh dolor! cùm sæpe accidat, vt integram, & euangelicam in quibusdam concionatoribus requiras: hinc fit, vt eorum etiam prædicationem videas esse parum euangelicam, quæ est de lege tantùm, & de ijs, quæ ad salutem prorsus necessaria.

necessaria sunt, potiùs quàm de euangelio tractantem, & scholasticas potius subtilitates, quàm scriptararum sensu à sanctis Patribus tradita aperientem: Quî enim fieri potest, vt Euangelium non dicam persuadere, sed eius artem prædicandi intelligere is possit, qui Euãgelicã vitam vel respuit, vel contemnit, vel odio habet? Est certè, est hæc funesta, & exitiabilis Reipublicæ Christianæ pestis; quòd cùm Euangelicam vitam non multi concionatores agant, nõ multi Euangeliũ, sed legẽ (atq. vtinam legem exactè, & accuratè) populo Christiano prædicant: quia nimirum quæ ipsi non amant, ab alijs vt amentur nihil curant. Sed his omissis ad orationem venio.

Oportet ergo concionatorem pro auditoribus, & antequã concionetur, & postquam concionatus fuerit Dominum orare. Vtinam, ò concionatores, pro auditoribus, & orationem seriam, & lacrymas funderemus, vt Euangelium, opere, & oratione docentes, intus & extra concionaremur. Christus orauit Iohan, 17. pro discipulis. Paulus verò quando non orat? quando non flecti genua? quando non illud repetit? *Et hoc*
Iohan. 17. *oro, vt caritas vestra magis abundet in scientia, & in omni sensu, vt probetis potiora, vt sitis sincerè, & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum in gloriam, & laudem Dei.* Adeo certè hoc verum est, vt nonnumquam plures filios oratio pariat quàm verbum. Quod sanctissimus ille pauperum patriarcha Franciscus fratres docebat suos, dum eos monebat, ne, quando oratione filios parere poterant, essent admodum de prædicando solliciti.

Sed rogabit quisquam. Si omnia hæc præstitero, semperne sequetur vtilitas? Sequetur quidem saltem aliqua: vt ex illo Iosue. 55. cap. vulgatissimo satis constat: *Sicut descendit nix, & imber de cælo, & illùc vltra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit in eam & germinare eam facit, & dat semen serenti & panem comedenti: sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcunq. volui, & prosperabitur in ijs, ad quæ misi illud.* Ecce si diuini verbi rori vitam niueam coniungat concionator, semper aliquis

sequetur

sequetur fructus Deo præsertim adscribendus. Neq. verò tantùm præsens sequetur fructus: sed etiam futurus: iuxta illud Iohan. 4 *Alius est qui seminat, alius qui metit.* At vterque certè mercedem messis accipiet. Sed de hoc satis, & fortassè, subtilioris alicuius lectoris iudicio, plus satis: memini enim in lib. 1. cùm de fine concionatoris agerem, hæc eadem me dixisse. Quare hoc mihi vitium condonandum est: fit enim nescio qua ratione, vt imprudens sæpe, atq. adeò inuitus aliqua repetam, dum eorum etiam qui parùm ingenio valent, vtilitati consulo, de mea verò existimatione (Christo Iesu gratias immortales) nihil penitus laboro. *Iohan. 4.*

Sed vt ad rem redeam: omnia quæ recensuimus spiritalia instrumenta, illi principio innituntur; conuersionem peccatorum ad Deum, esse concionatoris finem; huncq. à solo Deo pendere, & per ea, quæ Deus docuit media, esse comparandum. Scriptum est enim Mathei. 11. *Nemo nouit filium nisi pater, neq patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.* *Matth. 11.* Reuelat autem per Spiritum Sanctum: non enim de alia vlla reuelatione est sermo. Et Iohan. 6. *Nemo venit ad me, nisi Pater traxerit eum.* *Iohan. 6.* Trahere autem eo loco nō coactionem, sed vim, & efficaciam significat: sicut vulgò dicitur, *trahit sua quemq. voluptas.* Et reuera, si, vt Matth. 12. Scriptum est, bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona, & malus item de malo: si nō habes in corde cęlestem thesaurum, quid in medium produces? *Matth. 12.* Vtinam non sit tibi cor spurcum, & cœno plenum: cœno inquam humanarum opinionum, & carni placentium. Stagnum enim, nisi aquam habeat puram, & nitidam, certè cœnum habet. Ergo sic statue; aliam esse oratoris, aliam concionatoris personam. Orator bene dicat: cōcionator autem, cooperante spiritu sancto dicat. Vbi dixerit orator, dicat, Dixi: vbi concionator concionem absoluerit, dicat, Dixit Deus. Populus verò applaudens oratori, dicat, Bene dixit: concionatori tamen respondeat, Amen, Deus est ad nos tuo medio alloquutus. Sed de his satis. Arbitror enim cum prudentibus, & cū vocatis à Deo, longiori non esse, opus oratione.

vlla ratione iuuari. Igitur de memoriæ remedijs dicturus, hoc iacio fundamentum: illa esse posse adiumenta memoriæ, quæ temperaturam corporis memoriæ aptam conseruant, & augent, aut malè affectam sanant: ex quibus è conuerso colligi potest, quænam illa sint, quę memoriæ noceant. Accepimus ergo ex Philosophis, & Medicis, memoriam nequaquam nimia vel siccitate, vel humiditate gaudere. Nam cùm & recipere debeat, & retinere, quæ receperit: certe si valde sicca est, difficulter ipsi res imprimentur; si autem valde humida, delebuntur atq. euanescent statim. Quare videmus, eos qui ingenio parùm valent, propter siccitatem tenaci esse memoria; contrà verò eos, qui ingeniosissimi sunt, propter humiditatem, fragili esse, atq. infirma; eos autem, qui temperati sunt, valere & memoria & ingenio. Itaq. qui firmam vult absq. ingenij iactura memoriam, caueat sibi à nimia tum humiditate, tum siccitate. Sed caueat etiam præterea à nimio frigore, atq. calore: hæc enim duo suapte natura (quamquam ratione diuersa) exsiccandi vim habent: frigiditas autem si cum humiditate coniuncta sit, humiditatis nimiæ solet esse caussa, vt in hyeme experimur. Relinquitur ergo ex his, illum cibum, vestitum, locum, illasq́. corporis exercitationes, quæ nimiæ siue humiditatis, siue siccitatis procreatrices sunt, memoriæ plurimùm obesse: contrà verò, illa omnia, quæ calorem temperatum, & humorem iuuant, neq. siccitatem expellunt, prodesse; quia scilicet ijs, spiritus vitales, & animales, quibus memoriæ actiones fiunt, non modo non malè afficiuntur, sed etiam maximè iuuantur. Multa ex his plana fiunt, quæ quisq. experimento deprehendet. Nam ventriculi cruditates, & (vt vulgò dicitur) indigestiones, quales prouenire solent, ex cibis omnibus crassis, & vapores crudos emittentibus, vt cepis, caseo, carnibus suillis, alijs, herbisq́. minùs nobilibus, & fructibus immaturis, lædunt memoriam. His adiunge nimiam, vini potionem, præsertim meri, & omnino quemuis nimium aut intempestiuum potum; nam ex eo cruditas generatur: atque adiunge item pabula omnia acetosa. Hæc ad cibū & potum spectant. Ex quibus colligendum est, vestitum etiam

& le-

& lectum, atq. cubiculum oportere esse temperatum: itaq; nimiā libertatem, & indulgētiam corporis, quę humiditatem parit, esse memoriæ inimicam.

Sed quod ad exercitationes etiam corporis attinet, cauendū est inter ambulandū vel sedendum, à nimio frigore, aut calore: & pręsertim à noctis frigiditate: maximè vero vespertini crepusculi, & eius partis noctis, quæ dicitur, prima fax, hoc est, quę solis occasum immediatè sequitur. Cauendum etiam est à nimia quiete; & à nimio pręsertim somno: nimius enim somnus, præterquā quód sensibus torporem adfert, humiditatem gignit, & animales spiritus sopire quodam modo videtur. Sed & diurna quies, quam magna abstinentia, & sobrietas non comitatur, persimilis est nimiæ nocturnę quieti.

Illud tamen sciendum est: non licere statim post sumptum cibum ire cubitum; præsertim hora pomeridiana: gignuntur enim ita ex caloris vehementia humores plurimi, qui caput grauant, & cerebro, spiritibusq́. animalibus nocent: nisi fortè erecto corpore, & in loco temperatissimo, breuissimū somnū pomeridianum capias. Quare post cibum sumptum, primùm quidem vel stare vel modicè deambulare, vtilissimum est: deinde cùm post duas ferè horas in ventriculo facta est prima concoctio, & vaporum copia iam euanuit; tempus est somno accōmodatum. Sed hoc de ijs tantùm accipiendum est, qui multis cibis, & egregiè condîtis ventriculum replēt: non enim hanc legem ijs dicimus, qui simplicibus cibis parcè & moderatè vescuntur. Sequitur etiam ex his immoderatam actionem, laborem nimium, sollicitudinem, dolorem, & tristitiam, post cibum vitari oportere: nisi ad hæc nos lex impellat caritatis.

Iam ergo, vt summam colligamus, infertur ex omnibus ijs, quæ hactenus dicta sunt, vnam esse optimam memoriæ adiutricem temperantiam: hoc est sobrietatem in cibo & potu, castitatem, moderatam vigiliam, maximè verò ante lucanā, quæ non memoriæ tantùm, sed alijs etiam rebus permultis vtilis esse solet: nam & memoriæ, & ingenio, & litteris, & orationi, & cuiuis vtili, & sanctæ exercitationi aurora est gratissima.

tæ Chatarinæ Senensi,& nonnullis alijs sanctis. Sit ergo hæc tibi regula. Si pauper es,& ex aleemosyna viuis, ede quæ apponũtur tibi: si verò ex proprio viuis ære, eme quæ sana sint, & concoctũ facilia, vt id tempus somno tribuas, quod seruandæ salu ti,& capiti tuendo necessarium sit. Qua de re Medicum aliquẽ doctum, expertum,& pium vtile erit consulere. Sed consule item, obsecro, virum aliquem prudentem, piũ, corpusq. macerantem,& Christi Iesu gloriæ, fratrumq. ædificationis zelo accensum: nam ab hoc etiam quid facere te opoteat, in his omnibus disces.

Caput. XVII. De memoria arte & exercitatione iuuanda.

HActenus de naturalibus medijs: nunc ad artem,& exercitationem deueniamus. Sunt qui artem quandã iuuandæ memoriæ excogitauerint, qua certis quibusdam locis reponuntur,& ijs veluti custodienda commendantur ea, quę memoria necesse est retinere: vt si cuidam viæ, definitionem Sacramenti quis commendet; cuidam domui materiam,& formam baptismi; cuidam cubiculo ministrum. Iuxta hunc ergo modum cuncta quę memoria conseruare cupimus, per diuersa loca possumus distribuere, vt ibi, cùm oportuerit, seruata & reposita ea reperiamus. Et hæc quidem memoria, quoniam huiusmodi locis nititur, localis appellatur. Sunt alij qui rem scriptis mandant,& paginarum atque linearum distinctione memoriam tuentur: qui modus vehementer mihi sæpe placuit: quia ea, quæ scripsimus, rectè quasi legentes recolimus,& in memoriam reuocamus. Sed hic etiã modus ad memoriam localem refertur: imò & alius etiam (ni fallor) quicumque externo aliquo nititur subsidiò.

Sed, vt verũ fatear, ex omnibus modis, ille mihi gratissimus, & vtilissimus semper fuit, qui cum rationi & intellectui magis

enim vt ventriculus memoria, qui si semel ciborum multitudine opprimitur, calorem, & vires amittit paulatim: vt de ingenio adnotauit Seneca.

Proderit etiam, singulis diebus quid denuò accesserit memoriæ diligenter obseruare, idq. recolere.

Tandem optima est memoriæ conseruatiò, si sæpe tacitæ mēte, & cogitatione reuoluas, atq. adeò voce repetas, ea quæ didiceris: maximè verò si cubitum vadens, & summo mane surgens id facias.

Multa illaq. (ni fallor) non contemnenda memoriæ adiumēta conmmostrauimus. Apud alios erunt multò plura: sed si hisce meis quis vti velit, polliceri audeo memoriæ firmitatē. Sed illud pro colophone addiderim; omnium maximam, & felicissimam esse illam memoriam, quam Dominus confert: cùm scilicet inter concionandum inspirat quæ ipse scit audienti populo pro futura. Hanc ergo, lector, tibi memoriam exopto, hanc tibi precor. Tu verò fac ita viuas, vt diuini amoris igne accendaris: sic enim fiet, vt quæ Christi gloriæ, proximis autem vtilitati futura sint, ea tibi suggerat Spiritus Sanctus.

bitum quia testimonium dquillo perhibebat: & asseritse a Patre clarificatum super terrā: & in monte Thabor Pater de illo dixit: Ipsum audite. Præterea Christum secum Apostoli hoc sibi iniunctum munus pronuntiaut. Petrus non arbitratur iustum, se ministrare mensis, vt vacet verbo Dei. Paulus se nō missum ad Baptizandūm sed ad Euangelizandū profitetur. Vnde hoc munus proprium Episcoporum est: vt ex beato Paulo, & ex Concilijs, nouissimè vero ex Tridentino constat. *Iohen 15.* *Acto. 1.* *Acto 6.* *1. Cor. 1.* *Con. Trid. ses. 5. ca. 2.*

Humanum autē esse hoc munus, experimēta docē: nō enim sine litteris cōmodè peragi potest. Neque verò est quòd audax quiuis obijciat nobis Apostolos, aut quēquā ex sanctis: ijs enim spirit⁹ sancti plenitudo suppedauit quidquid alioqui ex humanis litteris esset petendū: quāquā neque ij omninò à studijs litterarū abstinuere. Vos autē quibus spiritus sancti abūdantia data nō est, Patres nostros ecclesiæ sanctæ doctores Græcos & Latinos habere debemus duces, & auctores: qui certè diuinis pariter & humanis litteris diligenter studuerunt.

Fit & ex ijs, vtriusque generis instrumēta, diuina scilicet & humana concionatori esse per necessaria. De humanis hactenus in genere dictum. Diuina autē nūc appello sancta, spiritualia, & quæ scriptura sacra docet: quibus omnibus tūc demū quis erit optimè instructus, cū à Deo ad prædicādū vocatus fuerit: Deus enim indignum non vocat immò quem vocat, spiritu munit, & donis necessarijs.

Sūt ergo cōcionatoris arma, omnia virtutū, sanctarūq. exercitationē genera quibus si destituatur, cū inermē esse militem est necesse. Rē accuratiùs explicen.us. De cōcionatoribus Dñs cōqueritur Hier. 23. *Nō mittebā Prophetas, & ipsi currebāt: nō loquebar ad eos, & ipsi prophetabāt.* Expēde verbum illud, *currebāt* fere enim semper qui minus sunt idonei, auidiùs expetūt prædicādi munus. Expēde itē verbū, *Non loquebar & ipsi prophetabāt:* ex quo colligitur illos nō rectè prædicare quibus Deus nō est locutus: locutus in quā in spiritu per sanctas scripturas. Neq; enim sol⁹ loquitur scripturæ cō textus, sed per eū oportet tibi spiritus sanctus loquatur: alioqui enim etiā hæreticis, & perdi- *Hiere 23.*

tis quibusdam, & flagitiosis Christianis, quibus etiã scripturæ in promptu sunt, Deus loquerêtur: quod tamen hoc loco Dominus expresse negat.

Caput. II. De concionatoris spiritualibus instrumentis.

SEd vt recenseamus iam instrumenta sancta, quibus instructum esse oportet concionatorem: primùm ea de re in genere dispiciamus. Primo loco cõstituo spiritum Dei: id est gratiam, ac virtutes cunctas, & dona, & cæleste deniq; atq; diuinũ lumen. Non enim ad intelligẽda Dei verba, naturale lumẽ, ac fidei, ipsaq; scientia acquisita est satis: sed gratię potiùs lumen requiritur. Res nãq; diuinę, nõ nisi diuino lumine cernuntur. Vnde illud vocari indubiũ videmus, an qui Dei verbũ in peccato mortali existẽs prędicat, mortaliter peccet. Sed esto nõ peccet: legite B. Paul. 1. Cor. 2. *Quis enim scit hominũ quæ sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est?* Et infra; *Animalis homo nõ percipit ea quæ sunt Spirit. Dei: stultitia enim est illi, & nõ potest intelligere, quia spiritaliter examinatur. Spiritalis autẽ iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur.* Certè enim nisi quis spiritũ Dei habeat, & volũtatẽ Dei ab S. spũ, in intimo corde edoceatur, nõ poterit eã in scripturis latẽtem cognoscere.

Sed & spiritum etiam ipsius scripturæ optimè tenere oportet: docuit enim regulã hanc B. Petrus illis verbis, *Hoc primũ scientes, quoniã omnis Prophetia scripturæ, propria interpretatione nõ fit.* Nõ enim ad volũtatẽ, sed spiritu afflati diuino locuti sunt ij, qui sacra nobis oracula aperuerũt. Quare Lucæ vltimo, cùm Apostoli essent in gratia, cũq; Christus cũ illis ageret de constituenda Ecclesia; aperuit illis sensum, vt intelligerẽt scripturas. Vnde orta est regula illa celeberrima: *Scripturæ, eodẽ spiritu quo sunt scriptæ, sunt interpretandæ.* Et meritò quidẽ. Si enim sacra scriptura, spiritalis est: certè altiori spiritu, quàm sit spiritus humanus, ad eam interpretandam est opus.

Sed proh dolor! nihil hodie faciliùs Theologis, quàm sacrã scripturam interpretari. Cõtẽnitur eius prælectio, & ferè inutilis censetur; neq; sunt ferè qui eius studio publicos audiant sacrorum

Phy. 3.

1. Cor. 2.

2. Petr. 1.

Lucæ vlt.

rerum librorum professores: immo non desunt, qui studiū hoc expugnare non vereantur, & Theologos moneant, vt sancto Thoma cōtenti, nihil præterea requirant. Nam vbi scripturæ locus incidit, facilè putant à quouis posse declarari.

Igitur qui concionator futurus est, scripturas diu multumq. scrutetur. Nā Iohan. 5. scriptū est: *Scrutamini scripturas.* Et Paul. Timotheum monet, vt attendat lectioni, & orationi. Iohan. 5

Rectè autē facient Theologi, si ex quo tēpore Theologiæ operā dare incipiūt, aliquid scripturæ versent, aliquid memoriæ mādēt: Inde enim asserit B. Chrysost. se cōcionari nosse, quòd quotidie B. Paulū manu versaret. Nō enim tunc solùm adeūdi sacri libri sunt, cùm prædicādi iam vrget necessitas.

Neque vero hoc cōcionatori satis est, nisi etiā verset Ecclesiæ Patres: sicut scriptū est Deut. 32. *Interroga patrē tuū, & annūtiabit tibi; maiores tuos & dicēt tibi.* Et Eccles. 8. *Nō te prætereat narratio seniorum.* Episcopi enim a Patribus suis didicerūt. Quod & ab initio Ecclesiæ factū est. Apostoli enim à Christo Dñō nrō & a spiritu sancto didicere: sequētes autē concionatores seu doctores ab Apostolis: atq. ita per sanctorū doctorū tū Græcorū tū Latinorū manus ad nos vsq. scripturarū deuenit interpretatio. Deut. 32. Ecclis. 8.

Deprehēdet huiusce rei testimoniū, qui sanctorū doctorū historias legerit: videbitq. antiquissimos illos Gregoriū Nazianzenū, Basiliū, Hieronymū, Augustinū, ceterosq. doctores, in doctorū antiquorū lectione fuisse versatos. Hæc omnia præstare oportet eum, qui concionari cogitat, dum in scholis versatur.

At vbi cōcionis cōponēdæ tēpus accesserit, Deū cōsulere debet quid potius predicādum sit: non enim omnia omni loco & tempori & personis conueniunt. Docuit hoc Hiere. 23. *Si steterint in conspectu meo, & nota fecissent populo verba mea, auertissent vtique illum à via mala & à cogitationibus suis pessimis.* Inde ergo tam exiguus prædicationis fructus, quòd non consulimus Deum, itaq; ab eo non docemur. Nam certè si consuleremus, haud dubiè ille responderet. Tota enim asserit scriptura, clamantibus præsto esse Dominum. An forte nescit Dominus loqui ad cor? Nonne scriptum est: *Audiam quid loquatur* Hiere. 23. Psal. 84.

remus Christum Dominum, qui cum nullo egeret præsidio; vt nobis exemplum exhiberet, in oratione Dei pernoctabat, & antequā ad prædicandū prodiret, per quadraginta dies in oratione & ieiunio perseuerauit. Hoc illa Moysis figura docuit: qui cùm iubente Deo manum in sinum immisisset, mox eam leprosam produxit: cumq; iterum immisisset, protulit sanam. Consideratione enim primùm vitia conspiciuntur, deinde purgantur, ita vt ad summam perueniatur cordis puritatem, & perfectionem. Audeo igitur affirmare, numquam rectè quem quam concionaturum, nisi hac mentali oratione vtatur.

Iam verò hisce omnibus adiungendus est amor, zelusq. Dei. Nulla enim subtilior ars, nulla magis ad inueniendum, nulla magis ad tractandum apta, quàm amor. Videte B. Paulum caritate ita accensum, vt anathema esse pro fratribus cuperet. Nā Christi immensam caritatem quid commemorem? Quem quidē zelus comedebat, vt in eijciendis de templo mercatoribus conspicitur. Dauidem autem desectio tenebat, dum Deū offendi videret. *Rom. 9.* *Math. 21.* *Psal. 118.*

Tandem vt paucis multa complectamur, cordis puritatem, & mundiciem in concionatore nostro requirimus. Nam. *Beati mundo corde quoniā ipsi Deum videbunt.* Quod etiā dum hîc viuitur (vt B. Augustinus interpraetatur) dicere fas est. Nam quò quis corde magis est purus, eò plura & maiora penetrat arcana diuina: perinde atq; qui purioribus est oculis, perspicaciùs videt. *Math. 5.*

Sed si quæris, quonam pacto purus redditur intellectus: respondeo; si purus efficiatur affectus. Cum enim voluntas veluti caput sit animæ; vt quæ imperat, quæ formaliter libera est: qualis illa, talem esse intellectum oportet.

Sequitur ergo affectū intellectus: affectus autem tunc purus est, quando ea quæ pura sunt diligit. Etenim tūc inquinantur res, cùm alijs minus puris admiscentur. Non enim lanea vestis maculatur, si auro eam ornes: at dehonestatur si pāno eam vili inuoluas. Terrena quidem omnia longè minora sunt animo nostro, & cum illo collata prorsus vilia: superna vero animum

decorant

decorant nostrum. Quare qui terrena appetit inquinatur; si modo illa vt terrena sunt, amet: qui verò cælestia diligit, purus animo efficitur. Vnde B. Paulus 1. Cor. 5. *Expurgate*, inquit, *vetus fermentum, vt sitis noua consperſio, sicut estis azymi*. Fermentũ massa vetus & corrupta est: massa vero fermentata, siue (quod idẽ est) cõsperſio fermẽtata, est ea quę veterẽ sapit Adamũ, scilicet carnis cõcupiscẽtias, ex Adamo illo per originis culpã deriuatas. Ab hoc ergo fermẽto dicit Paulus animum nostrũ esse purgãdũ, vt simus massa noua, hoc est animus nouus: quãdo quidẽ sumus azymi, id est nouus populus per baptismũ Deo generatus in sanctitate & iustitia. Nam quemadmodũ Iudæi durante Paschate, azymos panes, non autem fermentatos edebant: ita cùm pascha nostrum sit ipse Christus pro nobis in cruce oblatus, qui ęternus est sacerdos secundum ordinem Melchisedech, semper durans, semper se offerens: oportet semper nos nouam esse consperſionem, azymosq́. omni fermento carentes. Idipsum docet B. Paulus ad Col. 3. *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum eum, qui renouatur in agnitionem, secũdum imaginem eius qui creauit illum*. Et rursus: *Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationẽ, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malã, & auaritiã.*

Heb. 7. Psal. 2. Col. 3.

His addo; vtiliùs tibi nihil vnquam futurum, quam dum cõcionaris sic existimare; præsentem adesse Deum, spectareq́. quid cogites, quid agas, quid loquaris. Sed erit simul vehemẽter vtile, & tibi vim, efficaciam, & spiritum conciliabit, si inter concionandum & tu iaculatorijs vtaris orationibus, & ab auditoribus postules, vt eisdem vtantur: quod sanctos sæpe fecisse Patres, ex eorum concionibus constat. Nam si Deum habeas pręsentem, illumq́. vel tu ipse, vel medijs auditorum orationibus appelles, duo fient: alterum est, quòd circunspectè procedes, dum coram tanto Principe concionaris: alterum, quòd ad persuadendum vires concipies.

Hęc præstabit concionator, si meminerit perpetuò, se in omnibus quæ ad concionem spectant, à Deo totum pendere; ita vt si faueat Deus, benè concionaturus sit; sin paululùm discedat,

longe

longe secus. Hæc certe in cogitatione velim ego semper concionatorem esse defixum: ita enim fiet, vt semper humilietur, nunquam sibi fidat, nunquam superbiat, sed dominum exorans, attente, & cum sancta quadam timiditate progrediatur.

Consilia hæc frequentius in scripturis docentur, aut insinuantur: vt Psal. 15. *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper* & Psal. 24. *Ad te Domine leuaui animam meam.* & Psal. 122. *Ad te leuaui oculos meos.* & Iohan. 14. *Sine me nihil potestis facere.* Psal. 15. 24 & 122. Ioan. 14.

Caput. III. De specialioribus concionatoris instrumentis, scilicet vitæ exemplo, & oratione.

Hactenus de spiritalibus, & generalibus euangelici concionatoris instrumentis dictum est. His tamen nolim contentum esse concionatorem: sed adhuc specialia quædam, & eadem spiritalia sibi instrumenta requirere. Hæc sunt, vitæ exemplum; & oratio ad Dominum pro populo.

De exemplo affirmare ausim, potissimum esse in concionatore, persuadendi instrumentum. Dixit enim B. Gregorius: *Cuius vita contemnitur, necesse quoq. est, vt eius doctrina contemnatur.* Dixit B. Bernardus: *Tunc dabis voci tuæ vocem virtutis, si, quod persuades, cognosceris tibi persuasisse.* Christus concionatores prius pronunciauit esse lucem exempli, mox autem lucem verbi, & ciuitatem refugij, & consolationis. Et quamuis dicat Dominus: *Omnia ergo quæcunque dixerint vobis seruate & facite: secundum vero opera eorum nolite facere:* remedium est id quidem contra peccatorem, quam potest malus concionator inferre; non autem tam equ[...] concionatore bonum testimonium.

Vnde proh dolor! cùm sæpe accidat, vt integram, & euangelicam vitam in quibusdam concionatoribus requiras: hinc fit, vt nonnunquam etiam prædicationem videas esse parum euangelicam, docet de lege tantum, & de ijs, quæ ad salutem prorsus necessaria.

necessaria sunt, potiùs quàm de euangelio tractantem, & scholasticas potius subtilitates, quàm scriptararum sensu à sanctis Patribus tradita aperientem. Quî enim fieri potest, vt Euangelium non dicam persuadere, sed eius artem prædicandi intelligere is possit, qui Euãgelicã vitam vel respuit, vel contemnit, vel odio habet? Est certè, est hæc funesta, & exitiabilis Reipublicæ Christianæ pestis; quòd cùm Euangelicam vitam non multi concionatores agant; nõ multi Euangeliũ, sed legẽ (atq. vtinam legem exactè, & accuratè) populo Christiano prædicant: quia nimirum quæ ipsi non amant, ab alijs vt amentur nihil curant. Sed his omissis ad orationem venio.

Oportet ergo concionatorem pro auditoribus, & antequã concionetur, & postquam concionatus fuerit Dominum orare. Vtinam, ò concionatores, pro auditoribus, & orationem seriam, & lacrymas funderemus, vt Euangelium, opere, & oratione docentes, intus & extra concionaremur. Christus orauit Iohan, 17. pro discipulis. Paulus verò quando non orat? quando non flecti genua? quando non illud repetit? *Et hoc oro, vt caritas vestra magis abundet in scientia. & in omni sensu, vt probetis potiora. vt sitis sincerè, & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum in gloriam, & laudem Dei.* Adeò certè hoc verum est, vt nonnumquam plures filios oratio pariat quàm verbum. Quod sanctissimus ille pauperum patriarcha Franciscus fratres docebat suos, dum eos monebat, ne, quando oratione filios parere poterant, essent admodum de prædicando solliciti.

Iohan. 17.

Sed rogabit quisquam. Si omnia hæc præstitero, semper ne sequetur vtilitas? Sequetur quidem saltem aliqua: vt ex illo Iosue. 55. cap. vulgatissimo satis constat: *Sicut descendit nix, & imber de cælo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit in eam & germinare eam facit, & dat semen serenti & panem comedenti: sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo. non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcunq. volui, & prosperabitur in ijs, ad quæ misi illud.* Ecce si diuini verbi rori vitam niueam coniungat concionator, semper aliquis

sequetur

sequetur fructus Deo præsertim adscribendus. Neq. verò tantùm præsens sequetur fructus: sed etiam futurus: iuxta illud Iohan. 4 *Alius est qui seminat, alius qui metit.* At vterque certè mercedem messis accipiet. Sed de hoc satis, & fortassè, subtilioris alicuius lectoris iudicio, plus satis: memini enim in lib. 1. cùm de fine concionatoris agerem, hæc eadem me dixisse. Quare hoc mihi vitium condonandum est: fit enim nescio qua ratione, vt imprudens sæpe, atq. adeò inuitus aliqua repetam, dum eorum etiam qui parùm ingenio valent, vtilitati consulo, de mea verò existimatione (Christo Iesu gratias immortales) nihil penitus laboro. *Iohan. 4.*

Sed vt ad rem redeam: omnia quæ recensuimus spiritalia instrumenta, illi principio innituntur; conuersionem peccatorum ad Deum, esse concionatoris finem; huncq. à solo Deo pendere, & per ea, quæ Deus docuit media, esse comparandum. Scriptum est enim Mathei. 11. *Nemo nouit filium nisi pater, neq patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.* Reuelat autem per Spiritum Sanctum: non enim de alia vlla reuelatione est sermo. Et Iohan. 6. *Nemo venit ad me, nisi Pater traxerit eum.* Trahere autem eo loco nō coactionem, sed vim, & efficaciam significat: sicut vulgò dicitur, *trahit sua quemq. voluptas.* Et reuera, si, vt Matth. 12. Scriptum est, bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona, & malus item de malo: si nō habes in corde cęlestem thesaurum, quid in medium produces? Vtinam non sit tibi cor spurcum, & cœno plenum: cœno inquam humanarum opinionum, & carni placentium. Stagnum enim, nisi aquam habeat puram, & nitidam, certè cœnum habet. Ergo sic statue; aliam esse oratoris, aliam concionatoris personam. Orator bene dicat: cōcionator autem, cooperante spiritu sancto dicat. Vbi dixerit orator, dicat, Dixi: vbi concionator concionem absoluerit, dicat, Dixit Deus. Populus verò applaudens oratori, dicat, Bene dixit: concionatori tamen respondeat, Amen, Deus est ad nos tuo medio alloquutus. Sed de his satis. Arbitror enim cum prudentibus, & cū vocatis à Deo, longiori non esse, opus oratione. *Matth. 11.* *Iohan. 6.* *Matth. 12.*

Cap.

Caput. IIII. De medijs humanis in specie.

IAm verò humana vt doceam instrumenta, indicabo potissimùm ea, quæ vtilissima esse experimento cōperi.

Habeat primùm cōcionator alueum generalem (farraginem appellare licet) inquo quidquid aut doctrinæ, aut exempli viderit, audierit, legerit, aut ipse sibi excogitarit, reponat; notans rei summam in margine, vt vbi eam requirat, reperire facilè possit. Hic enim alueus, cùm primus quidam codex sit, & tamquam aduersaria, vbi statim atq. res veniunt in mentem, reponuntur, ne memoriâ discedant; ordine scribi non potest.

Hinc secundo potest sibi concionator loca communia conficere. nihil enim occurrere potest, quod in aliquem communem locum non sit reuocandum. Porrò distinguendis locis communibus nullus ordo est aptior, quàm is quem S. Tho. in summa Theologiæ obseruat: certè enim affirmare ausim, iam inde ab initio mundi, aliam præstantiorem methodum non fuisse excogitatam. Hanc ergo sequatur concionator: neq. angatur, si nonnumquam aliquid in locum reuocet non ita ingenio suo accomodatum: itemq. si eandem rem in multis repetat locis. Quid enim inde incommodi, dummodo in prōptu sint ea, quæ vsui aliquando sunt futura?

Tertium tibi do consilium; vt alueum concionum, quæ haberi solent per anni tempora distinctum conficias, & quæ singulis concionibus accomodata tibi occurrant, ea suis locis reponas: sic enim inueniendi, & excogitandi laborem minues, & mentalis orationis exercitationi liberiùs vacabis. At caue tibi à desidia: labore enim improbo opus est. Nam & labore cūcta bona parantur: & exercitatione res faciles redduntur. Hęc modò præstrinximus: postea plura ad hoc genus pertinentia indicabimus.

Sed his etiam omnibus hoc addo: vtile futurum si alienos consulas labores. Neque enim eos damno qui sunt alienorum m

rum operum studiosi, sed eos tantùm qui multam alienarum concionum copiam auidissimè corrogant, & corradũt, easq; picarum instar, ore tenus recitãt, nihil planè addentes de suo. Tu ergo ita consule aliena scripta, vt pro tui ingenij, & spiritus, & circunstantiarum ratione, quæ vtilia, & accõmodata tuo instituto sint, ad tuum vsum conuertas. Porrò patùm refert, an aliena hęc opera, manu scripta sint, an typis impressa: dummodò virum aliquem doctum, & pium habeant auctorem.

Hęc sunt generatim dicta: nunc speciatim ad singulas partes, scilicet ad eam inuentionem, dispositionem, elocutionem, & actionem, quæ peculiariter concionatori sunt accommodatæ deueniamus.

medium;itaq. auditores sibi in disciplinã traditos, ferè ad erudiendum in scriptura populum reddit inutiles. Si enim iuxta sanctos illos Doctores scriptura interpretanda est:cur quæ ipsi tradiderunt, non magister Theologus discipulos docebit suos? Sed institutum prosequamur.Hoc est(vt dico) primum cõcionandi genus:totũ Euangeliũ quod in Ecclesia canitur, vel Epistolã,seu Lectionem quę Euangeliũ antecedit,vel librũ aliquem scripturarum,aut illius fragmentũ populo explicare.

Alterũ genus est,thema vnũ tãtũmodò tractare. Quod dupliciter fit.Aut enim toto Euãgelio perstricto, vnã tãtùm ipsius Euangelij propriã tibi eligis sententiã, quã exactiùs & accuratiùs interpreteris,& amplifices, donec integra tibi concio de vno illo subiecto coaluerit:aut locũ quẽpiã cõmunẽ tractare instituis;vt đ ieiunio,de iuramẽto,đ castitate,& idgen⁹ceteris.

Tertium genus est ex vtroq.mistum,quod B. Chrysostomo, & Gregorio Magno sæpè placuit: quo scilicet Euangeliũ totũ exponentes discurrimus, sed de aliquo vno subiecto,seu (vt dici solet)puncto magis ex professo tractamus.

In hæc tria genera multæ etiã aliæ concionandi formæ redigũtur.Nã interpretari potes vel Orationẽ dominicã, vel Symbolũ,vel salutationẽ Angelicã:quod prioris generis est,& pertinere etiã potest ad tertiũ.Nã Symbolũ,Fidei articulos,ac loca quædã cõtinet:itidẽ & Decẽ mãdata veluti loca quædã sunt;ac similiter cetera quæ in Doctrina Christiana circũferuntur; immò & Sacramẽta septẽ, & vniuersæ quæ in Ecclesia sunt ceremoniæ,ac etiã Traditiones, quæ ad Sacramenta, & ceremonias spectãt.Hęc enim omnia, vt ipsum Tridentinũ admonet conciliũ,docẽdus est populus nõnũquã, ne ea quæ versat ignòret vsquequaq.Quæ quidẽ omnia in loci alicuius modũ tractãda sunt,aut tanquam scientiæ dogmata quędam docenda. Sunt etiã in Ecclesia,Sanctorũ historię,de quibus ad populũ sancti Ecclesiæ doctores nõ sine multa auditorũ vtilitate sunt nõnũquã concionati:nõ enim vt encomia tãtùm,sed vt exempla etiã virtutum populo exponebantur;ita vt genus illud dicendi & Deliberatiuum esset,& Demonstratiuum.

Est præter hæc omnia, cōcionis genus quoddam nobilissimū & vtilissimum, quo Ecclesiæ spiritus iuxta temporum diuersitatem docetur. Quod quidem doctrinæ genus cetera omnia complecti, ijsq. omnibus lumen accendere solet. De singulis ergo hisce generibus nobis ordine est dicendum.

CAP. III. *De primo concionandi genere, quo in Homiliæ modum Scriptura exponitur.*

Bipartitum est primū hoc cōcionādi genus. Nam vel singulas Euangelij sententias, nulla cōnexionis ratione habita, exponimus: vel eas continuo aliquo ductu teximus. Primum illud genus Patribus Sanctis placuit: simplicem enim dicendi rationem, nihil habentem artificij, vetustiores amplectabantur magis: atq. ita veluti insalutato hospite (tametsi facta primùm oratione) contextum exponere aggrediebantur. Exempli gratia. In lectione Euangelij ex

Luca.6. Lucæ 6. cap. quæ sic se habet. *Estote misericordes &c.* Dominus noster misericordiam summè commendat, monens nos, vt desolatos consolemur, pauperibus subueniamus, alia deniq. misericordiæ opera præstemus. His addebant Patres antiqui, quæ ad hanc extollendam, & persuadendam virtutem excogitarant. Deinde ad sequentia, nulla obseruata methodi ratione, pergebant in hunc modum. Sequitur in Euangelio: *Nolite iudicare. &c.* Hoc in sanctorū Patrum homilijs, cōcionibusuè facile est videre.

Est quidē hoc dicendi genus parùm difficile: nō enim vllā requirit methodū. Sed nostra hac tēpestate absq. exordiolo aliquo sic cōcionari nō est in vsu: quāquā nō ignoro, esse viros doctos, qui prętermisso exordio, auditores tātūmodò admoneāt, vt gratiā precātes, ad sacrā Virginē oratione cōfugiāt. Per me licet cuiq. in hoc genere quod maluerit: nam si neq. exordio, neq. epilogo, sed sola narratione, expositioneq́. vtatur, intermiscens tamen confirmationes, & confutationes non nullas; non improbo.

Sed si exordiū facere quis velit in hoc toto primo, & in misto cōcionādi genere: vel habeat in prōptu exordia cōmunia,

vel (quod melius est) si potest, ex ipso Euangelio exordium de promat. Exempli gratia, in Euangelio, quod in Beatæ Mariæ Magdalenæ festo canitur, exordium hoc sit. Quę res nobis hodie in Euangelio narratur, ea vt à Deo auxilium postulemus, commouere nos debet. Ecce enim misericordiā Christi Domini nostri in Mariam Magdalenam Pharisęus perperam interpretatus est, deq. Christo Domino malè iudicauit: quia nimirum nisi mens sit pura, & benè erga res diuinas affecta, sæpè fiet, vt ea in quibus summa laus inest, deformia, & turpia iudicemus. Quis ergo non sibi cauet? quis non à Deo obnixiùs gratiam precatur, qua in rebus sacris, rectè versetur? Quod cùm in omni opere bono facere oporteat: tamen præsertim est hodie necessarium, quando idipsum se nobis offert tractandū, in quo Pharisæus ille turpiter caligauit.

Vbi verò exordium factum erit, non debemus ex abrupto prorsus in Euangelicam expositionem transilire: sed narratiuncula vti: vel eam Euangelij partem, quæ exponenda est, cum superiori connectere: vel ex Euangelij totius scopo præcipuo, aut ex vna aliqua parte, quæ præsenti tempori magis conueniat, initium sumere.

Primò si Euangelium, pars sit alicuius capitis, aut etiam initium, quod tamen à superiori capite pendeat; facillima est narratio, qualem cuncti fere Doctores sancti facere solēt: eaq. in re Caietanus, & Iansenius laborarūt, Patrum vestigijs, & doctrinis insistentes. Exempli caussa, in Euangelio illo Dominicæ quartæ post Pascha, Iohan. 16. *Vado ad eum qui misit me*: cùm multa de appropinquanti tribulatione Dominus discipulos docuisset suos, consolatusq. illos esset, vt mortem ipsius æquo animo ferrent, ipsi quidem tristitia repleti sunt. Tunc ergo Dominus, vt illos rursus consolaretur, ita fatus est: *Vado ad eum, qui misit me &c.* Quasi dicat: cùm ad Patrem meum, per mortem, resurrectionem, & ascensionem tendam; cur nemo ex vobis interrogat me quò vadam, vt cùm apertè id vobis explicuero, consolemini, scientes, quid sim apud Patrem pro vobis acturus? Sed si antecedentia nulla habeat *Iohan. 16.*

Euangelium (quod tamē ferè nusquam accidit si sancti Patres atque Doctores, quos citaui, consulantur) tunc oportet Euangelium consulere, & quorsum præcipuè tendat, vel totius, vel præcipuæ partis spiritus, scrutari, vt ab eo narratio petatur. Exemplum esse potest in Euangelio resurrectionis Lazari: vbi potest à narratiuncula initium peti, in hunc modum. Spiritus Ecclesiæ hoc loco est, docere qua ratione exsuscitet Dominus fideles suos in peccatis de mortuos: qui per Lazarum, alioqui Domini amicum, significantur. Nam vt Lazarus amici speciē habebat, sanctarumq; sororum erat frater: ita Christianus Dei amicus dicitur propter fidem, & propter Christum, cuius est membrū; habetq; sorores animas pias, actiuæ, & contemplatiuæ vitę deditas. Hic ergo Lazarus, absente Domino, hoc est, absente Dei gratia, ægrotat quidem, hoc est tentatione pulsatur: moritur, hoc est in peccata incidit: sed redeunte tamen Domino, & vocante, reuiuiscit.

Iam verò facta narrantiuncula, facilè est, paraphrasi Euangelium explicare, singulas partes exponendo: ita tamen, vt excursus tibi aliquos facias, in quibus, vel indigressionis modum, vitia damnans, & virtutes extollens, confirmatione, & confutatione, quæ à concionibus numquam abesse debent, pro tua prudentia vtaris. Vt in Euangelio eiusdem Lazari: *Erat quidam languens Lazarus &c.* Lazarus hic peccatorem significat: Lazarus enim idem est, quod, ille cui auxilio est Deus. Christianus verò, si velit, habet semper Deum auxiliatorem. Deinde hic est in Bethania, quæ est domus obedientiæ: nam in Catholica est Ecclesia, eius capiti subiectus. Porrò sorores habet duas, scilicet congregationes Christianas, vitā actiuam, & contēplatiuā agentes. Deniq. infirmatur dum incipit iam arctiorē vitā ægrè ferre, corpori indulgere, terrenis delectari, cælestia respuere.

In hoc autē cōcionādi modo vehemēter cauendum, ne cōgeras ex concordantijs, vel aliunde, testimonia multa: sed ea tantùm adferas, vt mox dicemus, quæ accommodata sint, & quæ exponi sine tædio facilè possint.

De Epilogo ferè idem, quod de Exordio iudicium: quamquam magis est necessarius in quauis concione epilogus quā

exordium: valdè enim & arridet, & vtile est populo, referre ex ijs quæ dixeris præcipua, illaq. denuò suadere. At verò epilogus perbreuis esto: immo & ferè fine arte. Vix enim eius rationem conficiendi possum certis vllis præceptis comprehendere: nisi fortè vnum quiddam ex multis quæ dicta sunt potissimùm eligatur, vt iuxta epilogi leges tractetur. Obsecro lectorem, ne minutulà quæq. etiam in artem redigi, & certis præceptis cõprehēdi velit. Hoc enim prolixū magis esset quàm vtile. Quare exēpla nunc possunt esse vice præceptorum.

Ecce ergo vnius, aut alterius epilogi exēplū. Lazari Euāgeliū infinē vsq. prosecutus es: mox si vis vnū quiddā ex ijs quæ Euāgelio continētur Epilogo cõprehendere, accipe Lazari suscitationē. Exempli gratia. Audistis auditores hominē quatriduanū à Domino suscitatum: quare nemo desperet: sicut enim in rebus hisce externis, ita & in spiritualibus nihil est Deo impossibile. Ergo quantumuis sis peccator miserrimus, cùm suscitare te possit Dominus, ne tu ei vocanti resistas. Ecce ergo te modò vocat: scilicet ego illius nomine tibi dico; Lazare peccator egredere de profundo, & vetusto peccatorum sepulchro, in quo iacuisti miser; & veni iam ad lucem Christi Iesu. Adest tibi Dominus præsto est, vt te adiuuet. Si ergo non potes surgere, saltē sede, siste, desidera surgere, propera ad confessarium, abi ad pios qui te adiuuent, vt à peccatorum periculis, occasionibus, omnibusq. id genus ligaminibus, expediaris &c.

Sed ecce Epilogū alterū, qui totā cõplectitur Euāgelij historiā. Diximus Auditores peccatorē languere, vbi cœperit negligere Dei obsequiū: mox mori per peccatū: præterea in mortuorū sarcophago tūc inuolui, cū peccatores externis in rebus imitatur: deinde duci ad sepulchrū, vbi nō quod ipse vult, sed quod inimici illius volūt, operatur: ad hęc in terrā abdi, vbi Dei obliuius, petra obdurationis concluditur, & tandē per malum exemplum fœtet. Sed diximus tamen, spem esse resurgendi reliquam, si sorores, hoc est bonæ animæ Dominū orēt pro illo; Dñs enim misericors, etiam lachrymis testaturus est, quā ęgrè peccatoris mortem ferat. Quare ipse ad sepulchrū obliuionis

L 4 properat

properat;tollit duritiem;vocat,excitat,eripit à morte peccato rem,iubet eum sancto innitentem proposito sedere, ac tandē per sacramenta gratiam ei præbet & gloriam.

In illo concionandi genere,quod in homiliæ modum nulla connexionis habita ratione fit,dictum est satis de Exordio, Narratione,& Epilogo,ac simul de Cōfirmatione,ac cōfutatione. Cōfirmatio enim,& cōfutatio in singulis partibus faciēda est p breuis.Illud autē experimēto edoctus hac in re concionatorem admoneo,si hac ratione interpretandum illi sit Euangelium,nisi velit esse prolixus nimis, aut ad ostentationem magis,quam ad auditorum vtilitatem concionari, eligenda esse illi,& proponenda tria,aut quattuor loca,in quibus potiùs pro temporis ratione immoretur, & quæ potissimùm confirmatione,& confutatione perbreui illustret,ita vt doceat, & moueat,ac tandem perbreui epilogo concludat. Exempli gratia; cùm vastum sit Lazari mortui euangelium;proponerem ego explicanda mihi esse,quæ videntur magis vtilia. Primum illud; absente Christo ægrotare Lazarum:vbi persuaderem Christū semper ob oculos habendum; nullum enim esse maius malū, quàm ab eo vel tantillùm discedere. Hæc esset confirmatio, & confutatio. Narratio esset:magni momenti esse Deum semper in oculis ferre. Epilogus tandem esset huiusmodi. Quare si viuere vultis habetote Deum præsentem &c. Alter locus esset. *Lachrimatus est Iesus*. Tertius: Lazare veni foras. Quartus, Cetera in Narrationis modum breui transcurrerem.

Hoc faciet concionator si laudis appetitu non feratur, sed animarum tantummodò salutem spectet. Nam si laudis cupidus sit;placebit illi magis ea concionandi ratio,qua ingens rerum copia similibus,figuris,& allegationibus prope innumeris decorata congeritur:hæc enim arrident auditoribus, cum aures demulceant, peccata verò nec attingant quidē, ac tandem persuadeant nihil:quod tamen vt ex Con. Tridenti. constat,præcipuum,immò totum deberet esse concionatoris officium. Seß.5.c.2.

Inuen

Inuentio in hoc concionandi genere, sanctorum Patrum lectio est, ipsiusq. concionatoris meditatio, & oratio, & cũ Deo consultatio. Cùm enim concionis hoc genus in sanctarũ scripturarum expositione versetur; nullam habet aliam inuentionem, quàm ipsarum scripturarum intelligentiam, spiritum, & scopum proprium: sicut neque aliam dispositionem habet, quàm ipsius seriem contextus.

Elocutionem verò, & actionem in hoc genere modestam esse oportet, ac docendi generi accommodatam. Nam scripturas sanctas, quæ grauissimæ sunt, qui interpretatur, sanctè, & grauiter, & sine fuco loquitur, & sanctè item, ac grauiter agit, vt debitam in omnibus proportionem seruet. Loquitur inquam, & agit, ita vt Dominum loquutum fuisse, & egisse, mente contemplatur. Nam cuius refert verba, eũ in omnibus, quoad fieri possit, referre, & repræsentare nititur. Sed caueat tamen concionator, ne veluti narrationem continuam faciat, & vnisonam: non enim hac ratione vel mouebit, vel persuadebit. Quare oportet sæpe incõfirmatione, & cõfutatione, agere, & loqui acriùs, & vehementiùs.

Item, vt paulò antea insinuauimus, caueat sibi quoq. concionator in hoc concionandi genere, à prolixitatis, vel concitationis vitio. Si enim cunctas Euangelij partes adamussim explicare velit, multùm requiritur temporis, aut certè concitatis gressibus progredi necessarium est: quorum primum non fert populus, alterum verò indecorum est, & obluctatur sacri verbi grauitati, & efficacię. Igitur iuxta Euangelij magnitudinem, aut materiam, vel singula loca breuiùs illustranda sunt, adiunctis aliquot scripturę testimonijs in singulorum illustrationem, & cõfirmationem: vel eligenda sunt, vti dicebam, duo vel tria loca, illaq. confirmatione, & confutatione tractanda: Nihil enim ferè tractari benè poterit, quod non probetur, & defendatur. His tamen & exordiola, & quambreuissimos epilogos addere, vtile est, & pulchrum.

Caput.

Caput IIII. Qua ratione in hoc primo concionandi genere nectere possis omnes Euangelij partes, illiusq; explicare historiam.

POssunt adhuc hoc loco lectores requirere, quid faciendũ sit si velit concionator omnes Euangelij partes cõnectere. Duobus enim modis, vt supra diximus, interpretari Euãgeliũ in homiliæ modum possumus: scilicet vel ex vno loco in alterum, nulla nexus habita ratione progredientes; quod multi non ineptè faciunt, feceruntq; sæpè Sancti: vel (quod difficiliùs est) nectentes Euangelij partes; quod & veteres Sancti fecerunt nonnumquam, & ex recentioribus doctoribus Caietanus, & Iansennius.

Si quisquam igitur Euangelij nectere velit partes, perpendat an Euangelium historiam aliquam narret, an verò doctrinam aliquam contineat. Si historiam narret, ad historiæ modum componenda est concio, re ita figurata vt contingit. Quod præstari rectè potest, si attentè mediteris, quæ gesta sint. Exempli causa in illa epulonis diuitis historiã, meditare, & perpende quæ sunt in diuitum domibus; Nimirum, ibi nulla egestas, sed summa rerum omnium affluentia: ibi nullus labor, sed otium, & lusus: ibi nulla alia cura, quàm vt cibi electi, & præclarè conditi sint, potus frigidus, lectus pulchrè stratus, & mollis: denique ibi omnia diuitibus ad voluntatem fluunt; diuini verò obsequij nulla est omnino cura. Præterea in historia illa euangelica, de fratribus dexteram, & sinistram, interposita matre, petentibus, meditare eos adfuisse concioni de Cruce, & Resurrectione, & sicut non intellexerant ea, quæ de Cruce dicebantur, ita neque qualis futura esset Domini resurrectio, & Triũphus rectè percepisse: immò temporaliter tantùm cum regnaturum existimasse; itaque statim appetijsse principatũ

cipitũ, ægrè ferẽtes, si vel ipse Petrus eis præponeretur. Quod cùm per se ipsi à Domino petere nõ auderent, matrem inter ponũnt: quæ vti mater humana, filiorum amore commota, Christum adire ausa est.

Ad hanc autem rem, sicut ad omnia etiam alia, sic habetote: primùm orationem, lectionem, & assiduum laborem plurimũ prodesse; deinde vsu, & exercitatione habitum comparari. Quod ad lectionem attinet, non modò si historias sacras, sed si humanas etiam versetis, quæ pietatem redoleant, facilè addiscetis Euangelicas historias graphicè describere. Vbi tamen cauendum est, ne quidquam histrionicum faciatis: nam cùm semper dicendum grauiter sit, ludrica certè & impia, quæ a Poëtis petuntur, dedecent concionatores.

Iam verò si Euangelium historiam non recenseat, sed doctrinam contineat: vel prolepsibus, vel trãsitionibus vti, est valdè vtile; aut etiam caussam quamlibet, cur pars sequens priori addenda fuerit, inuestigare.

Exemplũ esto illud Iohã. 3. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitũ daret.* Vbi mox sequitur: *Non enim misit Deus filium suum vt iudicet mundum.* Ibi enim prolepsi respondere videtur. Nam cùm dixisset filium Dei in salutem hominum datum: obiicere poterat quisquam, ipsum Deum esse, de quo scriptum est Psal. 49. *Deus manifestè venit, Deus noster, & non silebit.* Et item apud Paulum: *Ipse est constitutus iudex viuorum, ac mortuorum:* Et Malach. 3. *Ecce ego mitto Angelum meum &c.* Et paulò inferiùs, *Ero testis velox.* Quæ omnia, respondet Dominus de secundo aduentu esse accipienda; quando scilicet venturus est cum maiestate iudicare viuos, & mortuos: in hoc autem primo aduentu missum esse non vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Item Lucæ. 11. cùm Dominus nos moneat vt à Patre petamus; impetraturi haud dubiè, si in nomine Christi petierimus: si roges quid petendum sit, & quæ possit esse adipiscendi spes: respondet Dominus hoc

Iohan. 3.

Psal. 49.

Malac. 3.

Luc. 11.

cant, fiet, vt nos etiam vna cum ijs, in peccati foueā incidamus. Quod vbi statuit Dominus; de illis etiam magistris differit, qui quasi sapientiores sint diuina lege, meliorem se iactāt docere doctrinam, quàm quę in Euangelio, & in Christi exemplo continetur: itaq; subdit, *Non est discipulus supra magistrum.* Ac tandem cùm totus hic de caritate sermo sit; redit Dominus ad caritatis fundamentum, scilicet humilitatem: nēpe, vt ne nostram ipsi miseriam ignoremus, sed nostra opera accuratè perpendamus: longe secus atque illi, qui cùm trabem in suo oculo non videant, in alieno tamen vident festucam. Sed de his satis.

Caput V. De secundo concionandi genere.

Ille secundus erat concionandi modus, qui circa vnum tantummodò euangelij locū præ ceteris omnibus electū versatur. Scio equidem eum qui in homiliæ modum fit, nonnullis esse gratiorem: nā cùm rerum nouarū cupidi sint, eū audiunt cōcionatorē libentiùs, qui alia, atq; alia cōgerens, & accumulans, ambitiosè progreditur. Sed hi certè homines ex illorū numero sunt, qui recreationis tantùm gratia, aut vt acutuli videantur, frequētes concionibus adsunt: qui tamē à vera ingenij, & iudicij laude longissimè distant. Primùm enim, cùm exiguū sit vnius horæ spatium, necesse est, vt dū nimis multas materias cōcionator perlustrat, de nulla seriò tractet: itaq. nullā satis auditoribus persuadeat. Præterea dubium non est, quin Dialectica, & Oratoria virtus in eo maximè dicendi genere eluceant, quo quis vnam quandam rem artificiosè proponit, explicat, adstruit, defendit, propugnat. Equidem inuitus dico, signum esse hominis ambitiosi, neque satis docti, si quis hac concionandi ratione reiecta, illā vt omnium optimam amplectatur, qua licet multa congerere, & hùc, illùc, nullo cum ordine discurrere. Hanc enim rudē & informem multarum rerum congeriem, plebs rudis & artis ignara ita miratur, vt concionatorem veluti hominem variè doctum suspiciat, & ad cælum euehat: cùm tamen is reuera hoc

Alter modus est, quo subiectum id quod prę ceteris elegerimus, oratoria methodo, hoc est narratione, confirmatione, & confutatione pertractamus. Veluti si eũdem locum, quem superiùs adduximus, enarraremus in hunc modũ. Multo tempore iam Appstolicũ Christo conuersati fuerãt, multaq. ab eo de regno cælorũ, deq. vera sanctitate audierant: tamen numquã seriò & verè cælestem illum spiritum, in quo terrenarum rerum despicientia, & diuinarum amor, & vitæ denique puritas consistit, ab eo petierant: tametsi semel ad exemplum discipulorum Ioannis Baptistæ, copiosiùs de oratione doceri curassent. Christus ergo ad Patrem abiturus, discipulos increpat, & monet. Increpat quidem illis verbis, *Vsquemodo non petistis quidquam*; quia nihil dignum quod peteretur, à Domino petierant: monet verò illis verbis, *Petite & accipietis.* Hæc concionator augere & amplificare debet, suadens auditoribus, vt diuinum spiritum à Domino petant, & reprehendens acriter humanarum rerum amatores, qui, brutorum instar, humi repunt, & de hoc cælesti dono, quo ipsi Deo assimilamur, nihil penitus laborant.

Ceterùm in hoc concionandi genere nonnihil inest periculi, vbi de vno in alium Euangelij locum excurris. Cauere enim debes, ne dum hoc facis, à proposito themate diuertas. Spectare enim omnia ad vnum scopum debent. Scopus autem hic, potissimùm esse debet Ecclesiæ Spiritus.

Sed si quæras quo pacto in omni Euangelio spiritus Ecclesiæ deprehendi possit: respondeo editos esse de hac re libros perplures: ex quibus mihi tantùm videre licuit Rationale, & Petrum Datocensem, & alium quendam Beletum. Sumus enim hac in parte Hispani nonnihil infelices, quòd nec nomina quidem audierimus plurium librorum, quibus aliæ nationes fruuntur; vt videre licet in viris illis grauissimis qui, hæreticos prosternunt.

Sed indicabo pro mea tenuitate quis sit in quibusdã anni tẽporibus spiritus generatim, vt suo marte sibi lector id accuratiùs

ratiùs,& specialiùs deprehendat. In Aduentu apertè disponimur ad Christi natiuitatem: & hûc omnia tendunt Euangelia, modò timore deterrētia, modò salutem indicantia. A Septuagessima, vsq. ad Dominicam in passione, ad celebrādam Christi passionem præparamur. De hinc ad Resurrectionem Christi, tota in passione ipsa interna & externa, atq. item in Resurrectione celebranda posita est Ecclesia. Ab octaua Resurrectionis vsq. ad Ascensionem, de primordijs Ecclesiæ, siue de illius ædificatione, aut constitutione docemur; & vt spiritu ascendamus cum Christo in cælum, inuitamur. Ab Ascensione ad Pētecostem, expectare spiritum sanctum iubemur. Mox absoluitur fides per Trinitatis mysterium, & credentibus datur cibus, vt iter agere in cælum possint. Deniq. vsque ad Aduentum, status Ecclesiæ Christianæ indicatur.

Sed si vis speciatim cuiusq. diei spiritum intelligere: vide particularem diei orationem, & item præfationem, si habeat dies, ille propriam. Hæc enim si cum generali illo spiritu, quē tradidimus, contuleris, facilè spiritum colliges cuiusq. Euangelij particularem. Quem vbi collegeris, curandum est diligenter, vt in hunc tota concio scopum intueatur. Quod non ideò à me dicitur, quòd alia quædam, quæ ad exponendum Ecclesiæ spiritum non pertinent, omninò dicere prohibeam: Sed ideò tātum, quòd vnus hic debet esse concionis status, cui aptè inserantur, & accōmodentur ea, quæ pro varia circunstantiarum ratione, aliunde se offerunt dicenda.

Caput. VI. De tertio concionandi genere.

TErtius concionandi modus in hoc differt à secūdo, quòd secūdus ex professo vnum quendam locum suscipit pertractandum; tertius verò dum totum Euangelium percurrit, vnum illum locum, veluti facta quadam digressione, pertractat, prout loci, temporis, personarum, aut vitiorum, quę magis in ciuitate vigent, ratio postulat,

Igitur

Igitur si quæ sunt vitia insignia, quæ ciuitatem, in qua concionator versatur, potissimùm inficiant: decet eum, vt pote virū sanctum, & doctum, quauis arrepta occasione aduersus ea fortiter pugnare. Quod etiam faciendū est vbi, ad certos quosdam auditores dicitur, qui vel aliquo vitio laborent, vel aliqua virtute vehementer necessaria careant. Id tamen prudenter facere oportet, & vt Beat. Paul. ait, in omni patientia, & doctrina. 2. *Thim.* 4.


Nullum autem Euangelium est, quod hāc non possit concionatoribus occasionem offerre. Nam exempli caussa si explicā candum sit illud Euangelium, *Vos estis sal terræ* possumus dicere Christianos homines salem esse debere; itaq. deplorandam esse calamitosam quorumdam pestem, qui non modò sal nō sunt, sed perditæ suæ vitę exemplo, sanctum nomen Domini faciunt blasphemari. Item si exponendum sit Euangelium illud, *Vsq. modo in nomine meo non petistis quidquam:* pulchra se offert occasio ad multa pertractanda. Nam aduersus hominem nimis iurantem, sic agere possumus: Quid tu in eo nomine petis, cui iniuriam infers? Item aduersus procacē & obscœnum: Cur tu impurus & fœtidus Dominum adis petiturus? Item aduersus auarum. Cur tu petiturus non das? Item contra eum qui vindictam agit: Cur tu misericordiam precaturus nō alteri ignoscis? Deniq. hoc concionis genus in Bea. Augustino, & Chrysostomo, maximis post Apostolos Ecclesiæ concionatoribus est conspicuum: hi enim ad ea peccata exagitanda, quibus vastari maximè Christianam rempublicam conspiciebant, nulla ferè occasione digrediebantur. *Matth.* 5.

Ad hunc tertium concionandi modum, seu; si mauis, ad primum, poteris reuocare pulchrum illum, & vtilem, quo variæ Euangelij partes ita connectuntur, vt sibi mutuò respondeāt, & veluti quendam communem locum constituant. Qui modus, Euangelijs præsertim parabolam, aut historiam narrantibus aptè conuenit. Exemplum sit in Euangelio nauiculæ: in quo docetur qua ratione Dominus suos probet, aut exerceat amicos. Inducit enim eos in nauiculam sanctitatis, & transgre-

di cogit mare tribulationis: in quo cùm tentationū tēpestates ortæ sunt; ipse quidē ita dormit, vt eos videatur quodāmodo deseruisse. Dormit, inquā, in puppi, hoc est longè ab ijs remot⁹: dormit decūbēs ceruicali, quasi arctiori sōno correpṭ⁹, & nō cito surrectur⁹: sed surgit tamen aliquando, & tēpestates sedat.

Porro parabola in hunc modum exposita, præclaros quosdam, & pios sensus subministrat. vt si in euāgelio quod in festis Pontificum canitur de lucerna non posita sub modio, explices quę sit lucerna, quis sit modius, quid sit poni super candelabrū. Hæc, vt puto, ad hanc tertiam rationem concionandi intelligēdam, exempla sufficiunt.

Cap. VII. De dispositionis partibus in secundo & tertio concionandi genere seruandis.


EX superioribus apparet tres potissimum in secundo & tertio concionandi genere speciales modos cōprehendi. Primus est, cum vnus tantum Euāgelij pro prius locus tractatur & amplificatur: secundus, cum locus quidam communis ex Euangelio depromptus, veluti đ aliqua virtute, aut vitio ex professo percurritur. Tertius cùm hoc ipsum non ex professo, sed in digressionis modum aliunde sumpta occasione fit.

Ex his tribus modis, secundus & tertius, quoad confirmationem, & confutationem nihil differunt: vterq. enim communibus inuentionis, & dispositionis regulis tractandus est.

Idem, quoad epilogum, prorsus est dicendum. vnus enim in vtroq. illo modo est scopus, qui epilogo comprehendatur.

At quòd ad narrationem attinet, diuersa est ratio. Nam vbi locus communis per digressionem, sumpta aliunde occasione tractatur, narratio fere nulla est facienda, sed occasio solum insinuāda. Vt si percurrens quis Euangelium illud, *Vos estis sal terræ*, vellet sacerdotibus orationem mentalē, & lectionē sanctam persuadere; posset ostēdere inprimis breuiter, oportere sacerdotes esse salem terræ, lucem positā super candelabrum & ciuitatē in monte: deinde verò posset suum aggredi institutū.

dicē

dicens necessarium ad hæc omnia esse, vt orationi, & lectioni sacerdotes sedulã operam impendant: certè enim hæc duo pariunt cognitionẽ, & ex consequenti amorem: itaq. pariunt vitam primùm immaculatam, quæ est sal; deinde doctrinã, quæ est lux; deniq. caritatem, quæ ciuitas est, atque refugium. At cõtrà, si tantorũ bonorũ semina sacerdotes negligant, quidnam erunt? non quidem sal, sed terra: non lux, sed tenebræ: non denique ciuitas in monte posita, sed barathrum. Ecce in hoc exẽplo narratio nulla est, sed digressio. Quòd si non per digressionem, sed ex professo vnũ quendam locũ communẽ concione tractandũ suscepisti; narratiõe opus est: qualẽ in eodẽ illo Euãgelio đ sale, sumere possumus à cõmuni illa B.P. doctrina; *Inuisibilia Dei &c*: qua præmissa, ꝓponere nobis debem⁹ singulas facultates satis inuestigare, vt eas ad salem spiritalẽ trãsferamus. Quòd verò attinet ad Exordiũ, si iuxta secũdũ modũ locus cõmunis ex professo tractetur, poterit exordij loco aliquid initio preponi: veluti in hunc modum. Dicturus nunc de Euangelicò sale, obsecro vos auditores, vt rem magni momẽti beneuoli, & attenti audiatis &c. Nam quãuis initio totum Euangelij textũ in pauca cõtuleris; quod quidẽ exordij vicem obtinere potest tamen cùm reliqua concionis pars, veluti noua concio sit: rectè facies, si quã possis breuissimè, tibi auditorũ animos concilies. Sed etsi iuxta tertiũ modũper digressionẽ, & non ex ꝓfesso sit locus cõmunis pertractãdus, vtilis erit exordij quædã veluti imago: qualis esset illa, qua persuasurus sacerdotibus orationẽ, & lectionẽ, ita diceres. Cũ de sale spiritali agam⁹, nõ erit ab instituto alienũ, si đ oratione, & lectiõe tractemus, cũ hęc duo eiusmodi sint, vt possint sacerdotibus spiritalẽ cõferre salis naturã.

Reuertamur nũc ad primũ illud gen⁹, quo vnus ꝓprius Euãgelij locus percurritur. In hoc genere sic potes facere exordiũ, vt primũ Euãgelij cõtextũ paucis recites, deinde verò ex multis, quæ de illo Euãgelio tractari poterant, vnam eius partẽ te dicas elegisse, tamquã vtilissimam, & dignissimam, quæ ab Auditoribus attentè audiatur.

Exordiũ ĩ hoc gñe sequi põt narratio, si oratoria methodo (vt

superiùs diximus) velimus componere concionem. Possumus enim aliquando non Oratoria methodo, sed Scholastica, aut (vt ita dicam) Mathematica, in hoc genere concionandi procedere vt supra cap.5. docuimus.

Qualis autem in hoc genere debeat esse confirmatio, cõfutatio, & epilogus, ex ijs quæ dicta sunt satis apparet.

Caput. VIII. in quo agitur quid facere debeas, quando idem Euangelium sæpe incidit prædicandum.


Vccedit hoc loco quæstio, quæ angere multos solet: scilicet quid faciendum sit, vbi idem Euangelium in diuersis anni temporibus prædicandum est, aut etiam quotannis eisdem auditoribus aut (vt sæpè accidit) eodem die eisdem auditoribus, & in eadem Ecclesia. Equidem non negauerim rem esse difficilem, de eadem re, non dicam sæpiùs, sed bis ad eosdem dicere, Si enim reperas eadem, censeris prolixus, & indoctus: quamquam id quidem parùm referret, si modò auditoribus prodesses. At dolendum vehemẽter est, Auditores hãc reputantes nimia facietatem, verbum Dei nolle audire: itaq. nullum ex hisce iteratis prædicationibus fructum sequi. Quamquam nihilominus sæpe eadem repetere necessarium est. Nam vbi eadem est ægritudo, cur non congrua & vtilis eadem adhibeatur medicina?

Vt igitur de hac re quod sentio dicam, præmitto inprimis, orationem, & studium, vitæq. puritatẽ plurimùm valere apud Deum. Nàm vbi amor, & zelus Dei nos agit; multa detegit sancta meditatio, multa inspirat noua, immo & vetera quodã modo noua facit. Nam eadem doctrina ita solet sæpe nouo proponi modo, vt noua videatur: nimirum quia vel methodo noua, vel testimonijs, rationibus, & figuris nouis exornata denuò est.

Sed

Sed tradamus iam nos aliqua præcepta, quibus concionatori sępiùs eadem de re dicturo laborem minuamus.

Primùm quidem exordium multis modis confici potest: scilicet à figura, à simili, à testimonio veteri, & nouo, imò & à Philosophorum testimonijs. Sed à quæstione etiam sumi potest. Fingamus exempla in illo filiorum Zebedæi Euangelio, quod sæpe solet in eodem anno prædicari. Si in festo Beati Iacobi illud interpretatus, velis superbiam deprimere, humilitatem extollere; figura accomodata illa est, de magis Pharonis, qui cyniphes de puluere educere non potuerunt; cùm tamen virgas in serpentes, aquam in sanguinem & in ranas immutassent. Quo significatur, paucos esse, qui humilitatem, & crucis labores, & iniurias ament: vnde factum est, vt hi duo adolescentes Iacobus, & Iohannes, alioqui pij, neq. perceperint Christi crucem, neq. resurrectionem. Ad idem facit Saulis figura, qui alioqui diuini cultus zelator, humilem Dauidem capere non poterat. Hæc de figura.

Pręterea testimoniū esse potest illud Esaię 59. de volētibus ieiunare, sed non relinquere propriam voluntatem, & animi delicias: & ex nouo testamento illud Beati Pauli 1. Cor. 1. *Caritas patiens est, benigna est &c.* Ex quo colligitur aberrasse hos adolescentes à vera caritatis perfectione; quippe quia cùm amarent Dominum, tamen nolebant pati, neq. humiliari. 1. *Cor.* 5.

Exordium etiam philosophicum peti potest à communi illo dicto *Virt⁹ circa difficile versatur:* Ex quo infertur, paucos esse viros, solidam virtutem amantes: otiari emini pleriq. volunt, & gaudere; non autem se ipsos mortificare, & pati.

Exordium à quæstione facies, si quæras cur hi adolescentes neque passionem, neq. resurrectionem intellexerint. Cui respondebis: quia respuebant humilitatem, & crucem, ideò noluisse intelligere passionem: at non intellecta passione, neq. intellexisse resurrectionem, sed mortales consolationes, & dignitates.

Ecce quot qualibusq́ modis exordium componamus, vt attentionem, & docilitatem, & beneuolentiam comparemus,

& auditores ad petendam à Deo per ſanctiſſimam Virginem Spiritus ſancti gratiam commoueamus.

Sed ſuperiores omnes modi, ex ſpiritu Eccleſiæ petuntur: quæ quidem exordiorum conficiendorum potiſſima ratio eſt. Spiritum verò illum, vt ſcopum nobis propoſuimus, quem ſibi Eccleſia in feſto Sancti Iacobi proponit: ſcilicet explicare, quàm difficulter homines dura, & aſpera amplectantur, quàm auidè ſuauia, & temporalia concupiſcant. Sed ſi diebus etiam alijs, quibus idem Euangelium canitur, opportuna vis excogitare exordia; illa tibi ſit in promptu regula; expendendum eſſe iuxta Eccleſiæ Spiritum, ipſius Euangelij ſtatum; ita enim aptiſſimum concionibus exordium accomodari..

Sed & ſunt aliæ exordiorum conficiendorũ rationes. Nam fieri poſſunt ex Euangelij contextu, vt iam ſuperiùs indicauimus. Item fieri poſſunt per tranſitionem ab ijs, quæ in concionibus præcedentibus tractata ſunt. Exempli gratia, in hoc eodem Euangelio, quando in Quadrageſima canitur; cùm præceſſerit miſericordiæ perſuaſio, fieri poteſt hoc modo exordium. Dixi vobis quàm neceſſe ſit, vt erga fratres ſitis miſericordes: modò verò docebo ex ſancto Euangelio quantùm vos oporteat in vos metipſos eſſe quodammodo immites: non quidem in animum, ſed in corpus: nimirum illud macerantes, & crucem Domini amplectentes. Poteſt autem tranſitio, circuſtantiarum omnium habita ratione multipliciter fieri. Vt in Euangelio auari, cùm omnia vitia repræhenderit Dominus, Auaritiam potiſſimùm inſectatus eſt, periculorum habita ratione: non enim ſentiunt auari, quàm miſera conditione ſint, cùm illis venialia ſint vitia, virtutes vero: vt alienæ. Ratione etiam temporis habita, tranſitio fiet vt in Euangelio: *Ecce aſcendimus Hieroſolymam*, quod in Quinquageſima, & in Quadrageſima canitur. In Quinquageſima, tranſitio hæc erit. Ad laborandum Dominus in Septuageſima inuitauerat: in

Sexa-

Sexagesima verò prædixerat, vt virtutis impedimenta omnia euelleremus: & tandem in Quinquagessima ad ferendam Crucem validiores nos reddit, atq. alacriores. Si autem in Quadragessima, scilicet Feria quarta Dominicæ secundæ tibi hoc Euangelium exponendum sit; transitio hæc erit. Cùm actū esset de humilitate feria præcedenti, mox de ferenda Cruce, præsertim interna dicendum fuit.

Iam verò, quod attinet ad confirmationem, & confutationem; si homiliam facere tibi animus est; cùm in quouis Euangelio multa sint loca, vel (vt dici solet) puncta: præstat modò in vno, modò verò in altero magis immorari.

Sed ostendamus rem exemplo, in ijs præsertim Euangelijs, quæ in communi (vt aiunt) Sanctorum, Ecclesia proponit: quia hæc sæpius incidere solent: vt in Euangelio Doctorum, in quo Ecclesia Catholica ostendere vult, Doctorem illum, de quo festum celebratur fuisse salem, fuisse lumen, fuisse ciuitatem, ac tandem fuisse vnum quendam ex ijs, qui sunt maximi in regno cælorum. Si ergo vis in homiliæ modum hoc Euangelium sæpius exponere, poteris modò de sale, modò de luce, modo de ciuitate in monte posita, modò de mandatis minimis, & mandatis magnis, deq. eo qui magnus, & qui minimus est in Regno cælorum, paulo latiùs dicere: idque nunc confirmationi, nunc confutationi potiùs insistens. Quod genus dicendi in eo tantùm distabit a locis communibus, quòd hîc cuncta declaras, ibi verò vnum tantummodo quiddam tibi tractandum proponis. Quare & quoad exordium, & epilogum discrimen etiam erit. Nam hîc commune est exordium & communis Epilogus: ibi verò eiusmodi debent esse, vt ei propriè conueniant loco, quem tractas.

Præterea confirmationes & confutationes diuersæ fieri poterunt, si concionandi modum mutemus, modò homiliam conficientes, modò locum tractãtes communem, modò mix-

tam tenentes concionandi viam. Porrò si locum tractamus communem, nunquam noua concio deerit: multa enim sunt loca communia: imò in vnoquoq. loco multæ partes: de quibus apposité dices, si inuētionis præcepta teneas, si te in ijs sedò exerceas, si disponendi artem intelligas, deniq. si libros verses. At libri, si noui accedant, nouos tibi suggerent conceptus.

Quòd si concionandi modum mutes, diuersam tibi iuxta illum Narrationem, & diuersum Epilògum ex ijs præceptis, quę suo loco tradidimus, conficies.

Si quis autem velit Euangelio adsuere & adnectere Sancti alicuius, de quo festum celebratur, exempla; patebit campus latissimus. Cùm enim nulla sit vita Sancti, in qua multa non sint prædicatione digna: nunquam in eiusdem sancti festo deerit noui quod dicas: præsertim si amplificandi regulis vtaris. Nihil ergo est quod timeas de eadem re sæpè, & ad eosdem dicere auditores.

Caput IX. qua ratione de Epistola tractari possit.



Am vt aliquid de Epistola dicamus, primùm constituimus, à viris doctissimis nonnunquam de ea sola, sicuti de Euangelio, confici concionem. Vbi notandum, Epistolam commodiùs quàm Euangelium diuidi, & ex ea diuisione fieri magis perspicuam, & tractabilem. Exempli gratia in Epistola B. Iacobi, in qua iubet nesimus auditores verbi tantùm, sed factores, Ecclesia nos dispo-
Iacob. 1.
nere vult, vt ad Spiritum sanctum recipiendum operibus præsertim misericordiæ disponamur. Monet ergo B. Iacobus vt simus factores: dissuadet verò loquacitatem, quæ distinere solet atq. impedire homines, quò minùs in operibus prēstādis diligentiores sint. Sed si quis quærat quænam sint bona opera præstanda; subiungit opera misericordiæ, quibus præsertim vacandum est.

Sed

Sed nonnumquam vtile esset ex Epistola simul, & Euangelio, quæ in vnum quendam scopum referantur, vnam facere aptam Ecclesiæ spiritui concionem. Porrò spiritum Ecclesiæ eruere non est in quibusdam festis, temporibusúe difficile. Vt in vigilia Ascensionis, cùm Ecclesia nos vult ad Ascensionem Christi celebrandam inuitare, in Euangelio refert Christum rogasse Patrem pro sua glorificatione, quæ in Ascēsione vel maximè cœpta est: quo loco docet, & nos pro nostra spirituali glorificatione debere orare. In secunda verò Euangelij parte, ne nos, absente Christo, animum despondeamus; docet nos, ei suos discipulos maxime curæ fuisse. Confirmat hoc in Epistola Beatus Paulus, prædicens nobis, de cælo multa nobis dona obuentura, si descendamus primùm: ita enim fiet, vt ascendamus mox cū Christo, & cælestibus donis perfruamur. Quòd si roges, vnde in ceteris festis colligere possis Ecclesiæ spiritū, vt ei accomodes Euangelium, & Epistolam: legito quæ cap. 5. docuimus. Interim satis est vnicum exemplum attulisse. Iohan. 17.

Caput. X. quibus partibus constare debeat concio, in qua vel Ecclesiæ ceremoniæ, vel fidei dogmata explicātur.

EST veluti quartum concionandi genus id, quo ceremonias explicamus: vt si in Feria quarta Cinerum, tota concione de illa cinerum ceremonia tractaremus; vel die resurrectionis, de Cereo, ceterisq; alijs eius modi. Simile est si de vna quadam circūstantia, quam Festi historia continet differamus: vt in die Natiuitatis Domini, de stabulo, vel presepio; aut in die Passionis, de cruce: aut in die Ascensionis, de monte, & nubibus: aut in die Pentecostes, de igne, & sonitu. Eiusdem generis est illa concionandi ratio, qua statutis ab Ecclesia diebus, agimus de Sacramentis: vt in die Resurrectionis, de baptismo; in die Penthecostes, de confirmatione. Hùc pertinet explicatio mandatorum, & articulorū fidei, & ceterarum doctrinarū & orationum, quæ in Ecclesia

in cunctorum ore versantur.

Hæc certè non sunt prorsus à concionatore prætermittenda, cùm tantopere à Sancta Synodo Tridentina de ijs cōcionari iubeamur. Quare si posset hisce rebus explicandis tempus statui congruum, benè se res haberet: sin minus; vtinam quemadmodum breuiter Euangelicam historiam enarramus, ita, vbi dies incidit, quo Ecclesia nobis hæc proponit, de ijs breuiter saltem & strictim ageremus, neque prorsus ea pateremur à populo ignorari.

Sed si quis huius rei conficiendæ modum à me quærat; hæc accipiat. Primum quidem si ceremoniæ explicandæ sint, oportet eas narratione perspicua exponere, ostenso imprimis generaliter Ecclesiæ spiritu: deinde verò per singulas partes discurrendum est, spiritu particulari, qui in illis latet, commostrato. Ad hoc autem præstandum specialia instrumenta nulla alia sunt, quàm libri, si quos habeas de hisce argumētis. Sin minùs; extat saltem Rationale, & alius quidam Beletus. Sed & Hosius
3. p. à. q. nōnulla in disputatione de ceremonijs commemorat. Quod
60. vsq. ad verò attinet ad Sacramenta est tibi in promptu sanctus Tho.
89. Sed proponamus exempla. Si ceremoniam illam cinerum explicare velles, dicendum tibi esset, id tempus cinerum ab Ecclesia statutum, vt publici peccatores publicam agerent pœnitentiam: idque publica illa cinerum ceremonia demonstrari. Porrò cinis terra est adusta: peccator autem terra etiam adusta peccatis est & in cinerem sterilem, & inutilem cōuersa. Adhæc cinis imponitur peccatori in fronte, vt publicè humilietur, & intelligat, in cilicio, cinere, lacrymis, & ieiunio sibi esse pœnitendum. Sed sciendum est nō ita esse pœnitēdū, vt faciūt tristes hypocritæ glorio!æ cupidi, sed vt decet peccatorē, qui à Deo tātū accipit beneficium, vt ad misericordiā recipiatur: nimirum pœnitendum cum ea humilitate, vt nolit quidem peccator honorari, sed vt cineres, pessundari. Sed sacerdotes, quos maior decet sanctitas, quiq. coronā habēt regiam, in ea cinerem recipere debent, vt intelligant, si quando officij sui immemores deliquerint, maiorem sibi esse agēdam pœ-

nitentiam


nitentiam: nam quò quis altiori situs est loco, eò grauius eius est peccatum. De Sacramẽtis, ceterisq́; rebus, quas ceremonijs assimilauimus, idem planè dicendum. Nam in ijs à potissimo & generali instituto sumentes initium, & rei summam in compendium redigentes, per singulas partes progredi debemus, illarum spiritum explicantes.

Quod verò attinet ad orationes, mandata, articulos fidei, & id genus alia permulta, quæ in Ecclesia ex Concilij Tridentini mandato explicanda sunt, expositione tali agendum est, quali vtimur ad sacram Scripturam interpretandam: quo de genere alio loco disseruimus. Ego verò, si quando id mihi se offert faciendum, primùm scopum indico; deinde iuxta illũ rem diuido, demum singulas partes expositione ita illustrare nitor, vt vel paruulis faciles ad intelligendum sint.

Qua quidem in re præterire non possum quòd sine magno incommodo fieri video. Negotium hoc quibusuis committitur: cùm tamen reuera, sicubi eruditio, acumẽ, prudentia, industria necessaria sunt; in docendo maximè pueros, & rudes homines altissima fidei mysteria, requirãtur. Mihi quidem facilius multo est aut concionari, aut prælegere, quàm vulgus imperitum in sacris fidei mysterijs instituere. Agendum enim cũ eo est similibus quibusdam ex quotidiano vsu & consuetudine petitis, & phrasi quadam perspicua, vocibusq́; communibus: ita tamen vt magnopere caueamus, ne res supernaturales impiè aut ineptè intelligat. Est quidem hoc non mediocris laboris, atq. industrię. Nam Matth. 16. cùm Petro Dominus Ecclesiæ claues tradebat; primò quidem, & secundò dixit. *Pasce oues meas*, Tertiò verò, cùm amorem iam ter à Petro exegisset, dixit, *Pasce agnos meos*: insinuans in docendis pusillis & ignaris accuratiorem adhidendam esse diligentiam. *Matt. 16.*

Caput. XI. qua ratione de Festis concionandum sit.

Postre-


Ostremum restat concionis genus, quo de festis tractamus. Festa autem triplicia sunt. Quædam enim fidei mysterium aliquod, vel quasi mysterium referũt: quædam rei gestæ historiam: quædam verò vtrunq. complectuntur.

Quę fidei mysterium referunt, rara sunt: vt festum Trinitatis, Spiritus sancti, Conceptionis virginis. Quae rem gestam referunt, sunt festa Sanctorum. Quæ vtrumq. complectũtur, sunt omnia ferè Christi, & Virginis mysteria: vt Incarnatio, Natiuitas, Circumcisio, & reliqua vsq. ad Ascensionem in cælum, & Spiritus sancti missionem,

De his ergo omnibus quo pacto concionandum sit, nobis est dicendum.

Si festum sit Sancti alicuius, eiusq. sit vita laudãda; genus hoc encomiasticum est, siue demonstratiuum. Et quidem sunt nõ nulli, qui in principio tantùm, aut in fine concionis, quædam de Sancti laudibus dicunt: sed ex antiquis Patribus multi, integrã de ijs conficiebant concionem. Si in principio aut fine breuiter laudandus sit sanctus: facile est eius vitæ historiam incompendium redigere, summis tantùm eius capitibus enumeratis. Sed si tota de laudibus Sancti concio agere debeat: id quidem, meo iudicio, fieri multis modis potest. Possumus enim constituere, quibus ex rebus homines coram Deo laudabiles sint, vt hoc præmisso, eas res, in sancto de quo agimus reperiri doceamus. Possumus item dicere, inter admirabilia Dei opera, Sanctos quidem opera esse multò omnibus admirabiliora; maximè verò eos, qui vita magis conspicui sunt; qualis est is de quo festum celebratur. Similiter possumus initium sumere dicentes, voluisse Deum, insignia quædam homibus proposita esse ad imitandum exempla sanctitatis; ne cùm ad perfectionẽ eos excitamus, & impellimus, caussari possint, solum Christum, vt pote Deum, potuisse perfectum esse; immò apertè videant, homines quosdam fragiles, ad perfectionis fastigium peruenisse, diuino adspirante fauore, qui neq. vnquam vllis denegabitur.

His

His ergo modis, aut alijs similibus confici potest concio de Sanctis. Sed vtile est vitam eorũ in partes distribuere, vt perspicua magis sit, meliusq. percipiatur. Poterunt autem huiusmodi concionis fieri confirmatio, & confutatio, quibus & moneamus homines, exemplo Sancti proposito, vt ad perfectionem adspirent, & eosdem reprehendamus, quòd nullis vnquam tantorũ Sanctorum exemplis meliores facti sint: Qua occasione, poterit nostri temporis luxus, & caritatis frigiditas acriter reprehendi. Exordium verò (nisi fortè velis vti exordio communi) peti potest ex rei tractandæ magnitudine, aut aliunde: vt superiꝰ docuimus, cùm de ratione conficiendorum exordiorum ageremus. Epilogus erit accõmodatus, si ea quæ in Sancto conspicua magis sunt, in pauca conferantur, & eo exemplo homines ad sanctitatem inuitentur. De his satis est nonnihil insinuasse, nõ tam vt certa pręcepta, quæ vix tradi possunt, quàm vt exempla concionis habeant lectores, ad quorum se imitationem conforment.

Sed hoc concionis genus elocutionem postulat perspicuã, & suauem, actionem verò placidam, & modestam; præterquam cùm ad vitia reprehendendã digrederis. Memoria verò facilis est, si concionem ordine distribuas. Est vero instrumentum inuentionis, lectio librorum, quibus Sanctorum vitæ continẽtur. Extant nostra ætate (Christo domino gratias) plurima huius generis monimenta: Extat Lipomanus, extat Surius, & nouæ quotidie huiusmodi historiæ prodeunt.

In Festis verò, quibus fidei aliquod mysterium celebratur, agendum est in concione de mysterio tanquam de loco communi. Explicãdum enim mysteriũ est, docendumq. quisnam ex eo fructus populo accrescat. In explicatione autem, similibus, & testimonijs agere oportet, ad ea, quæ ex Theologia, vt vocant, Scholastica petuntur, populo declaranda. Qua tamẽ in re, prudentia opus est maxima. Methodus à fine petetur aptissimè, si dicamus, Deum voluisse reuelare, quæ & nostrũ ditarent, intellectum, & inflãmmarent voluntatem, & fidem exercerent, & Deo honori essent, quippe cùm in eo maximo-

pere

alio concionis genere, nihil est prætermittendum, quod ad fidem & ad mores spectet: tametsi, pro ea quam maximè elegerimus concionandi ratione, quædam breuiter attingẽda sint, quædam vero explicatiùs, & ex professo tranctada.

Sed iam, si desiderat lector exẽpla, quibus ea quæ toto hoc capite diximus illustrentur; legat huius operis sequentem librum, vbi varijs concionibus propositis, facile erit artem ipsam eiusq́ vsum simul intelligere.

Hæc habui quæ de generibus concionandi dicerem. Quòd si aliqua prætermissa videantur, sic habeat lector; demonstrari omnia digito nec posse, nec debere: nam cum ijs nũc agimus, qui Sanctum Thomam legerint, & euoluerint, quiq́; eum librum (si quandò in lucẽ prodeat) quem de comparanda Sapientia scripsimus, consuluerint, & locorum communium alueos, & indices, quos ibi indicauimus, sibi confecerint. Cum enim non facile concionator, tunc primùm quando concionem recens componit, possit omnia quæ necessaria sunt conquirere, & reperire: necessariũ est hisce subsidijs, & promptuarijs omnino eum esse instructum. Multa enim sunt ei necessaria quæ retinere quidem omnia memoriâ non possunt: itaq. nisi in promptuarijs collocata, & disposita, facilia inuentũ sint; vexabunt & memoriam ipsam, & ingenium, & concionatori maximam temporis partem eripient.

Hactenus præcepta concionandi tradidimus: sequitur iam vt aliqua exempla concionum ob oculos proponamus.

LIB.

LIBER SEXTVS, IN QVO EXEMPLA CONCIONVM ALIQVA PROPONVNTVR.

PRAEFATIO.



Vlta diximus hactenus, quò Christianum Concionatorem ad componendas conciones promptum, expeditumq. redderemus; iterq. simul, & metam demonstraremus concionandi. Nimirum de fine, officijs, & materia concionatoris in primo lib. disserui mus: in secundo de inuentione: in tertio de dispositione in vniuersum, itemq. breuiter de elocutione, actione, & memoria: in quarto de specialibus cõcionatoris instrumentis: & in quinto tandem multò specialiùs concionũ diuersa genera, & earum conficiendarum artem indicauimus. Nunc ergo iam, vt stemus promissis, restat in hoc sexto libro, vt, quò sit nostra hæc ars notior, & faciliùs ad praxim rediga tur, conciones aliquas proferamus in medium, in quibus & inuentionis, & dispositionis, & elocutionis etiam ratio à nobis obseruata, appareat. Hoc enim & multis gratissimũ futurum, mihi renunciatum est; & ipsa etiam res postulare quodammodò videtur. Verùm antequam id præstem, velim mihi lectorem maximè attentum, dum præuia in medium adduco nonnulla.

ADMONITIO.

DVò sunt, quæ me angere, & cruciare vehementer solent, cùm in aliquos diuini verbi ministros attenta consideratione intueor. Primùm enim ferre vix possum nonnullos (acutos illos alioqui, & doctos) quos vel pietatis & sanctitatis specie ductos, vel nescio quo alio nomine, bonarum tædet litterarũ: bonarum, inquam, quas humanas vocant: vt veræ eius Dialecticæ,

lecticæ, quam antiqui Philosophi, & ex nostris D. Augustinus, & D. Thomas assequuti sunt; Rhetoricæ, cui nemo ex sanctis Patribus non incubuit; Astronomiæ, aliarumq. Mathematicarum; Philosophiæ item Naturalis, & Moralis, & Metaphysicæ; præterea etiam historiæ, & linguarum peritiæ; & si quæ aliæ huius generis sunt. Quasi verò hæc, boni ingenij aciem perstringant, ac non potius exacuant; aut Scholasticæ (vt dicitur) Theologiæ studiosis moram, & impedimentum inferant. Hi certè homines magna ex parte, perfectiorem Sacrarum litterarum cognitionem vel non multi faciunt, vel vt rem facillimam, obiter, & quasi aliud agentes attingunt. Si enim seriò in ea versarentur, verum illud esse cognoscerent, quod B. August. in lib. de doctr. Christ. docuit; omnes scilicet has, quas enumerauimus disciplinas, ad intelligenda penitus sacra Biblia plurimùm conferre. Equidem nolo de hisce hominibus quid quā iniuriosè suspicari: tametsi satis magnam ipsi præbent suspicionis occasionem, dum in eo summam sapientiam videntur constituere, quòd argutijs nescio quibus in Scholastico puluere versentur, & ad conciones præterea cum laude habēdas, lectissimos quosdam habeant coaceruatos flores, quibus pulchras quidem eas, elegātes & decoras, sed eneruatas tamen, & vix singulis mensibus singulas elaborent.

B. August. in libr. de Doct. Chri.

Sed & aliud non minùs me cruciat hominum genus: qui totam concionis vim, & suæ spem laudis, in Oratorio artificio collocantes, nihil omnino probant, nisi quod ad Rhethoricæ, & Dialecticæ regulas exactè sit limatum, atq. Ethnicorum floribus aspersum. Hi enim homines, hac solùm lance, omnes concionatores ita perpēdunt; vt quem propiùs vident ad Ciceronis eloquentiam accedere, extollant; quem verò ab ea paululùm discedere, damnent; tametsi doctrinam verè Christianā auditores docuerit, eorumq. corda ad virtutem moueuerit, & excitarit. Ecce quā discrepātes eâdem de re opiniones: quarum vtraque profectò à Sacra Scriptura, Patrumque sanctorum exemplo multùm est aliena. Nam Scriptura qui-

dem sacra, vt facile est videre, arte Dialectica, & Rhethorica ferè semper vtitur; quia & efficacissimè argumentatur, & figuris oratorijs plena est: & præterea cõtinet mathematica scita, & ex alijs scienijs dogmata permulta: Diuus verò Paulus nequaquam bonas litteras reijcit; sed eos tantùm improbat, qui humanæ præsertim eloquentiæ viribus confidunt, & omnem in ea labòrem, omnem diligentiam, omne studiũ collocant. Profectò humaniores artes, comites & ministræ Theologiæ sunt: itaq. obsequium ei præstare, veluti Principi, ac Reginæ debent. Quare sic existimandum est: ei qui humana tractat, licere humanas potissimùm colere disciplinas; at eum qui diuinis rebus est intentus, diuino potissimùm spiritu, deinde arte humana inniti oportere. Quo sensu doctè, & sanctè Beatus Thomas in 1. ad Corinth. Beatum Paulum interpretatur. Non enim humanas artes, damnat; sed earum nimium studium ideò improbat, quòd animorum salus non humanis, sed diuinis potissimùm comparatur instrumentis. Vnde sæpe Dominus ex ore infantium, & lactentium perfectam sibi laudem sumit, atq. per viros sanctos, humiles, & humanis artibus destitutos, Euangelium multo cum fructu prædicari facit: cùm tamen contrà viri docti, & acuti, qui linguis videntur loqui Angelorum, nullos quidem aculeos, sed hebetiora quędam, & obtusiora tela in hominum animos conijciant.

Igitur rectè is facit, qui mediam progressus viam, Sanctos Ecclesiæ Doctores, maximè verò Paulum ipsum imitatur: nimirum oculo dextro in Deum ipsum intuetur, hoc est vim omnem concionis in eius spiritu collocat; oculo autem sinistro humanas respicit artes; hoc est non vllos studiosè humanos flosculos colligit, sed arte Dialectica, & Rhetorica, veluti ministris tantùm vtitur, vbi vel rei natura, vel temporis ratio id videntur postulare. Quid enim? eget ne verbum Dei (quod omni gladio penetrabilius est) humanis ornamentis? Quasi verò absq. ijs sit leue, aut imbecillum.

Quid, obsecro, mundum miserè errantem, ad veram religionis viam reduxit? numquid Ciceronianus decor, an Apostolica simplicitas? numquid aureum aliquod eloquentiæ flumen, an veritas cælestis, diuinus spiritus, & humilis ad Deū Oratio? Vtinam qui incumbunt hisce humanis ornamentis, toto animo in ebibendo Christi spiritu laborarent. Vtinam riuulos nescio quos non consectarentur, sed ex limpidissimo Diuini Verbi fonte sibi aquam haurirent. Nonne enim ars à Diuino Spiritu profecta, præstantior erit quàm Ciceroniana? nonne diuina lex humanæ rationi longe antecellit? Si cælum corporeum præstat elementis; cur methodum, & Rhethoricam cælestem, humana multò nobiliorem non iudicabimus?

Relinquitur ergo ex his, non oportere virum doctum, & pium, Dialecticæ, & Rhetoricæ ita esse adstrictum, vt nihil probet, quod non ad earum regulas exigatur. Nam etsi artem quidem nosse is debet, eamque & in humanis antea operibus exercuisse, & nunc in diuinarum rerum prædicatione exercere: tamen hoc est illi summo studio summaq. diligētia elaborādum, vt quemadmodum humanus orator artem occultat, & dissimulat, ne tædio auditores afficiat, sic etiam, immò multo magis, ipse non eam affectet, sed quæ summæ artis iudicantur, ita dissimulet, vt solo agi Diuino Spiritu videatur. Quare vbi ad concionem habendam accedit, humanaru instrumenta ne contemnet; sed cū diuino auxilio ea coniungens, Deum consulat, & ab eo verba, methodum, & omnia concionatori necessaria & vtilia ita requirat, vt dicere possit: *Non sum ego qui loquor, Sed spiritus Patris mei qui in cælo est:* Et rursus. *Omnia opera hæc operatus est in me Dominus.* Certè enim si spiritu Dei quis agatur, veram Rhethoricam haud dubiè exercebit: quippe quia Deus, qui Rethoricam nostris animis impressit, non erit ipsi contrarius: quinimo maiorem concionatori vim, & splēdorem addet eloquētiæ. Sed iam, cùm hæc admonuisse sufficiat, ad rem nostram Matth. 10.

propiùs accedamus.

ARGVMENTVM.

Cùm propositum nobis sit, exempla singulorum generum concionandi in medium adducere; oportet, quot sint eà genera, ex libro præcedenti nunc in memoriam reuocare. Diximus igitur illa esse tria: alterum quo Scripturam scholastico more interpretamur: alterum quo vnam tantùm eius partem exponimus, & veluti locum communem, percurrimus: tertiũ verò, & vltimum, quod ex vtroq. permixtum est; scilicet quo ita Scripturam totam persequimur, vt de vna quadam parte paulò latius agamus: quo genere & Beat. Chrysostomus alijq. Ecclesiæ Doctores, & viri multi grauissimi vsi sunt.

Rursus primi generis conciones, aliæ sunt, quibus sine vlla ferè arte Scripturam ita interpretamur, vt nullam eius partem cum altera coniungamus, sed singula capita alio, atq. alio sensu explicemus: qui modus frequens in sanctis Doctoribus est: Sed non eget exemplo nostro huiusmodi concionandi ratio; cùm Sanctorum Patrum conciones, & Homiliæ exempla satis luculenta sint. Quamquam illud hîc obseruãdum est; nũquã ferè Sanctos ipsos Doctores sine exordiolo aggredi interpretationem: vt apud Beatum Augustinum in Psalmos videre licet.

Alter modus sub hoc primo genere comprehensus, est quo non sine arte Scripturam ita exponimus, vt eius locum alterum cum altero connectamus, & omnes simul partes ad vnum quendam propositum finem destinemus. Huius concionandi rationis exemplum nũc primùm proponam. In quo & in alijs etiam sequentibus admonere lectores velim, nequaquam me, cùm has conciones præmeditarer, ad regulas artis illas exegisse, sed inuocato Spiritu Sancto mecum considerasse

deraſſe, qua ratione propoſitum mihi Euangelium, ad ſalutem Populi explicarem, ſcilicet Chriſti in comentem, & ſententiā ita aperirem, vt à cunctis (etiam à pueris) facilè intelligi poſſem, & omnium ſimul circumſtantiarum rationem haberem. Quæ omnia ſanctiſſimus ille Cardinalis Borromeus in ſuo de modo concionandi libello, doctè ſimul, & ſanctè præcepit.

Primi concionandi generis exemplum in Feſto Sancti Ludouici Galliarum Regis,

Omni habenti dabitur & abundabitur Lucæ 19. & Matth. 25.

DIuus Paulus in Epiſt. quam ad Philip. ſcribit cap. 3. exordiolo quodam vſus, inquit: *Eadem vobis ſcribere, mihi quidē non pigrum, vobis autem neceſſarium.* Non puduit vmquam veros Chriſti miniſtros, qui non ſuam, ſed Chriſti gloriam quærunt, eadem ſemel, & iterum repetere, dummodo id futurum auditoribus vtile exiſtimarent. Neq. enim bonus pater ſatis eſſe exiſtimat, ſemel aut bis eādē de re filios admonuiſſe ſuos: ſed iterum atq. iterum monet, increpat, coarguit illos, quouſq. ab improba & impura vita, ad honeſtos & probatos mores reuocarit. Igitur ſi ad vitam conſtituendam, & mores infirmandos verbum Dei Chriſtianis hominibus prædicatur dubitandum non eſt: quin ſæpe eadem repetere prædicationem oporteat, donec propoſitum, & exoptatum nobis finem eodem repetito medio conſequamur. Nam ſi populus, nūquam peccandi finē facit: cur nos iiſdem peccatis, non eadem remedia, ſecuti bonos medicos, adhibebimus? Quod cùm de omnibus Sacræ doctrinæ prędicandæ generibus verum ſit, tamen potiſſimùm de ſanctorum vitis populo exponendis eſt dicendum: cùm exploratiſſimum ſit, his exemplis vehementer homines à vitiis auocari, & ad virtutes accendi. Hoc cum ita ſit, ſtatuerā hodierno die, Beati Ludouici laudes, ex hoc eodem ſuggeſto vobis à me iam ſæpe decantatas, iterum in memoriam reuocare. Quod & ſi videbam non defuturos aliquos qui non magnopere.

Exordium à loco tanli.
Propoſitio.
Ex fine.
Exēplum.
à relatis.

nopere probarēt, immò grauiter reprehenderent, quòd hanc iudicent esse rem hominis magna rerum dicendarum inopia laborantis: tamen dummodo vestræ vtilitati consulerē, facile
Ex fine. passus fuissem, me eam hoc nomine existimationē in discrimē vocari. Quamquam & posset Dominus mihi de hoc eodem argumento dicenti noua suggerere, vel nouā ad vetera explicanda viam demonstrare, vel nouum deniq. ijsdem verbis & sententijs spiritum infundere, nouamq. vobis lucem afferre. Hæc igitur vera cum sint, meū iam cœperant animum nonleuiter commouere. Sed quoniam me nunc ad verba potius Euāgelij explicanda, à Dominò vocari sentio; hanc mihi nunc cō-
Redditio. cionandi rationem iucundam esse duco: quam & magis è re vestra futuram fas est existimare. Huic tamen operi dum me accingo, primum de ipsius Sancti Ludouici vita quiddam leuiter attingam: mea enim deuotio non fert, vt ab eius me possim laudibus omnino continere. Cùm igitur multi fuerint Imperatores, & Reges vitæ integritate insignes: tamen Beatus Ludouicus plurimū inter eos excelluit: quippè qui miris quibusdam virtutum actionibus claruit, atq. innumeris grauissimisq. laboribus fuit à Domino probatus. Ille, cùm equitem blasphemantem, timore fortè aliquo, non corripuisset: pœnā à legibus ei peccato constitutam sponte tulit, publicè (tametsi velata facie) flagellat⁹. Ille cœne pauperum reliquias edebat: ijsq. pro sua clementia & humanitate, patris erat loco. Ille non semel in bello primus hostes inuasit: & tandem in tertio bello febre correptus diem suum obijt. Verè habenti datum est: & abundauit misericordia, caritate, & mansuetudine. Habebat quippe Dei gratiam, & operabatur per illam: data verò est ei maior; vnde factū est, vt bonis multò plus operibus abundarit. Sed cùm hæc iam de huius Sancti vita sufficiant; libet ad eiusdem honorem, ipsum nunc Sacrosancti Euangelij contextum explicare. Quod quoniam nisi gratia suffultus diuina præstare non possum, necesse est nunc eam à Domino per Sanctissimam Virginem humiliter precari, &c.

omni

Omni habent. dabitur, & abundabit.

PRouer. cap. 16. docemur, omnia à Domino propter semet ipsum esse creata. Ita enim scriptum est. *Omnia propter semetipsum creauit Dominus.* Verissimum id quidem esse, ex eo constat, quòd ad ipsum, qui prima caussa est (vt in Metaph. Aristoteles demonstrat) tamquam ad vltimum finem omnia reuocantur. Colligitur idem ex Psal. 104. Vbi Spiritus sanctus inquit: *Et dedit illis regiones gentium: & labores populorum possederunt, Vt faciant voluntatem eius, & legem eius exquirant.* Ita Beatus Paulus sæpe repetit, omnia in Christi Iesu gloriam esse instituta: vnde fit, vt omnia dona ab ipso nobis collata, ad ipsius gloriam sint referenda: siue naturalia siue supernaturalia sint; de quibus, meo iudicio Talentorum Euangelium est intelligendum: siue sit gratia gratum faciens, quæ virtutes omnes, virtutumq́. actiones continet: de qua hoc decem mnarum Euangelium licet explicare. Hæc igitur gratia nobis à Deo confertur, vt maiorem rursus per sanctorum operum exercitationem gratiam, & gloriam consequamur. Gratiam quidem contulit Dominus in die primùm Pentecostes immisso Spiritu sancto: Sed cōfert eādē semper in Sacrosancto Eucharistiæ mysterio præsens, quo nos excitat, atq. iuuat, vt semper ad maiora pergamus. Vnde monens nos inquit: *Ambulate dum lucem habetis.* Venturus enim est ad iudicandum, & rationes de collatis bonis exigendas in die iudicij: quas & in mortis nostræ die per Archangelum Michaelem est ab vnoquoq. nostrum exacturus. Hoc est quod nobis hodierni Euangelij parabola ob oculos spectandum proponit. Quare singula eius capita persequamur oportet, vt spiritum in ijs latentem, ad nostram omnium vtilitatem proferamus. *Ex fine.*

Primùm, nobilis homo, de quo in Euangelio est sermo, haud dubiè Dñs noster Iesus Xp̃s est, verus Deus, vereq. & infinitè nobilis: vt ex Spiritu Sāctificationis dato, atq. ex gloriosis-

sima à mortuis resurrectione satis apparet:itemq.ex eo, quòd, vt tradit Paul.ad Rom.1.ex semine Dauid,secundum carnem, factus est homo. Quamquam,tamet si hac ratione nobilis homo secundum carnem, non abs re possit appellari: tamen ex gratiæ plenitudine multò magis nobiles dicitur; cùm speciosus forma sit præ filijs hominum,vnctusq.à Deo præ omnibus participibus gratię suæ;cùm ab humero & sursum,sicut electus à Deo Saul,cunctis praemineat;.cùm in eo omnes tribus terrę benedicātur;ac tandem cùm Sanctus Sāctorum sit, summusq. Sacerdos & Rex, & Magister, & Redemptor,& Via.

Psal. 44. *1. Reg.* 9. *Genes.* 26. *Habr.* 7. *Matth.* 27 *Matth.* 23.

Hic ergo vir nobilis *abijt in regionem longinquam:* Scilicet in cælum. Exiuit enim à Patre, & venit in mundum:iterumq. reliquit mundum,& abijt ad Patrem.Venit quidem factus homo.Nō enim mutauit locum diuinitas: Sed filius Dei, verusq. Deus, qui vbiq.locorum est,ideo interram venisse dicitur,quia in terra factus est homo. Abijt etiam in cælum ,vt homo. Nā postquam ex mortuis resurrexit,ascendens quidem in cęlum; non diuinitate, sed humanitate assumpta locum mutauit:vt eam humanitatem possis dicere in regionem abijsse longinquam.Non ne enim terræ superficies à conuexa summi cæli facie plurimùm est disiuncta?

Iohann. 16.

Præterea abijt *accipere sibi regnum.* Quamquam enim Dei filius,quaten⁹ Deus,omnium rerum est Creator, Gubernator, & Dominus;& item quatenus homo diuinam habens hypostasim, hæreditaro iure,cæli,& terræ est Dominus,Rex, Creator, Cōseruator,Gubernator,atq,Redemptor.tamen diuina sanciuit prouidentia,vt is paulatim Regni totius dominium,possessionemq.quatenus homo,acciperet, & omnia, quæ sibi à Deo conferendà erant;promereretur. Promeruit itaq. Christus suam & Resurrectionem, & Ascensionem: promeruitq. omnem sibi potestatem in cælo, & in terra collatam(nam & in Angelos cunctos, & in Beatorum animos in die Ascensionis est potestatem, & possessionem adeptus) promeruitq. tandem vt in die iudicij, integra hæc illi, plenaq.possessio conferretur, Habuit itaq. cælestis hæc possessio initium,cùm in cæleste re-

Matth.vlt.

ste regnum sanctissima eius humanitas, nobis viam præmuniens est ingressa; vbi supra cælos omnes ad dexteram Dei Patris euecta, a cunctis cæli colis adoratur.

Subiungit iam Euangelista *Et reuerti.* Reuersurus enim est aliquando Christus Dominus ad mundum iudicandum. At longè aliter, quàm venit, est vltimo illo die reuersurus. Venit quippe humilis; reuertetur in maiestate: venit ministraturus; reuertetur ministrandus: venit passurus; reuertetur gloriosus: Venit ea in nos effundens bona, quæ suo nobis est sanguine lucratus; reuertetur de facto lucro exacturus rationem: tandē venit illudendus à Iudæis; reuertetur omnes suos prosternens inimicos. Vnde illud Acto. 2 *Quemadmodum vidistis eum ascendentem in cælum, ita veniet.* *Anaphora. Asyndetō.*

Vocatis autem decem seruis suis, dedit illis decem mnas, & dixit illis: Negotiamini dum venio. Erat nobilis hic homo, pius, prouidus, & diues: itaq. & nolebat seruos suos in otio inertissimo hebescere, & vt maximè poterat, ita maximè cupiebat eos summis præmijs afficere. Antea ergo quàm abiret, decem seruos ad se vocat: quo numero seruos omnes quotquot sunt, debemus intelligere: denarius enim numerus vniuersitatem significat; præterquam quòd & decem insinuat mandatorum custodiam. His autem conuocatis, decem distribuit mnas: nempe vnicuique mnam (omnes enim saluos fieri vult) eisq. ita præcipit: *Negotiamini dum venio.* De præmio quidem, nec verbum vllum additum est in Euangelio. Quòd enim nisi summum & amplissimum præmium à tanti viri nobilitate & liberalitate licet expectare. Is quidem cùm gratis soleat innumeris cumulare homines beneficijs: certè, si quis aliquid laborauerit non digna modò; sed longè maiora laboribus præmia persoluet. *Ab adiunctis.* *à maiori.*

Iam verò mna Græcis (quæ vox latinè reddita, minam significat) monetæ genus erat decem libras valens, & centum drachmarum pondo habens: & erat quædam præterea mensura. Vt moneta est inter ceteras præcipua, legem diuinam significat, in qua perfectionis summa comprehenditur: obseruatio enim diuinorum mandatorum, integram continet perfectionem.

nē. Decē libras cōtinet mna: & decē cōprehēdit diuina lex pręcepta iustitiæ, quę omnia in vnico illo dilectionis pręcepto sūt inclusa. Ergo cū ea, quā nobis cōtulit Dñs mnā, nihil aliud sit, quàm ipsa diuina lex: nostræ sunt partes, ad vltimū vsq. vitę spiritū eā custodire, Christiq. Iesu gloriā quęrere, vt per eius merita pręmiū nobis æternū cōparemus. Vtinā, o viri Christiani, no-
Optatio. bis ita esset persuasum, diuinā legē, & spiritū esse nostrā omniū hęreditatē; vt cùm Dauide diceremus: *Portio mea Dñe dixi, custodire legē tuā.* Et, *In præclaris funes mihi ceciderūt.* Vtinā collatā sibi mina non Christiani quodā modo cōtēnerēt, atque abijcerēt. Christianas enim minas Christus Iesus, hominibus Christianis ōctulit: nimirū filijs suis, lege hac noua, perfecta & spirituali viuētibus; nō illa veteri, quæ Iudęis data est, aut naturali, quā nullus hominū nō habet in corde impressam. Ergo si mi-
Ex fine. nā Euāgelici spiritus accepisti; cur nō eā tu vir Christianus, sed solam legis minam retines? At nequaquam certe Dñs, minam Euangelicam ijs dat, qui negociari nō valeāt: quinimo simul cum ipsa mina, spiritum etiam, & ad negociandum & caritatē largitur. Non enim aut Scriptam, aut lumine naturali notam legem, sed nouam dat per docentem Spiritum Sāctum, simulq. robur conferentem atq. fortitudinem. Igitur legem spiritualem per operatorem Spiritum vobis datā, Auditores, diligite, amate, amplectimini; & collatam vobis eius minam pro dantis dignitate, diligentissimè negotiamini.

Ciues autem eius oderant eum. Vidistis quantus, qualisq. hic princeps sit, quamq. æquum esset, vt eius ciues lętitiam ex eius honore acciperent, faustaq. illi omnia cuperent, atq. felicia. At illi multò aliter: quia scilicet eum odio prosequebantur. Christi ciues hoc loco primùm Iudæi sunt, qui eandem patriā Iudæam incolebant, quiq. ex eodem Patre Abrahamo descendētes humano quodam ei vinculo cōiungebantur. Sed his accedūt impij Christiani, qui cū fidē habeāt, & Ecclesiæ Catholicæ ciues sint: tamen tātùm abest, vt Christi sint amici vt potiùs impium ei bellum indixisse videantur. O immensam, & infini-
Ab effectis. tam Christi Iesu benignitatem, & clementiam, qui quos sibi videt esse hostes, non dubitat ciues appellare. Sed illis qui

dem est ipse ciuis: illi vero contrà hostes ei sunt. Ergo hi Christiani pessimi & tanto nomine indigni, hi, inquã, verè sunt, qui Christum odio habent. At quis audire sine acerbissimo dolore potest, hominem vspiam vllum, qui Christum Dominum nostrum oderit, reperiri? O rem auditũ nefandam! Bonitatem ipsam, Deum ipsum, pro te effectum hominem, & in te tam beneficum, & liberalem odio habebis? Qui tibi sensus? quę mẽs? quis animus? Sed videamus iam qua ratione miserrimi homines adducantur vt tã sceleratum, ac nefarium facinus comittant. Ex Euangelio quidem satis apparet, eam esse caussam cur mũdus Christum odio habeat, quod Christus de malis mundi operibus perhibuerit testimonium. Hoc certè, hoc est huius tã ti mali initiũ, hic fons, hæc origo. Quo enim pacto fieri potest, vt mitem, ac humilem Iesum, humilemq́; eius doctrinam, & vitam, atq; his similes item eius sectatores, superbi non odio prosequantur? Qua ratione pauperem auari, crucifixũ delitijs dediti, vt rem sibi contrariã, & inimicã nõ detestabuntur? Mundus quidem (vt ipse docuit Christus) mundanos habere odio non potest: cõtra verò eos, quos ex mundo elegit Christus ipse, nõ odisse nõ potest. Lege Amos: 5. *Odio habuerunt corripientem in porta.* &c. & 2. Corinth. 4. *Inimicos crucis Christi.* &c.

Admiratio ab effectis. Antithon.

à paribus contrarijs.

Hi sunt igitur ciues, & hæc odij caussa: nũc quod, & quale odiũ hoc sit, breuiter videamus. Odium hoc illud est, de quo scriptũ est: *Odio habuerunt me gratis:* De quo etiã: *Qui cõfitetur se nosse Deũ, factis autẽ negãt:* hoc est labijs Christũ crucifixũ honorãt, eiusq́. cruci debitã externè reuerẽtiã deferũt; cũ tamẽ ab ea, & ab exẽplo, quod nobis in ea Xps reliquit, cor habeãt omnino auersum. Amãt quidẽ impẽsius sæcularia, & terrena oĩa mũdani: eoq́. dũ amore rapiũtur, fit, vt quę cõtraria illi sunt ferre nullo modo possint. Hoc autem odium tantum est, quãtus ipse, à quo manat, rerũ sæculariũ amor.

Et miserũt legationẽ post illum &c. Nõ quidẽ ijs tãtũ, quæ dicta sunt, huiusmodi odiũ cõtinetur, sed lõgius, latiusq́. multo diffũditur. Non enim solũ hi flagitiosi homines Dominum suum odio habẽt atq. absentem debitis prosequi nolunt officijs, sed eius planè auctoritatem contemnere, & imperium respuere

à peri.

tentant: scilicet ad eum legatos decernentes, quibus nolle se ampliùs eius ditioni parêre audacter affirmant. At, qui sunt homines, qui tam audacem, tam impudentem, tam nefariam decernere audent legationem? Hi certè nulli alij sunt, quàm illi, de quibus sæpè conquestos vidimus Prophetas: vt Ieremiã dicentem, *A Prophetis Israel egressa est pollutio in omnem terram:* et de quibus etiam illud intelligitur, *Volebant opprimere os eius de multis calumniantes:* et rursus, *Inimici hominis domestici eius.* Hi scilicet sunt, qui 2. ad Corinth. 3. & 4. verbum Dei adulterare dicuntur: de quibus dixerat iam antea Ierem. cap. 9. *A Propheta ad Sacerdotem omnes loquuntur mendacium.* Hos enim audimus passim affirmantes, posse aliquem absq. peccato, certis nescio quibus conditionibus, quas nullus vmquam obseruat, & falsa quadam bonæ intentionis specie, ambire honores, atque diuitias, abdere se in uoluptates, choreas ducere, laruatum, siue personatum incedere, comœdias prophanas, atq. adeò impudicas agere, vel audire, impurissimis mulierum, & virorum conuentibus, quos vocant *Saraos* interesse, faciem fucare, corpora ornare, amplissimas domos cõstruere, saltare, ludere, ambulare, otiari, & alia deniq. multa huiusmodi facere, quibus homines miserrimi in peccatorum mille genera inducuntur. At, quid aliud hoc est, quàm Christo Domino nostro regnum & imperium adimere? Nolumus (inquiunt hi homines) regnare Christum crucifixum: nolumus regnare eius humilitatem, paupertatem, mortificationem, pœnitentiam; quæ omnia non verbis tantùm ipse docuit, sed Cruci etiam affixus, & crudelissima tormenta passus exemplo suo ad viuum expressit. Sunt profectò ex confessarijs & concionatoribus, qui crucis regnum Christo Domino nostro sic eripiant, & velint potiùs mundi honores, diuitias, & voluptates regnare. His autẽ omnibus applaudentes Auditores immodicas sibi licentias vsurpãt & Christi opprobria, flagella, Crucem, & omnia deniq. Euangelica consilia sibi parùm conuenire arbitrantur Consilia (scilicet inquiunt) hæc sunt, non præcepta: Capuccinis, & pauperculis quibusdam hominibus, aut mulierculis sunt accommodata;

non

non ijs, qui in mundo versantur; quos nimirum oportet, omnibus ijs, quae hominum vsu recepta sunt, sese conformare, mundi pompam & faustum sequi, suæ denique dignitatis, & vitæ conditionis nequaquam obliuisci. Quasi verò non omni creaturæ Dominus iusserit Euangelium prædicari. Quasi non in quolibet statu, & vitæ conditione, euangelicam liceat perfectionem retinere. O ignorantiam! o caecitatem! o dementiā incredibilem! O miseriam hominum verissimis lacrymis deplorandam! Vidistis ergò iam, viri christiani, qui sunt hi homines perditissimi, qui ad Christum dominum nostrum, tam impiam & nefariam decernere legationem non recusant.

Sed, si quid Dominus legatis responderit, rogetis: certè de hac re nullum in Euangelio verbum. Dominus enim, vt testatur Esaias cap. 42. tacet, & silet, atque, vt parturiens, tempore cōgruenti loquetur, dissipabitque, & absorbebit simul. At mūdani homines, cùm per Domini patientiam, de vitę mutatione admoneantur, tantum abest, vt sic meliores fiant, vt potiùs hinc ad peccata sumentes occasionem, iram sibi Domini thesaurizent. Dominus autem, cùm in die iræ, vindex peccatorum sit venturus, debitas flagitijs, ac sceleribus repet ab vnoquoque pœnas. Sed quis hanc vltionem domini, cùm vel in breui exarserit ira eius, vt Psalmo 2. dicitur, poterit referre? Id quidem sanctissimus Dauid explicare non valuit, sed horrēs, & tremens obmutuit, atque epiphonema subiungens dixit, *Beati omnes qui confidunt in eo*: quasi dicat: cùm acerbissimam hanc Domini vindictam explicare non valeam, hoc censeo tantùm ad piorum consolationem addendum.

Sed iam satis de ijs hominibus dictum est, qui perfectissimam Euangelij minam reijciunt, & lege tantùm se contentos esse affirmant: cùm tamen nec legem quidem ipsam custodiant; quippe qui is, qui verè custodit legem, consilia non potest euangelica negligere. His igitur omissis, nostrum ad eos sermonem conuertamus, qui minam, à Domino negociaturi acceperunt; quamquam non sint omnes ex Domini

præcepto negotiati.

Igitur cùm per hos tres famulos, quibus Dominus minas tradidit, omnes fidelium, qui in Ecclesia sunt, status significentur; quia scilicet alius famulus statum incipientum, & proficientium significat, alius profectorum, alius deniq; ceteram hominum turbam; intelligendum est, eos qui ad priores duos status pertinent, fuisse negociatos, reliquos autem segnes, & ignauos, suam in sudario minam reposuisse. Quare & illi primi, diggnum industria sua præmium tulerunt: his autem vltimis segnibus, & negligentibus ademit Dominus minam: quam & alijs, qui decem minas lucrati fuerant concessit: ijs scilicet, quibus in suæ industriæ premium, super decem ciuitates dederat potestatem. Quare ijs qui iam habebant, data mina est, vt magis abundarent.

Sed hoc quidem si adamusim exponendum sit, non modicam habet difficultatem. Primùm enim, cùm in Euangelio, decem fuisse datas minas appareat: videndum est, cur negociatores dicant, *Mina tua*, in numero vnitatis. Deinde inquirendum est, quænam sint hæ ciuitates. Tertio, an ei, cui sublata est mina, sit aliqua simul pœna irrogata. Tandem, cur adempta mina, sit habenti concessa.

Primæ quæstioni facile respondere possum, numerum aliũ pro alio esse positum, cùm cunctæ minæ vnius generis sint, & vulgò per tropum, vnitatis numerus, pro numero multitudinis soleat vsurpari. Sed aptius respondeo, verbum, & spiritum Dei, scilicet Euangelium, pro Euangelio spiritu sumptum, vnicam esse rem, virtutes omnes, omniaq; dona complectentem; vnicam videlicet minam, qua fidelis homo decem minas lucratur, hoc est perfectam decem mandatorum custodiam.

Sed expendere hoc loco æquum est serui boni humilitatẽ, qui non se decem minas acquisijsse dicit: sed *Mina*, inquit, *tua decem minas acquisiuit*, vt omnem facti lucri gloriam vni Christo deferret: quod & fecit Paulus illis verbis: *Non ego, sed gratia*

tiæ Dei mecum. Nam cùm meritum quidem à gratia, & libertate proficiscatur: tamen potissima eius ratio, & origo, gratia est.

Iam verò ciuitatum nomine, æterni & cęlestis regni præmia significantur: vt verbis illis significauit Dominus, *Sedebitis in regno meo &c.* Itaque ij, quibus decem ciuitates donantur, sunt quos Dominus ipse Matth. 5. vocat magnos in regno cælorum: ij verò quibus donantur quinque, sunt illi, qui cùm minores sint meriti, non tam ampla præmia reportant. Quis igitur est, qui hæc tam præclara, tamq; illustria non appetat regna? Si mortalia bona homines expetunt audissimè, & paruis, aut mediocribus non contenti, semper animo ad maiora feruntur: cur ad cæleste: hoc decem ciuitatũ regnum non adspirant? cur non pro eo certant? cur non ad id omni contentione omniq; conatu nituntur? Sed videamus iam, quinam illi sint, qui minam in sudario reposuerunt; quiq; cùm neque decem, neq; quinq; sint minas lucrati: neq; decem neq; quinq; ciuitatum regnum adipiscuntur: immò collata sibi mina priuãtur. Hi certè sunt quidam homines, qui iudicant quodammodo, Deum ab hominibus, molestum quoddam, & humanis viribus impar obsequium postulare. Sunt enim reuera quidam iniqui diuinarum rerum æstimatores, qui hoc quasi nomine Deum ipsum accusare videntur; cùm aliquos vident pios viros subtristes, atque demissos, qui quidem omni mente, & cogitatione in diuino obsequio versantur, quiq; diuinorum beneficiorum, propriæque indignitatis, ac miseriæ recordatione anguntur, & contabescunt. Metit (inquiunt illi) Dominus quod non seminat, & tollit quod non ponit: quippe quia cùm legem quandam difficilem in humanis mentibus seminauerit: tamen non simul vires hominibus addidit, quibus tanto oneri pares esse possint. Certè (inquiunt) cùm Dominus hominem sibi ipsi reluctantem effinxerit, hoc est malis inclinationibus obnoxium; non eum vsque adeò integrum, perfectum, spiritualẽ atq; cæleste iure requirit. Matth. 5.

Quibus

Quibus quidem rationibus adducti, præcepta solùm negatiua, vt non occidere, non mœchari, obseruant: at verò ad ea quæ pias & sanctas actiones, maximè verò proximorum commodum respiciũt, nulla omnino ratione animum appellunt, itaq. collatam hanc sibi minam in sudario reponunt. At, quid collatam sibi minam dico in sudario repositam? Hoc profectò non ita accipiendum est, vt eos, qui Deo obtemperare nolũt, habere vlla ratione minam intelligamus: nisi quod cum fidem habeant mortuam, & in gratia se existiment esse, habere quodammodo minam extrinsecus videntur. Quare in sudario quidem eam inuoluũt: hoc est, (sicut alius ille Matth 15. qui talentum in terram abscondidit) in vilibus, & terrenis rebus occultant: nimirum diuinam legem abijciunt, & obliuioni tradunt, dum corporis sunt tantummodò voluptatibus intenti. At hos Dominus veniens reprehendet, & quo se tueri cogitant argumento, in eos ipsos retorquebit. Si enim me (inquiet) arbitramini seuerum iudicem, & vindicem, qui tollam quæ non posui, & metam quæ non seminaui: cur non hoc timore perculsi, efficere nitebamini, vt aliquam venienti mihi rationem facti de mina lucri reddere possetis? Poteratis quidem multas lucrandi inire rationes: poteratis alios de lucro consulere, societatem eius faciendi caussa coire, & sic tandem prudenter negociari: vnde si non magnum factum esset lucrum; tamen vel id saltem fieri potuisset, quod nummularijs ex pecuniæ permutatione obuenire solet. Cùm igitur hoc facere neglexeritis, æquum est vt mina vobis auferatur. Itaq. in gehenna quid quid spiritualis boni habebatis à Deo ad bene operandum infusi (nam character ad operandum potestas est: non enim infusa est operandi virtus) id vos prorsus deficiet: atq. ita bonis destituti, veluti ligna arida, acerbissimo igni in perpetuũ cruciabimini. Hæc Dominus.

apostrophe.

Anaphora asyndeton homœoptoton.

Qui vbi hac iusta sententia, iniquos sanctæ minæ contemptores damnauerit: adeptam ab ijs minam, qui ijs minas decem fuerint lucrati, dari præcipiet. Non enim Dominus ea, quæ semel dedit iterum ad se reuocat: quinimò si quis ingratus ea

respuerit,

respuerit; alteri benè merenti impartitur. At verò illi potissimũ impartitur, qui maximè omnium benè meritus est; nã quò quis est humilior, Deumq. magis diligit, eò maiori dignus est præmio, maioribusq. à Domino beneficijs augetur, atq. cumulatur: quamuis longè aliud sit hac de re, illorum hominum iudicium, qui non ex cuiusq. merito, sed ex inopia rem totam metiũtur: itaq. non habenti minas decem, sed ei potiùs, qui nihil habeat, existimant hanc esse minam conferendam.

Ergo iustissimo Domini decreto cõstitutũ est, vt ei qui habet gratiã, detur; ab eo verò, qui nõ habet gratiam, etiã id quod habet auferatur. Quo reuera significat Dominus, omnia in electorum commodũ cedere: præsertim eorum, qui perfecti spiritus decem minas habent: contrà verò miserrimam esse reproborum sortem, quibus nihil omninò post mortem erit boni; quippe quia & mortua etiam fide, quam habent, priuabũtur.

Sed neq. id tantũmodo quod diximus, efficiet Dominus; scilicet tantũmodò cumulatissimis pręmijs pios afficiet, eos punitione verò qui cũ à malis, suo iudicio, abstineãt, pręcepta tamẽ affirmatiua negligunt, sed etiam ab illis impissimis ciuibus qui eius Dominatũ & imperium (vt supra interpretati sumus) respuere tentarunt acerbissimam vindictam sumet nimirum eos, coram seipso, vt grauius supplicium sentiant, iubebit trucidari.

Audistis, ergo ô viri Christiani quid actum, quidq. agendũ à Domino sit: quantũ in obsequendo diuinæ voluntati oporteat nos esse sollicitos: quàm simus æqua lance, absq. personarũ exceptione, secundum opera iudicandi: quomodo de acceptis beneficijs sit ratio reddenda: qua ratione pigri & segnes puniendi sint, impij verò terribili pœna torquendi: quàm deniq. felix sit piorum conditio, præsertim perfectorum. Hæc igitur cũ ita sint; cauete diligẽter ne ita viuatis, vt cælesti, & beatissimo bonorum præmio exclusi, & in profundum inferni barathrum miserabiliter immersi, acerbò igni, perpetuisq. cruciatibus torqueamini. Expendite vobiscum quæ à Domino beneficia acceperitis: neq. si vobis quisquam in via Domini obstre-

Epilogus ab ennumeratione.

O pat,

vmquam timeatis,aut diuinam opem vobis non aliquando af futuram existimetis. Vestram quidem imbecillitatem, & infirmitatem fatemini:ita tamẽ,vt omnipotẽtis Dei vires agnoscatis,& in eo positam esse vobis ad omnia quantũuis difficilia, virtutem arbitremini. Vtimini ergo data vobis mina:& dum mortalis vita manet negotiamini:quando quidem ad cæleste negocium peragendum,& ad Christi gloriam data vobis esse omnia cognoscitis. Hoc enim si feceritis, retribuet vobis dominus gloriam sempiternam.

Ab illis.

Obseruatio de superiore concione.

SIt ergo in primo illo,simpliciq. concionandi genere hoc exemplum. Ad cuius imitationem interpretari etiam Epistolam,aut quamuis aliam scripturę partem discere quis facilè potest. Nam etsi documenta,& præcepta viam docent:reuera tamen exercitatio industriam parit,& facilitatem. In hoc autem exemplo obseruari potest,qua ratione exordio,& narratione & epilogo fuerim vsus(nam confirmatio quidem,& confutatio in omnibus partibus locum habuit)item & qua ratione in uctionis loca,& elocutionis figuras obseruarim. Credo autem equidem hoc sufficere exemplum ei viro,qui vel mediocri valeat ingenio,quiq. labori parcere nolit,atq. exercitationi.

Nõ me latet esse quosdã,qui in hoc genere cõcionandi,subtilia multa,ex ijs quæ in scholis disputari solent,saltẽ pertrasennã,adducunt;scripturæ loca propè innumera ita congerũt,& accumulãt,vt mirũ in ijs consensum, & conuenientiã demonstrent;similia quædã adũt præterea lepida,& acuta;plures veteris Testamẽti figuras referũt;atq. alia deniq. multa id genus præstant iuxta amplificãdi regulas, quas ferè omnes in nostro opere de sacra scriptura amplificanda tradidimus. Sed tamen noster nunc scopus tãtùm est,cuiusq. generis aliquam proponere concionẽ,qua simplicitatis, puritatis,& veritatis doctrinæ exẽplum commostremus,sanctorum Patrum vestigijs insistentes, & populi ædificationi tantum inhiantes,ne aut laudem nostrã quærere,aut Dei verbum aliqua ratione ad alium finem, quã

ad Dei

ad Dei gloriam referre videamur: Quem etiam morem in ijs, exemplis, quæ sequuntur, retinebimus; vt ad diuini verbi decreta & sanctorum Patrum exempla, & Concilij Tridentini de concionatoribus canonem nos totos effingamus.

Admonitio ad lectorem.

ERat, Lector, animi nostri institutum, exempla omnium concionandi generum tibi proponere. Sed cum hoc (quod in alio magno volumine de exercenda sapientia facere cogitamus) nunc quidem hîc præstare non possimus, vrgentibus huius libri editionem amicis; ignoscendum est nobis, quòd post eam quæ supra tradita est de S. Ludouico concionem, alias tã tummodò septem tradamus: primam de S. Iohan. ante portam Latinam: secundam de Dominica Quadragesimę: tertiã de Dominica in Ramis Palmarũ: quartam de Spiritu sancto: quintam de Sanctissima Triade: Sextã & Septimã in Monachæ virginis professione. Has ergo tãtũ conciones nũc accipe: quas cũ nobis concionãtibus, carissimi discipuli raptim, & tumultiaria (vt dicitur) opera exceperint, collegimus nos hinc inde, non quidẽ vlla electionis habita ratione, sed quæ magis ad manũ erãt potissimùm eligentes.

Sed quoniã scio nõ defuturos, qui nõ nisi accuratas, & summo studio elucubratas dicãt in lucẽ profferri debere conciones & eo fortassè nomine nos accusent, quòd vulgari tantũ labore excogitatas, & cõfectas tradamus: hos etiam obsecro, eandem, quam supra dixi, excusationem accipiant.

Et quamuis exempla cõcionũ, quibus de fidei articulis, de diuinis mysterijs, de cæremonijs Ecclesiæ, deq. alijs huiusmodi agitur, hoc loco desiderẽtur: tamẽ ex his paucis exẽplis, quæ adducimus, reliqua poterit lector studiosus, & ingeniosus colligere. Sed neq. tædere quẽquã debet, quòd eiusdẽ generis plura exẽpla tradamus: nã & hoc vtile erit, cũ in eo & inuẽtionis copia, & varia dispositionis ratio magis eluceat. Quòd si quis est, qui aliqua ex ijs quæ humana docet Rhetorica tuisse à nobis pretermissa quæratur: is intelligat, diuinã sæpe Rhetorica, hoc à nobis efflagitare. Quãquã neq. id quidẽ (si rectè perpen-

nopere probarēt, immò grauiter reprehenderent, quòd hanc iudicent esse rem hominis magna rerum dicendarum inopia laborantis: tamen dummodo vestræ vtilitati consulere, facile passus fuissem, meam hoc nomine existimationē in discrimē vocari. Quamquam & posset Dominus mihi de hoc eodem argumento dicenti noua suggerere, vel nouā ad vetera explicanda viam demonstrare, vel nouum deniq. ijsdem verbis & sententijs spiritum infundere, nouamq. vobis lucem afferre. Hæc igitur vera cum sint, meū iam cœperant animum nonleuiter commouere. Sed quoniam me nunc ad verba potius Euāgelij explicanda, à Dominò vocari sentio; hanc mihi nunc cōcionandi rationem ineundam esse duco: quam & magis è re vestra futuram fas est existimare. Huic tamen operi dum me accingo, primum de ipsius Sancti Ludouici vita quiddam leuiter attingam: mea enim deuotio non fert, vt ab eius me possim laudibus omnino continere. Cùm igitur multi fuerint Imperatores, & Reges vitæ integritate insignes: tamen Beatus Ludouicus plurimū inter eos excelluit: quippè qui miris quibusdam virtutum actionibus claruit, atq. innumeris grauissimisq. laboribus fuit à Domino probatus. Ille, cùm equitem blasphemantem, timore fortè aliquo, non corripuisset; pœnā à legibus ei peccato constitutam sponte tulit, publicè (tametsi velata facie) flagellat⁹. Ille cœne pauperum reliquias edebat: ijsq. pro sua clementia & humanitate, patris erat loco. Ille non semel in bello primus hostes inuasit: & tandem in tertio bello febre correptus diem suum obijt. Verè habenti datum est: & abundauit misericordia, caritate, & mansuetudine. Habebat quippe Dei gratiam, & operabatur per illam: data verò est ei maior; vnde factū est, vt bonis multò plus operibus abundarit. Sed cùm hæc iam de huius Sancti vita sufficiant; libet ad eiusdem honorem, ipsum nunc Sacrosancti Euangelij contextum explicare. Quod quoniam nisi gratia suffultus diuina præstare non possum, necesse est nunc eam à Domino per Sanctissimam Virginem humiliter precari, &c.

Ex fine.

Redditio.

omni

Omni habent. dabitur, & abundabit.

PRouer. cap. 16. docemur, omnia à Domino propter semet ipsum esse creata. Ita enim scriptum est. *Omnia propter semetipsum creauit Dominus.* Verissimum id quidem esse, ex eo constat, quòd ad ipsum, qui prima caussa est (vt in Metaph. Aristoteles demonstrat) tamquam ad vltimum finem omnia reuocantur. Colligitur idem ex Psal. 104. Vbi Spiritus sanctus inquit: *Et dedit illis regiones gentium: & labores populorum possederunt, vt faciant voluntatem eius, & legem eius exquirant.* Ita Beatus Paulus sæpe repetit, omnia in Christi Iesu gloriam esse instituta: vnde fit, vt omnia dona ab ipso nobis collata, ad ipsius gloriam sint referenda: siue naturalia siue supernaturalia sint; de quibus, meo iudicio Talentorum Euangelium est intelligendum: siue sit gratia gratum faciens, quæ virtutes omnes, virtutumq. actiones continet: de qua hoc decem mnarum Euangelium licet explicare. Hæc igitur gratia nobis à Deo confertur, vt maiorem rursus per sanctorum operum exercitationem gratiam, & gloriam consequamur. Gratiam quidem contulit Dominus in die primùm Pentecostes immisso Spiritu sancto: Sed cõfert eãdẽ semper in Sacrosancto Eucharistiæ mysterio præsens, quo nos excitat, atq. iuuat, vt semper ad maiora pergamus. Vnde monens nos inquit: *Ambulate dum lucem habetis.* Venturus enim est ad iudicandum, & rationes de collatis bonis exigendas in die iudicij: quas & in mortis nostræ die per Archangelum Michaelem est ab vnoquoq. nostrum exacturus. Hoc est quod nobis hodierni Euangelij parabola ob oculos spectandum proponit. Quare singula eius capita persequamur oportet, vt spiritum in ijs latentem, ad nostram omnium vtilitatem proferamus. *Ex fine.*

Primùm, nobilis homo, de quo in Euangelio est sermo, haud dubiè Dñs noster Iesus Xp̃s est, verus Deus, vereq. & infinitè nobilis: vt ex Spiritu Sãctificationis dato, atq. ex gloriosis-

fima à mortuis resurrectione satis apparet:itemq.ex eo, quòd, vt tradit Paul.ad Rom:1.ex semine Dauid,secundum carnem, factus est homo. Quamquam,tamet si hac ratione nobilis homo secundum carnem, non abs re possit appellari: tamen ex gratiæ plenitudine multò magis nobiles dicitur; cùm speciosus forma sit præ filijs hominum,vnctusq.à Deo præ omnibus participibus gratiç suæ;cùm ab humero & sursum,sicut electus à Deo Saul,cunctis praemineat;.cùm in eo omnes tribus terrç benedicõtur;ac tandem cùm Sanctus Sãctorum sit, summusq. Sacerdos & Rex, & Magister, & Redemptor,& Via.

Psal. 44. *1. Reg.* 9. *Genes.* 26. *Habr.* 7. *Matth.* 27 *Matth.* 23.

Hic ergo vir nobilis *abijt in regionem longinquam:* Scilicet in cælum. Exiuit enim à Patre, & venit in mundum:iterumq. reliquit mundum,& abijt ad Patrem.Venit quidem factus homo.Nõ enim mutauit locum diuinitas: Sed filius Dei, verusq. Deus, qui vbiq.locorum est,ideo in terram venisse dicitur,quia in terra factus est homo. Abijt etiam in cælum, vt homo. Nã postquam ex mortuis resurrexit,ascendens quidem in cçlum, non diuinitate, sed humanitate assumpta locum mutauit:vt eam humanitatem possis dicere in regionem abijsse longinquam.Non ne enim terræ superficies à conuexa summi cæli facie plurimùm est disiuncta?

Iohann. 16.

Præterea abijt *accipere sibi regnum*. Quamquam enim Dei filius,quaten' Deus,omnium rerum est Creator, Gubernator, & Dominus;& item quatenus homo diuinam habens hypostasim, hæreditaro iure,cæli,& terræ est Dominus,Rex, Creator, Cõseruator,Gubernator,atq, Redemptor.tamen diuina sanciuit prouidentia,vt is paulatim Regni totius dominium,possessionemq.quatenus homo,acciperet, & omnia, quæ sibi à Deo conferendà erant,promereretur. Promeruit itaq. Christus suam & Resurrectionem, & Ascensionem: promeruitq. omnem sibi potestatem in cælo, & in terra collatam (nam & in Angelos cunctos, & in Beatorum animos in die Ascensionis est potestatem, & possessionem adeptus) promeruitq. tandem vt in die iudicij, integra hæc illi, plenaq. possessio conferretur, Habuit itaq. cælestis hæc possessio initium,cùm in cæleste re-

Matth. vlt.

ste regnum sanctissima eius humanitas, nobis viam præmuniens est ingressa; vbi supra cælos omnes ad dexteram Dei Patris euecta, a cunctis cæli colis adoratur.

Subiungit iam Euangelista *Et reuerti*. Reuersurus enim est aliquando Christus Dominus ad mundum iudicandum. At longè aliter, quàm venit, est vltimo illo die reuersurus. Venit quippe humilis; reuertetur in maiestate: venit ministraturus; reuertetur ministrandus: venit passurus; reuertetur gloriosus: Venit ea in nos effundens bona, quæ suo nobis est sanguine lucratus; reuertetur de facto lucro exacturus rationem: tandē venit illudendus à Iudæis; reuertetur omnes suos prosternens inimicos. Vnde illud Acto. 2 *Quemadmodum vidistis eum ascendentem in cœlum, ita veniet.* *Anaphora. Asyndetō.*

Vocatis autem decem seruis suis, dedit illis decem mnas, & dixit illis: Negotiamini dum venio. Erat nobilis hic homo, pius, prouidus, & diues: itaq. & nolebat seruos suos in otio inertissimo hebescere, & vt maximè poterat, ita maximè cupiebat eos summis præmijs afficere. Antea ergo quàm abiret, decem seruos ad se vocat: quo numero seruos omnes quotquot sunt, debemus intelligere: denarius enim numerus vniuersitatem significat; præterquam quòd & decem insinuat mandatorum custodiam. His autem conuocatis, decem distribuit mnas: nempe vnicuique mnam (omnes enim saluos fieri vult) eisq. ita præcipit: *Negotiamini dum venio.* De præmio quidem, nec verbum vllum additum est in Euangelio. Quod enim nisi summum & amplissimum præmium à tanti viri nobilitate & liberalitate licet expectare. Is quidem cùm gratis soleat innumeris cumulare homines beneficijs: certè, si quis aliquid laborauerit non digna modò; sed longè maiora laboribus præmia persoluet. *Ab adiunctis.* *à maiori.*

Iam verò mna Græcis (quæ vox latinè reddita, minam significat) monetæ genus erat decem libras valens, & centum drachmarum pondo habens: & erat quædam præterea mensura. Vt moneta est inter ceteras præcipua, legem diuinam significat, in qua perfectionis summa comprehenditur: obseruatio enim diuinorum mandatorum, integram continet perfectionem.

nē. Decē libras cōtinet mna:& decē cōprchēdit diuina lex prę cepta iustitiæ,quę omnia in vnico illo dilectionis pręcepto sūt inclusa. Ergo cū ea, quā nobis cōtulit Dn̄s mnā, nihil aliud sit, quàm ipsa diuina lex: nostræ sunt partes,ad vltimū vsq. vitę spiritū eā custodire, Christiq. Iesu gloriā quęrere, vt per eius meri ta pręmiū nobis æternū cōparemus. Vtinā, o viri Christiani, no bis ita esset persuasum, diuinā legē, & spiritū esse nostrā omniū hęreditatē; vt cùm Dauide diceremus: *Portio mea Dn̄e dixi, custodire legē tuā.* Et, *In præclaris funes mihi ceciderūt.* Vtinā collatā sibi mina non Christiani quodā modo cōtēnerēt, atque abijcerēt. Christianas enim minas Christus Iesus, hominibus Christianis ōctulit: nimirū filijs suis, lege hac noua, perfecta & spirituali viuētibus; nō illa veteri, quæ Iudęis data est, aut naturali, quā nullus hominū nō habet in corde impressam. Ergo si minā Euāgelici spiritus accepisti; cur nō eā tu vir Christianus, sed solam legis minam retines? At nequaquam certe Dn̄s, minam Euangelicam ijs dat, qui negociari nō valeāt: quinimo simul cum ipsa mina, spiritum etiam, & ad negociandum & caritatē largitur. Non enim aut Scriptam, aut lumine naturali notam legem, sed nouam dat per docentem Spiritum Sāctum, simulq. robur conferentem atq. fortitudinem. Igitur legem spiritualem per operatorem Spiritum vobis datā, Auditores, diligite, amate, amplectimini; & collatam vobis eius minam pro dantis dignitate, diligentissimè negotiamini.

Opt.atio.

Ex fine.

Ciues autem eius oderant eum. Vidistis quantus, qualisq. hic princeps sit, quamq. æquum esset, vt eius ciues lętitiam ex eius honore acciperent, faustaq. illi omnia cuperent, atq. felicia. At illi multò aliter: quia scilicet eum odio prosequebantur. Christi ciues hoc loco primùm Iudæi sunt, qui eandem patriā Iudæam incolebant, quiq. ex eodem Patre Abrahamo descendētes humano quodam ei vinculo cōiungebantur. Sed his accedūt impij Christiani, qui cū fidē habeāt, & Ecclesiæ Catholicæ ciues sint: tamen tātùm abest, vt Christi sint amici vt potiùs impium ei bellum indixisse videantur. O immensam, & infinitam Christi Iesu benignitatem, & clementiam, qui quos sibi videt esse hostes, non dubitat ciues appellare. Sed illis qui

ab effectis.

dem est ipse ciuis: illi verò contrà hostes ei sunt. Ergo hi Christiani pessimi & tanto nomine indigni, hi, inquã, verè sunt, qui Christum odio habent. At quis audire sine acerbissimo dolore potest, hominem vspiam vllum, qui Christum Dominum nostrum oderit, reperiri? O rem auditù nefandam! Bonitatem ipsam, Deum ipsum, pro te effectum hominem, & in te tam beneficum, & liberalem odio habebis? Qui tibi sensus? quę mẽs? quis animus? Sed videamus iam qua ratione miserrimi homines adducantur vt tã sceleratum, ac nefarium facinus comittant. Ex Euangelio quidem satis apparet, eam esse caussam cur mũdus Christum odio habeat, quod Christus de malis mundi operibus perhibuerit testimonium. Hoc certè, hoc est huius tã ti mali initiũ, hic fons, hæc origo. Quo enim pacto fieri potest, vt mitem, aè humilem Iesum, humilemq; eius doctrinam, & vitam, atq; humiles item eius sectatores, superbi non odio prosequantur? Qua ratione pauperem auari, crucifixũ delitijs dediti, vt rem sibi contrariã, & inimicã nõ detestabuntur? Mundus quidem (vt ipse docuit Christus) mundanos habere odio non potest: cõtra verò eos, quos ex mundo elegit Christus ipse, nõ odisse nõ potest. Lege Amos: 5. *Odio habuerunt corripientem in porta.* &c. & 2. Corinth. 4. *Inimicos crucis Christi.* &c.

Admiratio ab effectis. Antithon.

à paribus contrarijs.

Hi sunt igitur ciues, & hæc odij caussa: nũc quod, & quale odiũ hoc sit, breuiter videamus. Odium hoc illud est, de quo scriptũ est: *Odio habuerunt me gratis:* De quo etiã: *Qui cõfitetur se nosse Deũ, factis autẽ negãt:* hoc est labijs Christũ crucifixũ honorãt, eiusq; cruci debitã externè reuerẽtiã deferũt; cũ tamẽ ab ea, & ab exẽplo, quod nobis in ea Xps reliquit, cor habeãt omnino auersum: Amãt quidẽ impẽsiùs sæcularia, & terrena oĩa mũdani: eoq; dũ amore rapiũtur, fit, vt quę cõtraria illi sunt ferre nullo modo possint. Hoc autem odium tantum est, quãtus ipse, à quo manat, rerũ sæculariũ amor.

Et miserũt legationẽ post illum &c. Nõ quidẽ ijs tãtũ, quæ dicta sunt, huiusmodi odiũ cõtinetur, sed lõgius, latiusq; multò diffũditur. Non enim solũ hi flagitiosi homines Dominum suum odio habẽt atq; absentem debitis prosequi nolunt officijs, sed eius planè auctoritatem contemnere, & imperium respuere

à peri.

non ijs, qui in mundo versantur; quos nimirum oportet, omnibus ijs, quae hominum vsu recepta sunt, sese conformare, mundi pompam & faustum sequi, suae denique dignitatis, & vitae conditionis nequaquam obliuisci. Quasi verò non omni creaturae Dominus iusserit Euangelium praedicari. Quasi non in quolibet statu, & vitae conditione, euangelicam liceat perfectionem retinere. O ignorantiam! o caecitatem! o dementiā incredibilem! O miseriam hominum verissimis lacrymis deplorandam! Vidistis ergo iam, viri christiani, qui sunt hi homines perditissimi, qui ad Christum dominum nostrum, tam impiam & nefariam decernere legationem non recusant.

Sed, siquid Dominus legatis responderit, rogetis: certè de hac re nullum in Euangelio verbum. Dominus enim, vt testatur Esaias cap. 42. tacet, & silet, atque, vt parturiens, tempore cōgruenti loquetur, dissipabitque, & absorbebit simul. At mūdani homines, cùm per Domini patientiam, de vitę mutatione admoneantur, tantum abest, vt sic meliores fiant, vt potiùs hinc ad peccata sumentes occasionem, iram sibi Domini thesaurizent. Dominus autem, cùm in die irae, vindex peccatorum sit venturus, debitas flagitijs, ac sceleribus repet ab vnoquoque poenas. Sed quis hanc vltionem domini, cùm vel in breui exarserit ira eius, vt Psalmo 2. dicitur, poterit referre? Id quidem sanctissimus Dauid explicare non valuit, sed horrēs, & tremens obmutuit, atque epiphonema subiungens dixit, *Beati, omnes qui confidunt in eo*: quasi dicat: cùm acerbissimam hanc Domini vindictam explicare non valeam, hoc censeo tantùm ad piorum consolationem addendum.

Sed iam satis de ijs hominibus dictum est, qui perfectissimam Euangelij minam reijciunt, & lege tantùm se contentos esse affirmant: cùm tamen nec legem quidem ipsam custodiant; quippe qui is, qui verè custodit legem, consilia non potest euangelica negligere. His igitur omissis, nostrum ad eos sermonem conuertamus, qui minam, à Domino negociaturi acceperunt; quamquam non sint omnes ex Domini

praecep-

præcepto negotiati.

Igitur cùm per hos tres famulos, quibus Dominus minas tradidit, omnes fidelium, qui in Ecclesia sunt, status significentur; quia scilicet alius famulus statum incipientum, & proficientium significat, alius profectorum, alius deniq; ceteram hominum turbam; intelligendum est, eos qui ad priores duos status pertinent, fuisse negociatos, reliquos autem segnes, & ignauos, suam in sudario minam reposuisse. Quare & illi primi, diggnum industria sua præmium tulerunt: his autem vltimis segnibus, & negligentibus ademit Dominus minam: quam & alijs, qui decem minas lucrati fuerant concessit: ijs scilicet, quibus in suæ industriæ premium, super decem ciuitates dederat potestatem. Quare ijs qui iam habebant, data mina est, vt magis abundarent.

Sed hoc quidem si adamussim exponendum sit, non modicam habet difficultatem. Primùm enim, cùm in Euangelio, decem fuisse datas minas appareat: videndum est, cur negociatores dicant, *Mina tua*, in numero vnitatis. Deinde inquirendum est, quænam sint hæ ciuitates. Tertio, an ei, cui sublata est mina, sit aliqua simul pœna irrogata. Tandem, cur adempta mina, sit habenti concessa.

Primæ quæstioni facile respondere possum, numerum aliũ pro alio esse positum, cùm cunctæ minæ vnius generis sint, & vulgò per tropum, vnitatis numerus, pro numero multitudinis soleat vsurpari. Sed aptius respondeo, verbum, & spiritum Dei, scilicet Euangelium, pro Euangelio spiritu sumptum, vnicam esse rem, virtutes omnes, omniaq; dona complectentem; vnicam videlicet minam, qua fidelis homo decem minas lucratur, hoc est perfectam decem mandatorum custodiam.

Sed expendere hoc loco æquum est, serui boni humilitatẽ, qui non se decem minas acquisijsse dicit: sed *Mina*, inquit, *tua decem minas acquisiuit*, vt omnem facti lucri gloriam vni Christo deferret: quod & fecit Paulus illis verbis: *Non ego, sed gra*

tiæ Dei mecum. Nam cùm meritum quidem à gratia,& libertate proficiscatur: tamen potissima eius ratio, & origo, gratia est.

Iam verò ciuitatum nomine,æterni & cęlestis regni præmia significantur: vt verbis illis significauit Dominus. *Sedebitis in regno meo &c.* Itaque ij, quibus decem ciuitates donantur, sunt quos Dominus ipse Matth. 5. vocat magnos in regno cælorum: ij verò quibus donantur quinque,sunt illi, qui cùm minores sint meriti,non tam ampla præmia reportant. Quis igitur est, qui hæc tam præclara,tamq. illustria non appetat regna? Si mortalia bona homines expetunt audissimimè,& paruis,aut mediocribus non contenti,semper animo ad maiora feruntur: cur ad cæleste: hoc decem ciuitatũ regnum non adspirant? cur non pro eo certant? cur non ad id omni contentione omniq. conatu nituntur? Sed videamus iam,quinam illi sint,qui minam in sudario reposuerunt; quiq. cùm neque decem,neq. quinq. sint minas lucrati: neq. decem neq. quinq. ciuitatum regnum adipiscuntur; immò collata sibi mina priuātur. Hi certè sunt quidam homines, qui iudicant quodammodo,Deum ab hominibus, molestum quoddam,& humanis viribus impar obsequium postulare. Sunt enim reuera quidam iniqui diuinarum rerum æstimatores, qui hoc quasi nomine Deum ipsum accusare videntur; cùm aliquos vident pios viros subtristes, atque demissos, qui quidem omni mente,& cogitatione in diuino obsequio versantur, quiq diuinorum beneficiorum, propriæque indignitatis, ac miseriæ recordatione anguntur,& contabescunt. Metit (inquiunt illi) Dominus quod non seminat, & tollit quod non ponit: quippe quia cùm legem quandam difficilem in humanis mentibus seminauerit: tamen non simul vires hominibus addidit, quibus tanto oneri pares esse possint. Certè (inquiunt) cùm Dominus hominem sibi ipsi reluctantem effinxerit, hoc est malis inclinationibus obnoxium; non eum vsque adeò integrum, perfectum,spirituale atq. cæleste iure requirit:

Quibus

Matth. 5.

respuerit; alteri benè merenti impartitur. At verò illi potissimũ impartitur, qui maximè omnium benè meritus est; nã quò quis est humilior, Deumq. magis diligit, eò maiori dignus est præmio, maioribusq. à Domino beneficijs augetur, atq. cumulatur: quamuis longè aliud sit hac de re, illorum hominum iudicium, qui non ex cuiusq. merito, sed ex inopia rem totam metiũtur: itaq. non habenti minas decem, sed ei potiùs, qui nihil habeat, existimant hanc esse minam conferendam.

Ergo iustissimo Domini decreto cõstitutũ est, vt ei qui habet gratiã, detur; ab eo verò, qui nõ habet gratiam, etiã id quod habet auferatur. Quo reuera significat Dominus, omnia in electorum commodũ cedere: præsertim eorum, qui perfecti spiritus decem minas habent: contrà verò miserrimam esse reproborum sortem, quibus nihil omninò post mortem erit boni; quippe quia & mortua etiam fide, quam habent, priuabũtur.

Sed neq. id tantũmodo quod diximus, efficiet Dominus; sed licet tantũmodò cumulatissimis pręmijs pios afficiet, eos puni tione verò qui cũ à malis, suo iudicio, abstineãt, pręcepta tamẽ affirmatiua negligunt, sed etiam ab illis impijssimis ciuibus qui eius Dominatũ & imperium (vt supra interpretati sumus) respuere tentarunt acerbissimam vindictam sumet nimirum eos, coram seipso, vt grauius supplicium sentiant, iubebit trucidari.

Audistis, ergo ô viri Christiani quid actum, quidq. agendũ à Domino sit: quantũ in obsequendo diuinæ voluntati oporteat nos esse sollicitos: quàm simus æqua lance, absq. personarũ exceptione, secundum operá iudicandi: quomodo de acceptis beneficijs sit ratio reddenda: qua ratione pigri & segnes puniendi sint, impij verò terribili pœna torquendi: quàm deniq. felix sit piorum conditio, præsertim perfectorum. Hæc igitur cũ ita sint, cauete diligẽter ne ita viuatis, vt cælesti, & beatissimo bonorum præmio exclusi, & in profundum inferni barathrum miserabiliter immersi, acerbò igni, perpetuisq. cruciatibus torqueamini. Expendite vobiscum quæ à Domino beneficia acceperitis: neq. si vobis quisquam in via Domini obstre-

Epilogus ab ennumeratione.

vmquam timeatis, aut diuinam opem vobis non aliquando affuturam existimetis. Vestram quidem imbecillitatem, & infirmitatem fatemini: ita tamẽ, vt omnipotẽtis Dei vires agnoscatis, & in eo positam esse vobis ad omnia quantũuis difficilia, virtutem arbitremini. Vtimini ergo data vobis mina: & dum mortalis vita manet negotiamini: quando quidem ad cæleste negocium peragendum, & ad Christi gloriam data vobis esse omnia cognoscitis. Hoc enim si feceritis, retribuet vobis dominus gloriam sempiternam.

Ab illis.

Obseruatio de superiore concione.

SIt ergo in primo illo, simpliciq. concionandi genere hoc exemplum. Ad cuius imitationem interpretari etiam Epistolam, aut quamuis aliam scripturę partem discere quis facilè potest. Nam etsi documenta, & præcepta viam docent; reuera tamen exercitatio industriam parit, & facilitatem. In hoc autem exemplo obseruari potest, qua ratione exordio, & narratione & epilogo fuerim vsus (nam confirmatio quidem, & confutatio in omnibus partibus locum habuit) item & qua ratione inuẽtionis loca, & elocutionis figuras obseruarim. Credo autem equidem hoc sufficere exemplum ei viro, qui vel mediocri valeat ingenio, quiq́. labori parcere nolit, atq. exercitationi.

Nõ me latet esse quosdã, qui in hoc genere cõcionandi, subtilia multa, ex ijs quæ in scholis disputari solent, saltẽ pertrasennã, adducunt; scripturæ loca propè innumera ita congerũt, & accumulãt, vt mirũ in ijs consensum, & conuenientiã demonstrent; similia quædã adũt præterea lepida, & acuta; plures veteris Testamẽti figuras referũt; atq. alia deniq. multa id genus præstant iuxta amplificãdi regulas, quas ferè omnes in nostro opere de sacra scriptura amplificanda tradidimus. Sed tamen noster nunc scópus tãtùm est, cuiusq. generis aliquam proponere cõcionẽ, qua simplicitatis, puritatis, & veritatis doctrinæ exẽplum commostremus, sanctorum Patrum vestigijs insistentes, & populi ædificationi tantum inhiantes, ne aut laudem nostrã quærere, aut Dei verbum aliqua ratione ad alium finem, quã

ad Dei

ad Dei gloriam referre videamur: Quem etiam morem in ijs, exemplis, quæ sequuntur, retinebimus; vt ad diuini verbi decreta & sanctorum Patrum exempla, & Concilij Tridentini de concionatoribus canonem nos totos effingamus.

Admonitio ad lectorem.

ERat, Lector, animi nostri institutum, exempla omnium concionandi generum tibi proponere. Sed cum hoc (quod in alio magno volumine de exercenda sapientia facere cogitamus) nunc quidem hîc præstare non possimus, vrgentibus huius libri editionem amicis; ignoscendum est nobis, quòd post eam quæ supra tradita est de S. Ludouico concionem, alias tã tummodò septem tradamus: primam de S. Iohan. ante portam Latinam: secundam de Dominica Quadragesimę: tertiã de Dominica in Ramis Palmarũ: quartam de Spiritu sancto: quintam de Sanctissima Triade: Sextã & Septimã in Monachæ virginis professione. Has ergo tãtũ conciones nũc accipe: quas cũ nobis concionãtibus, carissimi discipuli raptim, & tumultiaria (vt dicitur) opera exceperint, collegimus nos hinc inde, non quidẽ vlla electionis habita ratione, sed quæ magis ad manũ erãt potissimùm eligentes.

Sed quoniã scio nõ defuturos, qui nõ nisi accuratas, & summo studio elucubratas dicãt in lucẽ profferri debere conciones & eo fortassè nomine nos accusent, quòd vulgari tantũ labore excogitatas, & cõfectas tradamus: hos etiam obsecro, eandem, quam supra dixi, excusationem accipiant.

Et quamuis exempla cõcionũ, quibus de fidei articulis, de diuinis mysterijs, de cæremonijs Ecclesiæ, deq. alijs huiusmodi agitur, hoc loco desiderẽtur: tamẽ ex his paucis exẽplis, quæ adducimus, reliqua poterit lector studiosus, & ingeniosus colligere. Sed neq. tædere quẽquã debet, quòd eiusdẽ generis plura exẽpla tradamus: nã & hoc vtile erit, cũ in eo & inuẽtionis copia, & varia dispositionis ratio magis eluceat. Quòd si quis est, qui aliqua ex ijs quæ humana docet Rhetorica fuisse à nobis pretermissa quæratur: is intelligat, diuinã sæpe Rhetorica, hoc à nobis efflagitare. Quãquã neq. id quidẽ (si rectè perpen-

datur) abhorret à Rhethoricæ humanæ regulis, per quas iuxta prudentiæ methodum, sæpe licet ab ipsa præceptorum norma aliqua ex caussa deflectere: præsertim vbi orationi se historia permiscet: tunc enim oratorius stylus ambas simul methodos ad vnguem obseruare non potest.

Sed si ad huc aliqua sint in hisce concionibus errata, quæ nos ingeniolo nostro nō assequimur: vtinā, ô lector, tātos in hac arte progressus facias, vt ea corrigere Christiana caritate possis.

Concio in festo sancti Iohanni ante portam Latinam.

Exordium in quo eius proposito.

IOhannis decimo quincto cap. scriptum est id Euengalium, quod hoc tempore in solennibus martyrum festis cani solet: in quo illa Domini nostri verba continentur, *Ego sum Vitis Vera, Vos palmites*: quibus quidem admirabilem quandam & salutarem doctrinam nobis diuina Sapientia tradidit inuolutam. Quemadmodum enim palmes fructum aliquem laturus, viti adhæreat necessum est, succi nimirum, & virtutis capiendæ caussa: pari ratione quicunque fructum sanctorum operum edere cupit, eum quidem cælesti gratia fulciri, & diuini spiritus ardore inflammari oportet. Non enim est satis quemquam tanquam aridum palmitem, viti, hoc est Christo, per solam fidem vniri: sed accedere debet fidei caritas, quæ instar est arctissimi vinculi diuinæ cum homine coniunctionis. Porrò Christus vera vitis dicitur, vt itidē corpus verè cibus. Etenim vt corpus animi gratia, quasi quoddam ipsius domicilium conditum est: sic corporea omnia, rerū spiritualiū sunt veluti vmbra, animoq́; subseruiūt: itaq́; (vt Paul. ad Rom. 6. satis videtur insinuare) corporeis, & sensibilibus rebus, spiritales alię, & à nostris sensibus alienę significātur. Vt ergo digna Deo opera, hoc est dulces sanctitatis edamus fructus, de quibus ad Galath 5. Beat. Paulus; diuini numiminis gratia indigemus. Sed cùm inter hæc opera duo planè sint Deo gratissima; scilicet annuntiare Dei verbum; illudq́; ipsum audire, intelligere, & tādem custodire: necesse est, vt qui

Petitio. hîc adsumus omnes virtutē hanc à vite nostra humili prece postulemus. Quando verò Diuino iure statutum est, vt per

purissimã Virginẽ ea quę cupimus, ad nos ex perenni omniũ bonorum fonte deriuentur, sicut è capite per collum omnis virtus, & vis in cetera membra deducitur: Virginem adeamus, eamq. vt hãc nobis gratiam impetret, humiliter deprecemur. Annuet siquidem votis nostris sacerrima Virgo, hoc præsertim die, quem sancta mater Ecclesia Iohanni filio suo consecrauit. Flexis ergo genibus, vt de more est, eam exoremus Angelicam illi salutationem atque orationem offerentes.

Calicem quidem meum bibetis.

DVo mihi hodierno in Festo magnam afferunt difficultatẽ: alterum ex Euangelio, ex Ecclesia alterũ. Primùm namq; haud facilè est diiudicare, quo pacto vero simile id sit, quod Iacobo, & Iohanni à Christo Seruatore nostro dictum fuisse Euangelium testatur. Nam, vt in eo refertur, cùm Christus de sua Passione, & Morte, & Regno disseruisset, Iacobus, & Iohãnes, vt qui Spiritus Sancti afflatu nõdum fuerant perculsi, persuaserunt sibi, regnum Christi temporale futurum; ideoq. matrem impulerunt suam, vt à Christo eminentiores eius regni sedes ipsis postularet. Flectitur quidem illa minimo negotio filiorum precibus; vtq; sunt matres plùs æquo filijs indulgentiores, eorum obsequitur voluntati. Adit Dominum Iesum, eũq; magna cum veneratione alloquitur, dicens: *Dic vt sedeant hi duo filij mei &c.* Christus immensa illa pietate sua, matrem amplectitur, facturumq. se, quæ diuina patietur iustitia, dicit. Matre verò recedente, iuuenes accersit nonnihil insolentes, atq. animaduersione dignos, quòd post tot à Christo audita de mundi contemptu documenta, adeò stupidi essent, & stulti, vt honoris cupiditate commoti, ad leue, & inane petitionis genus matrem impulissent. Quare illis in memoriam reuocat, se quo tempore de Resurrectione loquutus fuerat, simul dixisse, intolerabiles se dolores perpassurum; Passionẽ enim, & Mortem viam esse, quæ ad Resurrectionem ducit. Nam etsi regnũ cælorum, omnisq. honor, & gloria hereditario iure Christo (etiã quatenus homo erat) obueniebat; quia scilicet in perso-

Narratio à diuisione petita.

na diuina,ita natura subsistebat humana, vt homo ille verus esset Deus: tamen salutis nostræ caussa, vtque exemplum nobis adimitandum relinqueret,voluit regnum reuera suum, proprijs laboribus acquirere, nouoq. iure possidere: vnde illud quòd ad Philip.2. inquit B. Paul. *Propter quod & Deus exaltauit illum &c.* Quare licèt verum esset de terrestri Regno Christum fuisse loquutum:tamen iniustum erat velle discipulos meliori esse conditione quàm magistrum. Vnde cùm per cruentam ipse crucem,& per passionem,mortemq. acerbissimam regnum cælorum adepturus esset; *Potestis*,inquit, *vos bibere calicem &c?* Calicis autem nomine labores intelliguntur:
Matth.27 quod loquendi genus frequens est in Sacrosanctis litteris;vt ostenditur ex eo: *Pater transfer hunc calicem à me.* At his omnibus auditis intrepidi manent iuuenes gloriæ cupidi,atq. incōsideratè respondēt:*Possumus.* Ita verò se haud dubiè habet res. Nam dum homines terrenarum voluptatum amore tenentur;quidquid laboris,& dispendij se se offerat,libenter subeūt, vt suum expleant desiderium. Sic auari propter nummos, superbi propter honores, impudici propter fœda, & inhonesta quæque,nihil etiam arduū, & periculosum tentare recusant. At Deum immortalem! quàm ægrè propter spiritum, & sanctitatem,labores ferunt? Quis enim ad orationem, & spiritus
Genes. 31. perfectionem, vt Iacob ille, tanto labore, curis, vigilijs, quattuor decim annorum spacio contendit? Sed prætermittamus hæc nunc, & audiamus Christum respondentem id quod nobis nunc negocium facit. *Calicem quidem*,inquit,*meum bibetis.*
Prolepsis. Quæro igitur quem Iohannes Passionis calicem bibit? Iacobus quidem multis exantlatis laboribus, vitam tandem capitis abscissione terminauit; at Iohannes suauem vbique gustauit Christi consolationem. Dum inter mortales fuit, Christi Domini dilectus appellatus est,& ad Christi actiones præcipuas socius, & comes ascitus: in vltima, cœna in pectore Domini recubuit: Virginis filius est constitutus: deniq. à cunctis vehementer est dilectus,atq.in honore habitus.Si Romam delatus est,ibique in olei feruentis doliū iniectus:nihil, vt creditur,sen-
sit

sit doloris, sed illæsus euasit. Si in Pathmon insulam fuit relegatus; exilium illi consolatio fuit: insulam enim ad fidem Catholicam reduxit, sibique conciliauit: ac mirificis præterea reuelationibus illustratus est. Demum Ephesum ab exilio rediēs felix vixit: ac in sepulchro tandem collocatus, ætatis valdè prolixæ compos, vel non obijt, vel si obijt, suauissimè mortuus est. Quem ergo calicem Domini bibit, qui nullos ferè passus labores, tot consolationum suauitatibus est perfusus?

Non erit difficile huic dubio satisfacere, si ex sacris libris duo esse crucis genera collegerimus: externum quidem alterum, in corpore scilicet præsertim locum habens: alterum verò internum, ad animum nempe duntaxat spectans. Illius primi crebra in scripturis mentio fit; vt 2. ad Thimot. 3. omnes enim qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persecutiones patiuntur. Ad hoc ergo crucis genus omnes corporis labores reuocantur; de quibus sæpè Paul. prima & secunda ad Corinth. vbi suorum meminit laborum: hûcque pertinent ęgritudines, inopiæ, dedecora, ea denique omnia, quibus humanum corpus affligitur. 2. Thim. 3.

Hoc crucis genus adeò Sancti in votis habuerunt, modoq. semper habent, vt vbi externæ cruces desint, ipsi sibi ieiunia, vigilias, & mille id genus macerationes alacriter deligant, atq. sanguinem pro Christo effundere ita exoptent, vt id summi beneficij loco reponant. Hinc Psal. 15. *Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hereditas mea præclara est mihi.* Præclara certè sanctorum hominum sors, pręclarum pręmium, quo Prophetas, Apostolos, ceteros deniq. omnes insigniores suos amicos donauit Dominus: labores pro eius nomine exantlare. Quare rectè ad Colos. 2. Bat. Paul. inquit. *Qui dig[n]os nos fecit in partē sortis sanctorum.* Hæc est enim Sanctorum pars, & sors: de qua Thob. 1. *Quia bonus eras &c.* Et de qua etiam Christus dę Paulo ait. *Ego ostendā illi quanta oporteat eū pro nomine meo pati:* Itēq. Paul. ipse 2. ad Cor. 12 *Libenter gloriabor &c.* Et ad Galat. sexto. *Mihi absit gloriari, nisi in cruce &c.* Hanc ergo crucem ardenter expetiuit Beat. Iohannes: tametsi non vt Thob. 12. Actu. 12. 2. Cor. 12. ad Gala. 6.

exoptabat, vitam pro Christi nomine fuderit. Quod cùm ita sit, rectè illi cōuenit illud B. Augustini dictum: *Illi martyres sunt, qui ita vixere, vt martyres esse mererentur.*

Alterum crucis genus, internum est: quod in alia tria secatur. Est enim primum tentatio ipsa, qua anima nostra à Dæmone oppugnatur: aliud verò de nostris, alienisq. peccatis perceptus dolor, dum Christum iniurijs (si fas est dicere) & contumelijs vrgeri videmus: tertium deniq. idque nobilissimum est Christi commiseratio patientis. Quamquā nō diffiteor alias etiā esse cruces internas, de quibus memini me aliquando dixisse. Nā quænam grauior crux, quàm pro animi votis Christum Iesum non posse cognoscere, diligere, & obsequijs gratissimis prosequi? Quænā acerbior, quàm videre, hæc eadem Christo debita pietatis officia, à multis hominibus, vti par est minimè præstari? Nonne etiam crux est, incolatum nobis prolongari? Nonne item insatiabilibus quibusdam animi ad cælestia anhelantis torqueri desiderijs? Prætera quis non intimo afficiatur dolore, dum tot ob oculos cernit pauperum miserias, tot calumnias, tot cùm animi, tum corporis angustias, inopias, egestates; nullum autem, aut vix aliquem vel adiutorem, vel consolatorem? Sed missa nūc hæc faciamus: plùs enim fortassè iusto, materiæ pulchritudine allecti, in hisce rebus immoramur. Sat modo sit tria illa, quę enumerata sunt, internæ crucis genera in medium protulisse.

Interrogatio vehemens Homœoptoton.

Anaphora. Homœoptoton.

Quorum quidem primum, scilicet tentationem cunctos ferè sanctos satis expertos fuisse compertum est: omnes enim cum Paulo, legem carnis mentis legi repugnantem senserunt; atque insuper à mundo, & Dæmone fuere ad peccandum inuitati. Vnde quicūque antiquas veterum Patrum, Sanctorūq. penè omnium historias consuluerit, facilè deprehendet, eos omnibus tentationum generibus pulsatos fuisse: quamquam non quidem eodem modo omnes. Tentationem enim carnis nōn sensit D. Tho. Aquinas, senserunt tamen D. Francisc. D. Hieronymus, D. Benedictus, & alij. Paul. vero 2. ad Corinth, 12. datum sibi angelum Sathanę insinuat, quamuis quod fuerit il-

Roman. 7.

lud

lud tentationis genus non liquidò constat. Sed & illud tentationis genus quod per suggestionem fit, Christus Seruator noster pertulit: tametsi eò etiam libera fortè fuit Beatissima Virgo.

Quare nemo conqueratur, nemo inanibus aduersus hæc argumentationibus vtatur, nemo se crucis suæ onere leuare conetur, nemo deniq. alium secum conferens, alienam crucem propriæ anteponat. Sume, ò Christiane vir, crucem tuam: hanc enim te oportet sustinere: hæcq. est, mihi crede, tibi cōmodior. Cur enim tu Deum distributoris iniusti nomine arguas? Cur non tuam, sed ab alio mutuatam crucem accipias? Numquid cogitas Dominum non satis tui rationem habuisse? Tolle crucem tuam, tuam inquam non alienam. hanc enim tibi Deus gestandam imposuit. Quò circa si morbo corripiaris, si afficiaris contumelia, si fame, sitiq. vexeris, hanc tibi crucem amplexare. Si verò omnibus tibi suppetentibus, importuna, & molesta exagiteris tentatione; hæc itidem crux est tibi amplectenda. Quòd si nullis hisce, neq. externis, neq. internis angustijs opprimaris; crux certè est maxima, tam singulari bono carere. Quamquam quî fieri potest, vt externa saltem crux, aut ab alio violenter data, aut à te ipso sponte accepta (si modò Christi Iesu seruus es) tibi non aliquando contingat? Verùm tamen si vtraq: tibi desit, ea saltem (vt dico) sustinenda manet; quòd cruce destituaris: quo quidem imprimis genere, pij, & veri Christiani vehementer afliguntur. Nam si is qui alium diligit, ei quoad potest similis esse desiderat: quis crucem, ingentem licèt, & vix ferendam, si tamen Christum Iesum amat, nō summè cupiat, vt ita illi crucifixo similis efficiatur? Sed insequamur longiùs.

Anaphora
Homœoptoton.
Asyndetō.
apostropha.
Anadiplosis.
Anaphora
Homœoptoton.
Asyndetō.
Correctio cum interrogatione.
à Relatis.

Alterum internæ crucis genus, idq; nobilissimum, est à se, vel ab alijs commissa peccata lugere. Ecquis enim filius, conuiciorum illatorum patri sine summo animi angore recordabitur? Hoc fuit Christi Iesu Domini nostri crucis genus potissimum: de quo in eius persona illa scripta sunt: *Zelus domus tuæ comedit me. Deus, Deus meus, quare me dereliquisti. Intrauerunt*

Iohan. 2.
Matt. 27.
Psalm. 68.

Esai.53. *runt aquæ vsq ad animam meam.* Quod & in horto ab eodem
Psalm. 21. Domino facta oratio significabat:& apud Esaiam cap.53. &
& 68. Psal 21.& 68:& antiquæ illæ Sanctorum Patrum anxietates, vt
in Mose, Dauide, Esaia, & Hieremia apertè videmus. Porrò
Exclamatio. crux hæc,ô viri Christiani(quæ nostra est miseria) in hac vita
numquam cessabit. O immensam Dei patientiam! Quis potest sibi à luctu, & lacrymis temperare, dum tot, & tam fœda
peccata, quæ in dilectum Dominum nostrum Iesum commissa sunt,& quæ quotidie committuntur, & quæ committenda
Psal. 118. *Exempla.* supersunt, cogitatione reuoluit? Dauid quidem diuinæ legis
aliquando violator,indignia impiorum facinora,magna lacrymarum vi,fluminis instar effusa,deplorabat.Quod cùm ita sit;
quo luctu, tantorum scelerum caussa contabescent illi,qui suorum leuium peccatorum(quę ommissionis dicuntur)consciētia discruciantur?Nemo certè ex viris pijs est, qui fletum cohi-
Asyndetō. *Homœopto* *tō.* beat,dū perpendit,quæ sit hominum in diuinis mandatis exequendis negligentia,quæ in pijs operibus exercendis, oscitantia,atq. segnities,quàm extinctus ferè caritatis ignis:contra verò quā magnum studium, cura,diligentia in congerēdis diuitijs,in parandis honoribus,in demulcendis, & irretiendis fœminis,in turpibus denique,& citò perituris voluptatibus consectandis.Nonne igitur graue huius crucis onus,gigātis etiā vires superabit?Quare mirādū nō est,si tantū aliquādo pijs homi
Hierem.31 nibus doloris infert,vt vix vllum cōsolationi locū relinquant;
non secus atq. illa Rachel,quæ filios plorans suos,nullū volebat solatij genus admittere. Nobile profectò est, & ingenuum
hoc crucis genus, neminiq́,ex Dei amicis (præter solos Regni
cælestis incolas)non maximè familiare.

Sed tertium quod superest, illustrissimum est,& præclarissimum,ex nobilissimi scilicet cuiusdam amoris fonte emanās;
quo viri sancti, incredibiliū Christi patiētis dolorū memoriâ
vehementer afficiuntur.Commiserescunt quidem matres filiorum aut ægritudine, aut fame, aut siti, aut alia quauis
inopia laborantium, aut in carceribus constitutorum, aut
quouis denique, mortis præsertim violentæ genere è vita
discendentium;atq. ita commiserescunt, vt omni consolatio

ac destitutæ in lacrymis ac mœrore iaceāt. Cuius generis fuit ille Dauidis dolor, qui Absalonis filij nœcem, atq. adeò Saulis, & Ionathæ mortem lamentatus est. Hoc ergo cùm ita sit: quo nos dolore confici æquum est, cùm nostra ipsorum caussa, ei quem vnicè diligimus inflicta sit mors? Si luxit Dauid duos illos amicos, à Ioab, quòd amicitiam cum eo inire constituerant, interfectos: multò magis ij viri, quos Dei amicos appellamus, acerba quadam animi ægritudine vexabūtur, cum Christum Iesum considerant pro nobis in cruce, tot doloribus, tot probris, tot angustijs, tot deniq. cùm animi, tum corporis anxietatibus conflictari. Paucissimi sunt, qui ad tam celsum crucis genus perueniant: grandem siquidem cordis munditiem, atq. ardentissimum amoris ignem requirit. Hoc igitur sanè sustinuit primum sanctissima Virgo; illa inquam quæ Dei est mater, Spiritus sancti sponsa, tota pulchra, & immaculata; cuius quippe animam in Christi filij sui passione doloris pertransiuit gladius: sustinuitq. etiam præterea sanctissimus hic noster Euangelista Iohannes. Quàre cùm Christus quidem ipse omne crucis genus imprimis pertulerit; Virginis autem crux secūdum locum obtineat; licet Beatum Iohannem, in gestanda cruce, tertium illis comitem adhibere.

à minori.

Anaphora Homœopto ton.

Nemo igitur audeat contra Euangelium inanes adferre argumentationes, aut dubius, & anceps in quæstionem vocare, an, vel quo pacto Iohannes calicē Domini biberit. Hac enim de re nullus erit qui possit dubitare, si omnia quodammodo crucis genera in eo animaduertere voluerit. Primùm enim, si gladio non occubuit, tamen labores hausit nec paucos, nec exiguos. Præterea quamuis eum, vt pote virum purissimum, raris tentationibus, præsertim inhonestis, pulsatum fuisse credide rim: tamen quid vetat quò minus tentatum fuisse in multis fateamur? Suggestionis quidem genus illi denegandum non est: neque itidem dubitandum, eum pro Christo sibi carissimo vitam profundere desiderasse, immò hanc martyrij coronam summis à Deo precibus contendisse. Reliqua vero crucis genera, quæ sola sufficiunt, vt verè is dici possit, calicem Domini

bibisse

bibisse,adeò in illo grauia,vt arbitror,extiterunt;vt cùm in Cœna,prodendum esse à Iuda Dominum intellexisset, credi parsit, eum dolore confectum,deliquium animi pertulisse. Quare in animum induco meum,ideò cetera crucis genera ipsum non gustasse,quòd multò nobiliori,atq. illustriori patiēdi modo fuerat cohonestatus. Cui & hoc suffragatur, quòd ex alijs, qui Christo morienti adfuerunt,non fuit vllus aliquo violentæ mortis genere peremptus:nimirum non sacerrima Virgo, non Maria Magdalena,non Martha,non aliæ piæ fœminæ:scilicet ne ad martyrium iuxta crucem toleratū aliud accederet.

Ablatio. *Anaphora* *Homœoptoton.*

Ex his ergo manifestè apparet,illa Domini verba, *Calicem quidem meum bibetis*,non Bea.Iacobo tantùm,sed B.etiam Iohāni conuenire;cùm omne crucis genus aut reuera fuerit expertus,aut experiri mirandum inmodum expetierit.

Sed illa iam nunc restat profliganda difficultas; quale fuerit illud Iohannis martyrium;in olei feruētis dolium immiti,illæsumq.tamen,& vegetiorem(vt ait Tertulianus) remanere: & quaitidem de caussa tam magna hoc veneratione ab Ecclesia celebretur; cùm aliorum præclara martyria, quibus ante mortem, tamquam aurum igne,sunt examinati(veluti quòd B.Paulus sępe carceribus fuerit inclusus, sæpè flagellis, lapidibusq. cæsus,sæpè naufragia passus)nullo peculiari honore prosequamur.Tantíne,obsecro,momenti fuit huius quasi imago martyrij,vt proprium sibi diem habeat consecratum?

Exemplū.

Multa quidem hac de re vobis dicere poteram: ceterùm vt in superioribus,ita etiam hac in parte, cùm temporis nos breuitas vrgeat,ea cogimur prætermittere.Sed reuocate obsecro in memoriam,Auditores,in sacris libris maximè frequentē diuinarum consolationum mentionem contineri:neq. enim Dominus,qui Deus totius consolationis à Paulo appellatur, quiq.Spiritum Paracletum nō solùm Apostolis,sed omnibus etiam expectantibus eius aduentum,pollicitus toties est, patietur,seruos suos,qui pro illo nauiter pugnauerint, consolatione destitui.Quod si huiusmodi nos bono nequaquam fruimur;hoc certè nostra ipsorum culpa fit,qui peritura bona nō

prorsùs abijcimus, neq. terrenis animi affectibus expediti, ad liberum, & mundum animi statum euolamus. Si enim hisce cupiditatibus essemus liberi; decantare iure possemus cum Dauide: *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion facti sumus: sicut consolati:* Si quidem peccatorum, atq. affectionum iugo depulso, a mari rubro incolumes euaderemus, vereq. vt consolati, hoc est valdè consolati aquas purissimas biberemus.

Hoc igitur est quod in hoc festo voluit Ecclesia significare; quantum sit seruis Dei solatium, quantum gaudium, quantę deniq. delectationes. Ad hunc enim sępè portum pia nauicula magnis procellis agitata appellit: aut certè in medijs fluctibus immota manet, atq. commotum, & turbatum mare tranquilla & paccata percurrit.

Epilogus ab enumeratione.

Ecce igitur, ò Christiani viri, qua ratione hodiernum festum nobis ante oculos constituat, crucem quidem vnam aut alteram a Iesu Christi amicis & cupi, & exquiri; neq. tamen illis vnquam necessariam deesse consolationem. Agite ergo & hosce calices, quos sacra admonet scriptura, sumere concupiscite; neq. illa quæ vobis mundus, tamquam grauissima infortunia minatur, pertimescatis; quin potiùs illa consectamini, & vbi acciderint, diuina vobis collata beneficia reputate. Nam si conspirantibus quodammodo aduersus vos omnibus malis, præsenti semper, atq. integro animo fueritis; fiet, vt suauitatem in ipsa acerbitate gustetis, & diuina hîc adaucti gratia, postea tandem in cælo æterna gloria fruamini.

Cohortatio

Concio in Dominica Quinquagesima.

EVangelij contextum obscurissimum esse, illa verba manifestant: *Et ipsi nihil horum intellexerunt &c.* Triplici namq. eorundem ferè verborum repetitione ingens obscuritas insinuatur. Hæc verò vt qualis sit videamus; ecce iam Euangelium, ita se habet. Dixit Dominus discipulis suis: *Ecce ascendimus Hierosolymam &c.* Quod postquam docuit; vt verum id esse ostenderet, atq. crucis spiritum

nõnisi mẽtis oculis,ijsq. cælesti lumine illustratis percipi posse demõstraret; quedã cæcũ in itinere diuina prouidẽtia sibi oblatũ,qui hominẽ lumine gratiæ orbatum representaret,diuturna cæcitate liberat.Hæc verò res ita se habuit.Cũ appropinquaret Dominus Ierico.&c.Quo in miraculo notare ç biter licet,præeuntes,cæco negocium facessere,eumq́.ab instituto suo quodammodo retardare. Præeunt enim certè,& excellunt multi dignitate,diuitijs,ceterisq. mundi bonis,vel etiam ecclesiasticis honoribus,qui inquinatæ suæ vitæ exemplo,aut etiam impijs cohortationibus, misero populo impedimentum inferunt, quò minus crucis spiritum amplectatur, mundum contennat, Christumq́. cruci affixum imitetur. Dominus autem cæcum per pios quosdam homines accersit:nisi enim ab ipso vocaremur,& media insuper destinarentur, atq. adhiberẽtur opportuna; numquam ad gratiæ lumen perueniremus.Vnde opportet,vt cęcus sese agnoscat,& humilietur,petens à Domino quod sibi fieri desideret.Cùm ergo id quod nos nũc à Domino impetrare cupimus, nihil aliud sit, quàm vt hodiernum Euangelium, atque abstrusum crucis mysterium intelligamus: necesse est à Domino petere, vt nos sui luminis radio collustret.Quoniam verò ad id,matrem,ac Virginẽ sanctissimam, mediatricem habemus;solitam illi salutationẽ,ac deprecationem,deuotè atq. humiliter offeramus dicentes. *Aue Maria.*

Petitio.

Ecce ascendimus Hierosolymam.

Narratio.

HOc toto tẽpore, viri Christiani, à Septuagesima ad Feriam vsq. cinerum, Sacrosancta Ecclesia in eam curam incumbit,vt omniũ animi ad sanctam Quadragesimam debitè celebrandam, corporis aliqua maceratione præparentur. Nam cùm exploratissimum sit, eos, qui egregiũ aliquod facinus aggrediuntur, de sepriùs periculum facere; nimirum cum hoste decertaturos, palæstricis anteà se pugnis exercere, aut bellum commissuros, priuatis

tatis primùm pugnis assuefieri, suum veluti robur tentantes: prudentissimo sanè Ecclesiæ instituto, iam vsq. à Septuagesima disponi incipimus ad quadragesimalem pœnitentiam. Vnde verba illa, quæ ad spiritalem lætitiam inuitabant, scilicet. *Alleluiah, Gloria in excelsis, Te Deum Laudamus*, non immeritò intermittuntur; vt hoc toto tempore, vsq. ad Dominicam in Passione, etiam huiusmodi tristitiæ signis commoneamur, debere nos, omnem prorsus deponere lætitiam. Vnde & Septuagesima hoc fortasse ideò nomen habet, quia ab eo die ad Dominicam in Passione septem hebdomadæ numerantur: quamquam & captiuitatis Bablyonicæ anni septuaginta, qui peccati captiuitatem, qua homines hisce diebus vindicantur, significant, hoc Septuagenario numero videntur insinuari. *Etymologia*

Cùm igitur hoc tempore, Ecclesia de nostra omnium spiritali salute sollicita, nos ad pœnitentiam cohortetur; mirum est, quo animi furore impij quidam eiusdem Ecclesiæ filij in matrem exultent, qua temeritate illius mandata contemnant, atq. violent, in omnium vitiorum, fœdarumq. voluptatum colluuione his potissimùm diebus se turpiter volutantes. Nam quando, obsecro, ingluuies, ebrietas, impudicitia, prophanaq, omnia maiori quam nunc vi, in vrbes, oppidaq. grassantur? Quando miseri homines, quasi reuera institutum Ecclesiæ irrideant, & ludibrio habeant, plura, maiora que peccata committunt? Credo equidem dolosum Dæmonem, cùm timeat sibi à sua sordidorum scelerum fame in Quadragesima futura, eam hoc modo quasi præsaturare conari. Sed non desunt qui ita respondeant: Gaudendum non nihil est. ò stulti homines! ò nefarij! ò impij! Numquamne sine peccatis, aut vanitatibus, aut peccandi periculis gaudium vobis cōtinget? Monuitne vos Paulus has lutulentas delectationes? *In Domino gaudete*, ille ait. Nullum ergo vobis alium recreandi animi modum inuenire potuistis? Tantusnè vobis est mentis stupor, vt sancta, pia, vel honesta saltem, Ethnicorum more, gaudia excogitare non valeatis? Sed responde- *Exagitatio scelerum ex fine.* *Anaphora* *apostrophe.* *Philip. 4.*

bunt

Còntrà verò quam viam nullis impedita difficultatibus praua caro alacriter suscipit: hæc certè ad infernos ducit cruciatus. Quo enim aliò tendunt conuiuia, muliebres fuci, spectacula, saltationes, vanitates? Peruigilem ducit facile noctem aleator; omniq. studio in accumulãdis opibus homines omnes laborant: at iniquo animo in oratione pernoctant. Pernoctãt autem? vtinam non immoderatè dormirent. Verum illud cõsideratione dignum est, & silentio nequaquam inuoluẽdum; sæpiùs fortes, & strenuos Dei milites eò felicitatis deuenire, vt eorum caro, & cor exultent, itaq. multo libẽrius, & alacriùs macerationis, & pietatis opera exerceant, quàm soleant peccatores impurissimas quasq. voluptates consectari. Tanti est ponderis, ac momenti Christi Iesu spiritus, atq. amor: tametsi carni, etiam subactæ, ac profligatæ, innata repugnantia comes perpetuò sit. *Correctio.* *Epiphonema.*

Audistis ergo iam, vt ascendendum sit ijs, qui ad Hierusalem, hoc est pulchram, & visu delectabilem pacem, voluerint peruenire. Nunc autem quòd inter clusum ab hostibus iter sit, neq. mirari debetis neque deterreri: sed fortiter quidem, & animosè pugnare. In hoc si quidem ascensu non potest nisi per medios hostes aditus patefieri. Qui nam verò hi hostes sint, neminem fugit: vulgò enim crebèrrimè circumfertur, carnem esse, Dæmonem, atq. Mundum. *Transitio.*

Primùm carnis nomine, non tantùm fœda venerearum rerum voluptas est intelligenda: multò enim aliter de hac re sentit Bea. Paul. ad Rom. 5. de sapientia carnis verba faciens: quia omnis terreni boni appetitus, è carne, veluti è malorùm omnium fonte originem ducit. Hinc immodica in accumulandis facultatibus, & in paranda dignitate solicitudo: hinc in delicijs luxuries: hinc deniq. immoderatum omne ceterarum rerũ, quæ Christi Iesu doctrinæ, ac vitæ aduersantur, desiderium. Hanc igitur carnem (ô Christiani) quæ contra vos infensissimũ omnium se inimicum ostendit, belloq. vos continuò lacessit, nolite obsecro studiosè nimis, ac diligenter curare: sed fortiter potiùs ei resistere: ijs scilicet armis, quæ Beat. Paulus do- *Anaphora*

1. Corin. 9 cuit, hoc est corpus castigando, & in seruitutem redigendo. Quid enim? Tunc bestiam, quæ calcibus te ipsum prosterneret, nimia pabuli copia saginares? O ignorantiam! O insaniam! O cæcitatem! Sancti homines corpus macerant, timentes, ne ab eo, vt pote immani bestia, conculcentur: & tu homo mundane (qui, qualis sis, tu ipse tibi conscius es) eò temeritatis es deductus, vt habenas ei laxare non timeas? Excutite ergo, ô Christiani, tetram à mentibus caliginem: animaduertite, si pacem desideratis adipisci, perpetuum cum carne bellum vobis esse gerendum: audite Salomonē Prouer. 19. in hunc modum dicentem: *Qui delicate nutrit seruum suum, postea sentiet eum contumacem.* Itaq. si corpus est seruus, subijcite illud spiritui: atq. si debitum ei obsequium præstare recuset, debitas contumaciæ, ac perfidiæ ab eo pœnas repetite.

Simile quo exagitat insanos ab effectis.

Exclamatio.

Homœoptoton.

Iam verò alius nobis hostis insidias parat: qui cogitationibus imprimis sceleratis, & vanis, vel saltem ociosis, animum nostrũ adoritur; quemadmodum caro de prauatis affectibus, ac perturbationibus. Cum hoc igitur (vt omnia in pauca conferam) orationibus decertandum est: orationes enim sunt Samsonis capilli; quibus abrasis, facilè Philistæis succumbemus. Abscondite ergo, Auditores, in cordibus vestris eloquia Dei ne peccetis: prouidete Dominum in conspectu vestro semper: atq. ad eius pedes proiecti, auxilium implorate, dicentes: Vim patior, responde pro me.

Tandem multò acrior cum Mundo nos pugna manet: etsi caro sit nobis magis inimica, nimirum quia nobis magis cõiuncta. Quis autem Mundus sit, 1. Iohan. 3. & in eiusdem Euangelio sæpe declaratur, Scilicet, qui rebus se se mundanis dedunt, qui mundi bona concupiscunt, auari, vani, superbi; hi sunt Christi inimici, hi sunt, inquam, quos Mundũ appellamus. Licèt enim superbus, & astutus hostis non nisi perditos, atq. impudicos homines, mundanos appellet: tamen quicunq. huius mundi amicus est, mundanus quidem, Christiq. inimicus eo ipso constituitur: vt ex Epist. B. Iacob. cap. 4. satis apparet. Proh dolor! quot homines mundus iste perdit, atq. prosternit? Quot pij essent, nisi pessimo mundanorum exemplo

Exclamatio.

ab optima consilij ratione auocarentur. Vana fœmina, quæ adulterinis coloribus faciem oblinit, crines intorquet, insanos quosdam, & inuisos capiti ornatus imponit, sumptuosis denique, & versicoloribus vestibus induitur, ceteras fœminas ad easde has inuitat, & impellit insanias: Eodemq. modo iracundus ad vlciscendas acceptas iniurias, auarus ad colligendas opes, superbus ad cōsectandos honores, exemplo suo ceteros adhortatur. Neq. verò exemplo tantùm homines hi mundani, sed etiam (& fortè sæpiùs) verbis, & cohortationibus, tum etiam increpationibus quibusdam, atq. ludibrijs, incitant ad peccandum quamplurimos: qui nisi ita (vt sic dicam) cogerentur; animam fortasse suam peccatis non inquinarent. Cum mundo igitur, à Christo iam pridem superato, acriter pugnare debemus, certissima innixi spe victoriæ comparandæ. Confidite enim, ait Dominus, filij: ego vici mundum; & per me princeps mundi foras eiectus est. Id autem quo vincere mundum possumus, Fides est: quia scilicet is, qui omnia quæ in Christiana religione tradũtur, quæq. à Christo Iesu verbo edocta, opereq. cõfirmata sunt, probè teneret; facilè certè mũdum despiceret, atq. superaret. Nã qui diuitias, spinas esse crederet; superbũ mũdi fastũ, puluerē esse obcæcantē; delitias omnes, cœnum fœtidissimũ; cuncta deniq. tēporalia, fallaces rerũ imagines subitò euanescētes: cõtrà verò Christi Iesu doctrinã, & vitã, expeditissimã esse viã, qua itur in cælum, cēseret: nõne quæscunq. fugeret voluptates? diuitias contēneret? honores irrideret? se deniq. totum ad Christi crucifixi imitationem fingeret, atq. cõponeret?

Enumeratio.

Ecce ergo, Viri Christiani, quot nos in cælestem patriã pergētes, impedimēta distineãt, quot onera opprimãt, quot hostiũ incursus in via retardēt: & quã itidē ratione hę sint omnes à nobis difficultates superãdę. Nũc verò animaduertere etiam debemus, quemadmodum Christus mortuus, post triduum gloriosus resurrexit? ita & Christianã animam, post labores, post angustias, post deniq. deuictos hostes, triumphare, & promissionis terra frui, quæ puritatis lacte, mellis amore, sancti deniq. Spiritus consolatione vndique circumfluit.

Sed hæc quidem Passionis, & Resurrectionis arcana cùm Christus Dominus Apostolos doceret: *Nihil*, ait Euangelista, *horum intellexerunt*: Et addit rursus, *Erat verbum istud absconditum ab eis*: Et iterum, *Non intelligebant quæ dicebantur*. Quæ repetitio & si ad Apostolorum ingorantiam ostendēdā facta fuisse videatur: tamen nobis ea de re paulò aliter, neq. ineptè quidem, licet philosophari.

Multa igitur sunt, ô viri Christiani, in Iesu Christi passione, & resurrectione perpendenda. Primùm consideranda est ipsa externa Christi passio, & resurrectio: deinde vberes, ac cælestes fructus ex Passione, & Resurrectione nobis obuenientes: tertiò, deniq. perpendendum, quantùm nos oporteat Christo compati, eiusq. Passionis nos socios ad iungere; vt & glorifi-ficationis etiam consortes efficiamur. Hæc ergo tria ab Apostolis ignorabantur. Vnde primùm Euangelista inquit; *Nihil horum intellexerunt*. Etenim Passionem quidem non veram, resurrectionem autem temporalem, futuram existimarunt. Mox vero addit: *Et erat verbum istud absconditum ab eis*: eò quòd neq. latentem ibi infinitæ misericordiæ magnitudinem, neq. innumeros passionis effectus, neq. mirabilem eorum modum comprehenderunt: quia cùm hęc valdè spiritalia essent, eorum captum superabant. Subiungit autem demum; *Non intelligebant quæ dicebantur*: quoniam hæc in sui gratiam dicta fuisse, hoc est, vt Christo se commori debere intelligerent, nequaquam perceperunt. Restat ergo ex his, Apostolos neque Passionis, & Resurrectionis necessitatem, neq. effecta, neq. exemplum sibi admitandum relictum percepisse.

Hæc Apostolorum ignorantia, mentis humanæ, tenebras significat: adeò enim stulti homines sunt, vt crucis omninò obliti, bona petāt à Deo tēporalia: quasi Passionis Christi mysteriū ignorarēt, neq. vmquam vel legissent, vel audissent, Christū passum fuisse, & omnes ab orbe condito Dei amicos multas pertulisse tribulationes. Hinc semiimpiæ quorūdam audiūtur voces ita dicentium: Nonne & si bona temporalia vel à maioribus acceperimus, vel nobis ipsi acquisiuerimus, possumus ad cælestem patriam peruenire? Igitur non est necessa-

ria eius. Quid ergo et si lautè, splendidéque edamus, atq. biba- *Anaphora.*
mus? Quid et si magnam diuitiarum vim coaceruemus? Non enim hæc (aiunt) cælo nos excludēt. Quibus ego: Quid dicitis ô homines? Itane vos in temporalibus hisce bonis acquiescitis? Ita voluptatum lenocinijs ducimini? Ita contra crucem respuitis? Negari quidem nō potest, Christum Iesum, viam esse haud *Iohan. 14.*
dubiè directam & expeditam. Quod cùm ita sit; quodnā iter istud est, quod vos assumitis? Quænam est ista quā instituitis via? Beatus Paul. castigat se, ne reprobus efficiatur: & vos indo- *1. Cor. 9.*
mitas carnis vires tot delicijs refouetis? Ille sanctus, diuinóq. spiritu plenus, corporis impetus perhorrescit: & vos eidem corpo- *Luca. 3. & 17.*
ri indulgetis? Oportuit Christum pati: & vos pati nō oportebit? Vosne naturæ estis angelicæ, an potius humanæ? Si humanæ: *Dilemma.*
corruptę, an integrę? Si corruptæ, quæ Paulū dicere coegit, *Sentio* *Roman. 7.*
aliam legem in membris meis &c: qua de caussa carnem non *Exclamatio.*
domatis, & compescitis? O miserum homunculum! effrenatam belluam ingurgitas? hosti truculentio arma mille, milleq. tela *Anadiplosis.*
ministras? Exurgite ergo, ô viri Christiani: carnem cohibete: illius arma confringite: neq. opprimere eam, ac insectari desistatis, quoad sub pedibus domita, & subacta iaceat.

Sed ob murmurantes nescio quos, atq. occinentes audio: Bo- *Etopœia.*
ne Deus! flendum semper, gemendum, pugnandum? tota ne *Homœoteleuton.*
vita in laboribus, ac mœroribus consumenda? Audi obsecro Christiane, Qui non potest, vt qui semel hostes vicerit, trāquil *Asyndeton*
lam, atq. pacatam vitam non traducat? Deuictis Cananæis regnat Iosue: Dauid verò, eiusq. filius Salomon, Philistæis in suā ditionem redactis, cunctisq. alijs hostibus seruitute, tributoq. *Ab exemplo.*
mulctatis, felicissimè imperant. Quo ergo pacto fiet, vt diuina consolatione careat, cuius sunt in intimo corde sermones Dei familiares? Obsecro te, ne vnquā vel tibi persuadeas, vel memoriæ tantillum insidere tuæ permittas, Christi seruos semper mœrere, semper angi, semper afflictari. Quinimo, si qua pax est in hoc sæculo, hanc integra conscientia possidet: vbi enim Iesus est, ibi verum est gaudium. Tertia profecto die [illegible] Pias [illegible] resur-
[illegible]

resurgit Christus: vnde & nos, cùm tres illos hostes vicerimus resurrectionis etiam, hoc est cōsolationis spiritalis, triumphus, & gloria manet. Quid igitur est, quod nos conantes in Hierusalem ascendere, retardet? Nibil reuera: si tamen probra, tormētaq. patienter toleremus, crucem perferamus, mundo moriamur. Tunc enim post trinam mortificationem, mira spiritus voluptate perfruemur: id quod, fauente Christo, erit certè facillimum. Nam si quis considerat, creaturas omnes cū Creatore collatas nihil omnino esse; nonne eas despiciet? nonne Iesu Christi exemplo excitabitur? nonne ineffabilibus illius gaudijs allicietur? Præterea, vbi Christum ipsum se quis viderit habere regem, principem, amicum, fratrem, atq. in periculoso huius vitæ progressu comitem cōiunctissimum: quî fieri potest, vt non animo, viribusq. summoperè confirmetur?

Homæoptoton. *Asyndeton.* *Tapinosis?* *Anaphora.* *Asyndeton.*

Alia. prolepsis. Sed timidum aliquem, & pusillanimem, mihi videor audire dicentem: Quis gigantem Goliath prosternere valeat? Nam cū Dæmon veteranus sit miles, caro improba, mundus ferox, & importunus, bellum verò continuum: quomodo cum tot, tantisq. hostibus, infirmus, & inermis homo pugnabit? *Optatio.* Vtinam frater carissime, ista seriò dixisses, vtinam ea non fictè ex te audirem: facile enim huiusmodi telum retunderem. Nam quis Christianus non habet exploratum, non ob aliud Dei Filium factum hominem, natum, atq. mortuum fuisse, itemq. resurrexisse, & in cælum ascendisse, quàm vt in filios adoptionis, non semel, sed in diem vsq. Iudicij, Spiritum Sanctum emitteret? Hæc igitur cùm nostra omnium caussa præstiterit, fiet vt iam omnia possimus in eo qui nos confortat, eiusq. auxilio suffulti, de manu inimicorum nostrorum liberemur, atq. in sanctitate & iustitia omnes dies vitæ nostræ haud difficulter transigamus. *Deprecatio* Ergo, ò viri Christiani, nolite obsecro Christo Iesu diffidere: non enim is frustra dicit vobis: Quærite me. Ad sequidem vos omnes amanter vocat, nimirum vt laborantes reficiam. *Abadinantibus.* Ibi: iugum enim vnà vobiscum ipse portabit, atq. adeò maiorem ille quidem oneris partem feret. Nihil ergo vobis impossibile, nihil intolerabile, nihil amarum; cùm in illo vobis omnia sint:

simodo

si modò illius opem humiliter imploretis, atq. peccandi occasiones cunctas procul arceatis.

Hoc autem quamuis omni tempore faciendum sit, tamen cùm his potissimùm diebus, debita filiorum officia, à nobis mater Ecclesia efflagitet, excludite nunc maximè, ò viri Christiani, omne ludorum genus, omniaq. alia verè inania delectamenta, ex quibus peccatorum multa genera existunt. Non enim risum hoc tempus, sed lamenta, non ludos, sed tristes omniū fletus, & eiulatus requirit. Seruite ergo tempori, atq. ad Sanctę matris Ecclesiæ documenta vos totos conformate: neque ipsi vobis impedimenta obtrudatis, quibus minus dignè futuram Quadragesimam celebretis. Et quoniam ad excelsam & arduam Hierusalem iter est: ad eam animosè, & alacriter properate, nulla ferendæ crucis difficultate vnquam perterriti. Est enim certè illa crux exigua, est labor ille breuissimus, quem æterna mox resurrectio consequitur. Agitè ergo, atq. ad hunc vos ascensum accingite; hûc vestra omnia, scilicet cogitationes, verba, & opera reuocate; Christi deniq. cruci affixi vestigijs insistite; dabit enim ille vobis nunc vires, constantiam, præsentiam animi, postea verò retribuet gloriam sempiternam. Epilogus. 1. Timo.

Concio in Dominica in Ramis Palmarum.

Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit &c. Matth. 21.

Quo loco scriptū est hoc Euangelium, scribitur etiam, Dominū super ciuitatem Hierusalē lacrymas effudisse. Veniebat quippe Dominus mansuetus, atq. ad cōdonandū Hierosolymis propēsissimus: veniebat humilis, sine pompa, sine vllo aut bellico apparatu, aut satellitio: veniebat deniq. sedens in asina, quæ magno in filios amore excellit: vt vel hac re sola, suum erga Hierosolymas amorem indicaret. Quib⁹ omnibus cū ei⁹ ciuitatis incolis significare vellet, quantum sua omniū referret, ipsū vt verum Messiam recipere: & tamen perspectum haberet ingratum eorum animum ac malignum: hæc illi certè fuit lacrymandi occasio. Quapropter cùm hæc omnia illō tempore facta propter nos Luc. 19. Luca 19.

(vt inquit Beatus Paulus) scripta sint: velim equidem, fratres dilectissimi, vt omnes nos, talem cordis duritiem, ac feritatem, qualem Iudaei habuerunt, fugientes, Christum Iesum ad nos venientem in spiritu recipiamus, & quae nobis hoc aduentu bona afferuntur, nunc auidè amplectamur, ne praeterlapsa illa postea acerbiùs lamentemur. Quoniam verò, vt id facere possimus, praesidio Sancti spiritus est opus, submissè illud, obsecro, ac humiliter a Domino postulemus: idq. vt faciliùs assequamur, Beatissimae Mariae Virginis patrocinium, vt mos est, interponamus, dicentes: *Aue Maria, &c.*

Petitio.

Dicite filiae Syon: Ecce Rex tuus venit, &c.

Matthaei 21.

Communis est Sanctorum Patrum Doctrina, Beatorum praesertim Augustini, atq. Leonis, hunc esse Scripturarum scopum; vt Christus Iesus Dominus noster, & Dei, & hominis filius esse intelligatur; atque insuper omnibus manifestum sit, ab eodem nos ob immensam ipsius caritatem fuisse redemptos. Vnde fit, vt credere simul debeamus, nulla illum necessitate coactum, sed infinito tantũ amore adductum, naturam humanam induisse, & cùm mille alijs modis mederi nostris malis posset, voluisse tamen propria morte genus humanum seruitute liberare. Atq. insuper etiã fit, cùm ipse omnipotens sit Deus, omnium corda in illius esse potestate constituta. Porrò hunc, quem dicimus Scripturarum scopum, & ipsa Christi Domini gesta, cunctis in Testamento veteri figuris repraesentati, testatur Beatus Paulus illis verbis: *Finis legis Christus:* atq. hodierno etiam Christi Domini facto manifestum fit. Nam cùm in Scripturis multa de ipso essent figuris indicata, voluit ea Dominus implere, multaq. mysteria insinuare, vt hac ratione ad proximè futuram passionem omnium animos praepararet, itaq. illud psalmi ad impleretur: *Buccinate in Neomenia tuba: in insigni die solennitatis vestrae.*

Roman. 10.

Psalm. 80.

Cùm igitur Exodi 12. esset praeceptum, vt agnus decima quar-

ta Luna immolandus, decima Luna in Hierusalem afferretur, examinareturque an tanto esset aptus sacrificio: Christus Dominus noster, quincto ante mortem die, Hierusalem venit. In Phœnix, nisi quidem immolandus erat, quo die mundus fuerat creatus, atque ex Ægypto Israeliticus populus eductus: ut sic Iesu Christi absolutissima significaretur redemptio, per creationem, & egressum ex Aegypto antea figurata. Praeterea quinque illi dies, qui hominum peccata significabant (per quinque enim sensus, sicuti per fenestras mors intrat) nihil aliud praeseferebant, quam Christum esse pro totius humani generis peccatis immolandum. Ad haec ut suum eximium amorem Dominus patefaceret, venit in montem Oliuetum, praeclarum quidem illum, & (ut aiunt) monte Sion altiorem: quo significauit, Passionis remedium multo maius esse omni humano peccato: nam *Vbi abundauit delictum, ibi superabundauit gratia*. Cui & illud etiam accedit consideratione dignum, quod Oliua misericordiam significat. Sed & venit etiam Dominus Bethphage, id est domū maxillae, quae domus erat sacerdotalis: ut in memoriam reuocaret egregiū illud facinus Sāsonis, qui asinae maxilla mille Philisthaeos occidit, atque in eo ipso Dñm Iesum humilitate mortis suae omnia peccata nostra interficientem significauit. Sed & amplius adhuc clementissimus ille Dñs magnas gratiae suae diuitias nobis detexit: nam in Bethphage consistens, qui pedester semper ire solebat, discipulos misit in castellum, quod è regione erat, vt inde asinam quandam, vnà cum eiusdem pullo adducerent. Quo facto significauit, futurum esse, vt eorundem discipulorū opera, vtrumque populum, scilicet Gentilium & Iudaeorum, sibi per fidem copularet: asina enim Iudaeos legi obtemperantes; pullus autem Gentiles, qui nulla certa lege tenebantur, significabat. Duos autem praeterea misit discipulos, qui vtrumque conuerterent populum, docentes integram, absolutamque perfectionem. Quo etiam & honestatem quandam commendare visus est, & consolari quodammodo concionatores voluit, adiungens vnicuique comitem atque adiutorem; & admonuit etiam, debere eos, moribus, & doctrina simul esse instructos.

Rom. 5.

Iud 15.

instructos. Porrò per collatam discipulis ad animalia illa soluenda potestatem, ingens indicatur diuini verbi vis: quippe quia veris Prædicatoribus talem Dominus potestatem impartitur, vt nullum omnino aduersarium, qui negotium eis facessat, inueniant. Sed eosdem etiam misit Dominus discipulos, vt eos, qui à Deo essent peccatis abalienati, obsecrarent, & in Domini gratiam restituerent. Tandem verò eisdem præcepit, vt rogantibus cur iumentum soluerent, ipsi responsum darent, dicentes: *Dominus his opus habet*. Nam & si nulla quidem re Dominus
Psalm. 48. indigeat, quippe, qui omnia potest, qui infinitus est, quiq. de se ipse inquit; *Meæ sunt omnes feræ syluarũ*: tamẽ nostrę salutis caussa, hanc sponte necessitatem subire voluit: scilicet, vt Ecclesiã ędificaret, populumq́ sibi faceret acceptabilem: quam ad rem
1. *Corin*. 3. & nos concionatores (vt inquit Beatus Paulus) Dei adiutores appellamur. Ergo allata est Domino asina simul cum pullo, vt ei vsui, ad quem Dominus illis indigebat, deseruirent. Ecce ergo qua ratione Dominicæ Passionis hic significetur fructus, & dominica simul pateat vis atq. potestas.

Sed audite & alia, quæ Domini magnitudinem ostendunt. Voluit is quidem vt felicissimus eius aduentus in ciuitate præsentiretur: itaq. diuina prouidentia factum est, vt tota ad eius occursum commoueretur ciuitas: quo quidem (nisi obcæcati Iudæi fuissent) iustissima Domini caussa facilè apparebat. Nullis enim rebus humanis impellentibus, sed solo diuino inspitãte numine, ei obuiam venerunt, magna contentione, atq. alacritate, cùm viri, tum (vt multi volunt) fœminæ, atq. (quod admiratione dignius est) pueri permulti; descendentes scilicet in vallem torrẽtis Cedron, indeq́ rursus in Oliuetum montẽ
Antitheto ascensuri. Nimirum humiliari non recusarunt, vt rursus exaltarentur, & tenebras subierunt, vt inde ad lucem exurgerẽt: Cedron enim obscuritatum significat. Hac ergo tãta turba à valle sursum ascendente, Christus Dominus noster è vertice montis descendebat. O pulcherrimum visu spectaculum!
Exclamatio.
Apostropha. Perennis sit tibi, ò Christe Iesu, gloria, qui dum misericordia

commotus ad nos descendis, nos ex miseria nostra ascendere facis ad cælestia tua dona, & immortalia Ergo cùm Dominus ad tot ostendenda mysteria humillimè equitans descenderet, coniūctam cum illa humilitate regiam quandam maiestatem præseferebat; nimirum, vt in humilitate, vtpote verè regia virtute, sitam esse celsitudinem demonstraret. Priùs autem in asina, deinde in pullo insedit: quia post Iudęos sua primùm ipsius prædicatione vocatos, mox erat per Apostolos reliquas sibi Gentes asciturus. Sed Iudęi (qui per asinam solito apparatu instructam significantur, Prophetarum, Patriarcharumq. moribus erant eruditi, lege instituti, atq. promissionibus cumulati: Gētilibus autem omni huiusmodi ornamento destitutis sola opitulabatur misericordia diuina. Vnde Psal. 117. confirmata dicitur misericordia, & veritas permanere. Voluit autem præterea Dominus, vt asina, qua insidebat, à Discipulis suis exornaretur: quo significauit, debere sacerdotes, & cōcionatores ita Deo placere, vt cùm se ipsi peccatis populi præterierint, hoc est pro illis Dominum orauerint, ea Dominus impunita ferat: atq. debere insuper, suę doctrinę, suiq. exēpli quasi stragulis, ita populum exornare, vt ei Dñs libenter insideat.

Plura autē alia, & populus, & discipuli in honorē Christi Hierosolimā ingredientis præstitere: vt illa impleretur prophetia psal. 117. *Constituite d. ē solennem in condensis.* Primum enim quidā, vt Dñs honorificentiori gradu progrederetur, sua sternebāt in via vestimēta, significātes debere nos terrenis cupiditatibus exutos, omnia diuinæ voluntati subijcere: alij verò ascēdentes in Palmas, atq. in Oliuas, ramos abscindebāt, partimq. his viam, qua Dominus erat trāsiturus, ornabāt; partim vero exultantes, ac gestiētes, eos manib⁹ deferebāt. Deinde vt festū hoc maiori applausu & pōpa celebraretur, stipātiū turba omnis in duo se se agmina distribuit: aliud pręcedebat: sequebatur aliud: circum ibāt discipuli: cuncti verò vno ore acclamabāt. *O Dñe saluū fac &c.* Innumera, hic latētia mysteria animaduertite. Palma victoriæ symbolū est, Oliua verò misericordiam significat: & præterea quod præcedebat agmen, populum antiquū; quod verò

Psalm. 117

Psalm. 117

subse-

subsequebatur, Christianam Ecclesiam significab it. Itaq. vtrũq. agmen, hoc est populus vterq., Christo acclamabat, atq. celeberrimam eius victoriam, immensámq. simul misericordiam, Palmarum, atq. Oliuarum ramis ostendebat. Sed & aliud etiã mysterium in eo significabat: scilicet, Christum (vt ait Dauid) sibi velle misericordiam, & iudicium; hoc est sancta misericordiæ, ac iustitiæ opera, illi esse gratissima. Porrò illi Palmarum ramos ferre dicuntur, qui carni frænum iniecerint, victoriãq. de ceteris hostibus reportarint: qui verò Deum, proximũq. dilexerint, Oliuam manu tenere, meritò dicendi sunt. Hos autẽ ramos ex sacræ scripturæ, sanctorumq. Patrum documentis, ac exemplis Christiani homines decerpunt; si sublimi perfectionis desiderio in altum ascendant. Sed & Christi mortem pijssimam Oliua, Resurrectionisq́ victoriam Palma indicabat: & vtriusq. eius arboris ramos partim manibus gestari, partim humi spargi, mirabilia Christi opera, altissimamq́ eiusdem humilitatem præseferebat, atq. insuper eius deiectione, erectos nos esse, & viribus confirmatos demonstrabat. Vox autem vtriusq. agminis acclamantis vna fuit: quia scilicet vna, & eadẽ Christi aduentum fides præcessit, & subsequuta est; vnus & idẽ antiquo, & posteriori tempore fuit Deus, vnus Dominus. Exclamabant ergo cuncti: *Benedictus qui venit in nomine Domini*, illius scilicet promissiones adimplens, atq. in illius nomine, & gloria populum suum visitans, instruens, & redimens. Vocem quidem omnes ad Patrem tollebant, atq. progredienti Christo, hoc est corpori eius mystico, omnem felicitatem præcabantur, dicentes. O Domine saluum fac Christum tuum: O Domine benè prosperare vobis Christum tuum: *Osi*, enim verbum hæbreum est, & cum datiuo construitur; vt in illo Psalm. *Saluabit sibi dextera eius. Hanna* verò est interiectio. Vnde quemadmodum alibi scriptum est: *Domine saluum fac regem*: ita hîc. *Osanna filio Dauid*: id est, obsecramus, salutem da filio Dauid. Quæ verba quoniam in sacrosanctæ Missæ sacrificio repetuntur, oportet Christianos, qui ei quotidie intersint, illa probè tenere, simulq. meminisse, cùm ex Christo, eiusq. Ecclesia vnum

constet mysticum corpus: hoc vnum hac oratione à Deo postulari, vt omnem ille cùm spiritalem, tum temporalem salutem Ecclesiæ impertiat, quò in ea Christus prosperè fortunateq. regnet.

Hæc igitur tam egregia pompa ad torrentem Cedron, (id est obscurum) Christus peruenit. Postea verò inde in montem Sion ascendens, & ciuitatis partem, eadem cum maiestate prætergressus, è pullo descendit, atq. in Templum introiuit, acclamatione omnium, puerorumq. præsertim, numquam intermissa. Pharisæi interim inuidia confecti, Dominum eo nomine accusabant, quòd pueros, verba illa, solo Messia digna, illi tribuentes, tacere non iuberet. Dominus autem cùm nollet occultam illis esse veritatem: eorumq. vellet duritiem, superbãq. cæcitatem ostẽdere, reuocat illis in memoriam dictum illud: *Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem.* Quasi diceret: Scire quidem vos oportet, simplices & pios, veritatis testes esse debere; hoc siquidem illa verba ex Psal. 8. petita significabant. Per infantes enim, & lactentes, simplices, & humiles intelliguntur: cui & illud accedit quod Bea. Paulus dixit: *Stulta huius mundi elegit Deus &c.* Addidit Dominus præterea (quod si intellexissent, fortassè illos malè torsisset) si quando pueri tacerent, lapides esse clamaturos: hoc est, tacentibus ipsis Iudæis, Gentiles surrecturos (quem populum lapideum, magnisq. peccatis obduratum ipsi reputabant) atq. vna voce prædicaturos, Christum Dominum, verum Dei filiũ esse. Potẽs quippe est Deus ex lapidibus suscitare filios Abrahæ. Post hæc tandem Dominus miracula edidit, populumq. cælesti sua doctrina imbuit. — 1 Corint. — Luca. 3.

Ecce, viri Christiani, festum hodiernum. Historiam audistis: mysterium nunc percipite. Egredimini è ciuitate Hierusalem; negantes scilicet vos ipsos, omnesq. huius mundi voluptates contemnentes: descendite per humilitatem: per fidem verò, & amorem ascendite: pristinas veteris hominis, peccatorumq. vestes in terram per pœnitentiam proijcite: ex arboribus Scripturarum, Sanctorumq. exẽplis, mortificationis, & dilectionis — Transitio. Cohortatio ornata & complexionis & Asyndetis.

ramos

ramos excerpite: eorum alios in terram proijcite, seruos prorsus inutiles vos esse fatentes; alios verò manibus arripite, sanctis in operibus constantissimè perseuerantes; Christum Iesum benedicite, ac infinitis laudibus efferte: gratias illi, beneficiorũ acceptorum memores, agite: futuri illum sæculi patrem, mũdi creatorem, redemptoremq. confitemini: in sua deniq. Ecclesia, salutem illi, atq. prosperitatem optate. Illud autem imprimis in hoc celeberrimo Festo ob oculos vobis cõstituite; quā animi magnitudine, quo caritatis ardore Christus pro nobis passus fuerit; cùm quintò anteà die, magna celebritate, optatissimum sibi Passionis festum anteuerterit. O pientissimum & clementissimum Iesum! qui non solùm pro nobis magna sanguinis copia ex tuo corpore effusa, madere totus cupis: sed id etiā anteà præsentiens, inusitato quodam lætitiæ genere exultas. Felices qui te in tanto festo agnoscent, & confitebuntur. At cogitationis tuæ reliquæ, Passio (inquam) tua, sanguinis effusio, atq. mors, quæ te, Bone Iesu, feria sexta manent: hæc quidem, hæc tibi diem festum maximum sunt factura.

Ab effectis Exclamatio. apostropha

Epiphonema,

Epilogus cohortatio.

Hæc omnia, ô viri Christiani, haud quidem peregrināti animo, sed intenta ingenij acie perpendite; vt non solùm proiectis in terram vestimentis, abscissisq. ex sanctis arboribus, caritatis, & victoriæ ramis, corde mundo Iesu Christo occurratis: sed etiam eius caritatis, Passionisq. memores, ita simul cum eo pati desideretis, vt in hoc sacro Palmarum Dominico die, depulso è ceruicibus peccatorum iugo, eum omni obseruantia, & veneratione colatis; eiusq. dignitatem, ac potestatē cùm acclamationibus, tum verò maximè operibus prædicetis. Sic enim fiet, vt ea pace quam vobis attulit, ac immensis eius misericordiæ diuitijs nunc digni sitis, postea verò in Angelorum, cælitumq. aliorum coetum asciti, sempiterna gloria fruamini.

Ab euentu

Concio in Festo Spiritus sancti

Euan-

EVangelica paraphrasi in hodierna concione præmissa; hoc initio statim faciendum nobis esse duxi, vt gratiam, & Spiritum à Domino postulemus; cùm neminem fugiat, nihil prorsus boni quempiã exequi posse, quin ab Spiritu sancto iuuetur. Etsi quidem Spiritus sanctus vita, vis, lux, & directio: est qui initio mundi aquas fouit: est cuius ope Filius Dei conceptus est: est deniq. qui sanctificat, & filios Dei facit. Quòd si in quauis re præstanda, vt is nobis adsit solemus deprecari: quantò iustiùs id nũc faciemus, de ipsomet concionem habituri? Igitur iustissimum est, vt eius nunc gratiam humiliter postulemus. A Patre quidem, & Filio debemus eam postulare; Pater verò per Filium eam præstiturus est: Spiritus autem ipse, est qui se postulantibus communicat. Sed quoniam & sapienter, & reuerenter petere oportet: alicuius certè ad hanc rem nobis est necessarium auxilium. Quod quoniam nulla dignior creatura nobis præstare potest, quàm illa quæ ipsius Spiritus sancti sponsa, Patris filia, & Filij mater est, quæq; ipso est Spiritu sancto referta: illam nunc adeamus &c. *Exordij propositio.* *Anaphora*

De Hodierno Spiritus sancti mysterio dicturus, maximè cõueniens esse existimaui, trium Euangeliorum, quæ his tribus diebus Ecclesia proponit, atq. adeo Epistolarum etiam argumentum explicare.

In primo igitur Euangelio de Spiritus sancti promissione sermo est, deq. illius mirifico effectu: quòd scilicet Spiritus sanctus omnia Christi dogmata intrinsecus docturus esset Apostolos, eosq. simul ad cõstãtiã, fortitudinemq. animi reuocaturus. In Epistola vero datus Iudæis fuisse Spiritus sanctus scribitur.

Secundum Euangelium hũc totũ dirigitur, vt à Patre propter eius amorem datum esse nobis Filium, & per Filij merita Spiritum sanctum intelligamus. In Epistola verò datum Spiritum sanctum etiam Gentibus manifestè apparet.

Tertiũ Euangelium ostendit, Spiritum sanctum ianitorẽ esse pastoris, qui est Iesus. Epistola verò docet, eũ Samaritanis etiã fuisse communicatum; itemq. communicandum esse per

Con-

Confirmationis sacramentum illis qui sint per Baptisma renati.

Hic Euangeliorum, atq. Epistolarum etiam est spiritus, hæc breuis summa. Nunc reliquum est, vt quæ in illis abdita mysteria sunt, ad nostram vtilitatem eruamus. Quod faciliùs præstabimus; Narratione primùm cõstituta, quæstionibusq́ue deinde quibusdam propositis, ac earum responsionibus ad hibitis: ex quo totus Ecclesiæ spiritus, huiusq́. festi maiestas, & vtilitas deprehendetur.

Partitio.

Narratio.

Celeberrimus ergo est planè in Ecclesia Catholica hodiernus dies. Hodie enim Euangelij lex est promulgata, atque recepta: hodie Sinai in Sion, hoc est lex in Euangelium mutata, Legisq́. iustitia in Euangelij iudicium conuersa: hodie est à facie Moysi velamen ablatum: hodie Christiani in Promissionis terram ingressi: hodie prostratus mundus, victus Dæmõ, caro opressa, atq. frenata: hodie deniq. impletę sunt oẽs Christi promissiones, Apostolis simul factæ omniq. populo Christiano. Multa quidem & magna Christus Iesus Apostolos suos docuerat, quæ tamen nequaquam potuerant ab illis percipi. Admonuerat siquidem illos de suo discessu, de imminẽte illis persecutionum tempestate, de Spiritu deniq. in illos immittendo, cuius splendore illustrati, atq. constantes effecti, cũctos non modò hostes superarent, sed timorẽ etiam illis incuterẽt. Non quidem bona ijs temporalia pollicitus fuerat: immò paupertatem, afflictionem, milleq́. labores prædixerat subeundos: sed sancti tamen spiritus promissione omnem abstersferat tristitiam; simul insinuans, tunc demum cùm Spiritum sanctum accepissent, exoptatum Messiæ aduentum integrè illis affuturum. Hæc igitur omnia, multoq́. plura, quæ in his latent, impleta hodie sunt; cùm gratia diuini numinis, in Christi est discipulos effusa, per Spiritum sanctum, à Patre & filio propter ipsius Filij merita immissum. Sed iam cupient (vt opinor) cuncti intelligere, quid ipse Spiritus sanctus, quidq́. ipsius etiam gratia sit

Spiritum sanctum vnum esse Deum à Patre, & Filio procedentem

dentem, sacra docet Theologia. Est verò Spiritus sanctus amor ipse Patris, & Filij, id est terminus, ex illa mutui amoris, quo sc. Pater, & Filius amant, actione productus; quemadmodum ex actione amoris, in amante quidam manet affectus (vt ita dicam) habitualis. Sed hac de re aliàs: scilicet in die sanctissimæ Trinitatis.

Iam verò quæ sit Spiritus sancti gratia, neq. explicari, neq. intelligi potest, quin priùs in memoriam reuocentur tres illæ ætates, scilicet puerorum, adolescentium, & virorum, in sacris litteris adeò repetitæ. Ad cuius rei pleniorem intelligentiam legite Beat. Paulum ad Hebræos, & primam Iohannis canonicam: legite S. Thomam in Secunda Secundæ de statibus: legite quoq. pios libros etiam vetustissimos: nulla siquidem trita magis quam hæc doctrina in eis continetur. Conferte præterea inter sese singulorum hominum ætates, & conditiones: pueri enim imbeciles sunt; adolescentes fortiores; viri prudẽtes, vereq. fortes, atq. constantes. Prætermitto modò peccatores, qui cùm vitam non habeant, nullius ætatis esse dicuntur: de quibus partim 1. Corinth 3. *Cùm sit inter vos contentio, nõne carnales estis, nonne homines estis?* vel ad Rom. 8. *Qui secundum carnem viuunt, Deo mortui sunt.* De ijs autem solum loquor, qui gratiam habent: hi enim tantummodo viui sunt, cùm gratia sit animi vita. At quò gratia est maior, eò maior est ætas: vnde qui mediocrem habent gratiam, pueri dici possunt; qui maiorem, adolescentes; qui deniq. perfectam, viri. Omnis autem gratia à Spiritu sancto manat: ille enim est qui peccatores iustificat, peccata remittit, gratiam confert. Quãquam enim hæc, sanctissimæ Trinitatis opera reuera sint: tamen sancto Spiritui ideò præsertim adscribuntur, quia ipse amor est; gratia autem per amorem datur. Deus enim diligit nos, antequam illum diligamus: & ex dilectione Pater Filium nobis dedit vnigenitum: & eadem dilectione commotus ipse Filius se se pro nobis sponte crucifigendum tradidit. Cùm itaq. omnis gratia ab amore ortum habeat; omnis itidem à Spiritu sancto proficisci iure censetur.

D. Tho. 2. 2. q. 183. vsq. 189.

1. Iohan. 4
Iohan. 3.

Quemadmodum autem artifex quispiam insignis, tametsi aliqua fortè opera vulgaria, parumq. elaborata in lucē protulerit; tamen nulla ferè eorum facta mentione, præstantissimorum duntaxat à se editorum operum auctor nominatur; eaq. solùm illius peritiæ ostendendæ caussa, in medium afferuntur: ita etiā tunc solùm cùm plenissimè datus est Spirit⁹ sanct⁹, datū eū esse dicimus; & perfectā solùm gratiā, (maximeq. eā quā gratiæ gratis datæ comitantur) Spirit⁹ sancti gratiā appellamus: qualis ea fuit, quā Deus Apostolis contulit, quibusquidem, vt opus prodiret omnibus numeris absolutum, gratia gratùm faciens, & gratia gratis data integrè, perfectéq. communicata est.

Hæc cùm ita sint, tales profectò esse Christiani deberēt, vt perfectam saltem gratiam gratum facientem atque gratias etiā gratis datas iuxta illarum spiritum (vt Marci vltimo Doctores docent) dignè possent recipere; ne toto vitæ tempore paruuli (vt inqnit B. Paulus) fluctuantes essent; sed veritatem facientes crescerent in Domino. Nonne enim idem Paul. dixit; *Christus dilexit Eccesiam &c?* Talis ergo esse debet Ecclesia Christi: tales omnes Christiani. Quid enim? Nobilissima Christi Ecclesia, futura est sicut vetus illa, Ecclesia puerorum? Sit sit aliqua ex parte adolescentium, sit verò potissimùm perfecta ætate virorum. Nunquā certè patitur Dominus in Ecclesia deesse adolescentes, ac viros: at quàm pauci illi sint cùm recordor, puerilis certè nostræ ætatis, puerilium q. operum me vehementer pudet. Me miserū! Quorumnam in Ecclesia Christi anorū maior est numerus? Nonne puerorū? Puerorū autē? Vtinā non lōgè maximus numerus esset mortuorum? Neq. verò tantū pueri sunt ex Christianis quā plurimi: sed nec volūt quidē (quod lacrymis, & dolore dignius est) ad virilē ætatē peruenire. O malū detestabile Semperne, ô Christiane, futurus es puer? puer in quam maledictus centum annorū? Quid si tibi hoc in corpore cōtingeret? O monstrū! O portentum! Sed de his iam satis.

Audistis iam quid Spiritus sanctus, quæq. illius gratia sit: nūc scire (ni fallor) desideratis, an hæc Spiritus sancti gratia omnibus tribuatur, possintq. ac debeant cuncti eam Christiani recipere. Cui ego dubitationi respondeo, nihil esse quod id impedia-

Ephes. 4.
Ephes. 5.
Exclamatio.
Apostropha.
Anadiplosis.
Exclamatio.
Transitio.

tur. Nā obsecro, quibus Christianis, in Ecclesiæ primordijs datus Spiritus sanctus nō est? Nōnne datus Iudæis? Samaritanis? Gentilibus? Ne igitur quæso, quisquā, de Ecclesia, vel de Christo, vel de ipso Spiritu sancto ita perperā sentiat, vt eum non omnibus communicandum esse existimet. Si enim pro omnibus Christus Iesus mortuus est; si pro omnibus sanguinem effudit; si pro omnibus resurrexit; si omnes diligit; si vna est illa quæ antea fuit, quæq. modò est, & in perpetuum futura est Ecclesia; si deniq. hoc festum omnibus Christianis æquè celebrandum proponitur; cur non etiam omnes eiusdem festi spiritu participabunt? Nūquid Spiritus sancti aduētus, est inanis aliqua cęremonia? Absit ergo à viro Christiano suspicari, non etiam sibi esse Spiritū sanctū per purissimā Christi sanguinem cōparatum. Si enim cōmuni illo Māna cūcti Iudæi vsi sunt: si in Promissionis terram cūcti peruenere: si illorum omniū veterū sacrificiorū, sacramētorūq. fuerūt omnes participes: cur & nos Christiani cōmunia omnia nostra nō habebimus? Quin potiùs si Christiani etiā cūcti Cōfirmationis sacramētū recipiūt; cur nō eius etiā recipient gratiā? Quid ergo hæsitas Christiane? quid humi repis? Putas Christum Iesum Ecclesiæ primogenituum fratrem nostrum, fratres semper pusillos, ac pueros exoptare

Enumeratio vehemens

Pneuma ab effectis.

A minori.

Eia ergo, Viri Christiani, erubescite in puerili sēper ætate permanere: ad adultā, & nobilē ætatē tāto populo, tā præstāti Ecclesia dignā cōtēdite: tāq excelsū dignitatis locum cōscendere percupite. Ecquis enim nō cupit esse vir? cōstās? prçstās? omni honore, & prçmio dignus? Persuadere mihi nō possū, vos viros Christianos hisce iā verbis cōmotos, atq. excitatos nō esse: quinimo. tacitè hāc iā existimo, vos animo voluere cogitatioem: Nonne ad tantum bonum nobis adspirare licet? nōne id diuino fauente numine comparare? Audite, audite, obsecro: hinc omne existit malum, quod non in corde primùm statuimus, altaque mente reponimus, cunctos absq. vllo discrimine Christianos fuisse à Domino Euangelicam vocatos perfectionem; cunctisque à Christo dictum fuisse: *Estote perfecti &c.* Itemque à Paulo illud: *Imitatores Dei estote, sicut filij*

cohortatio à gloriosa

cariſſimi. Sed illud prętereà pro certo cōſtituendum eſt; Chriſtum Dominum noſtrum, quæ impoſſibilia ſunt, neq. præcipere, neque monere. Pari enim ferè anathemate illi eſſent digni, qui in Mādatis, & qui in Conſilijs Chriſtū aſſererēt impoſſibilia comprehendiſſe: quippe quia impudentiæ, atq. tyrannidis cuiuſdam ipſum Dominum Deumq. noſtrum accuſarēt. His autem demum addendum eſt; malum eſſe teterrimū, nolle nos ipſiſſima Chriſti verba auſcultare, ſed futiles, & commētitias quaſdam hominum interpretationes. Nam velint nolint, ij, qui ſuis cupiditatibus falſa quædam, bonæ (vt ipſi aiunt) intētionis, velamina prætendunt; Chriſtus propriam abnegationē, contemptum rerum humanarum, crucem deniq. & perfectionem haud dubiè prędicauit.


Hæc igitur viri Chriſtiani, ſi vos amplectamini, ingentia (mihi credite) æternaq. in cælo vobis ſunt præmia propoſita: immò & in hac etiam vita locupletiſſima quædam Spiritus ſancti dona; quæ hodierno die in ipſis Apoſtolis, per linguas igneas, per ſuauem, ac vehementem ſonum, per aërem velociſſimum, per totius deniq. domus repletionem ſignificantur. Nam vt ne horum quidem ſignorum, quæ hodiérnum Spiritus ſancti in Apoſtolos aduentum commitata ſunt, aliquam interpretationem deſideretis; ſic accipite. Linguæ primùm igneæ, Verbi Dei prædicationem amore, ac zelo coniunctam ſignificabant. Præterea ſingulas ſingulis Apoſtolis inſidere linguas, nihil aliud præ ſe ferebat, quàm vnicuiq. pro ſua vocatione Spiritum ſanctum dari. Ad hæc ſonus vehemens, Chriſti declarabat famā ab aëre vehementi, hoc eſt ab Spiritu ſancto, per totum orbē diffuſam. Spiritus enim ſanctus vim habet, atq. vehementiam: vnde & totam domum, hoc eſt totam Eccleſiam, totumq. orbem, ſingulaq. hominum corda adimplet. Hi ſunt profectò mirabiles Spiritus ſancti effectus. At, quid nō is præſtat, vbi in aliqua ſeſe corda infundit? Nimirum tribuit amorem, lumen, vires, ſuauitatem, conſolationem, pacem, milleque id genus alia. *Ab exemplis.* Nonne enim etiam hodie (Chriſto Ieſu gratia) aliquos homines videmus, qui Spiritu ſancto afflati, fortiter mundo reſiſtunt, humanas voluptates contemnunt

acerbitatates ferunt? laboribus se sponte obijciunt? Adsunt religiosi permulti, & præsertim pauperculi Capuccini, in summa hyeme calidi, in æstate egelidi, in paupertate diuites, in siti, ac fame saturati.

Ergò ò viri Christiani, hæc omnia cum animo vestro diligenter perpendentes, terrena despicite, cælestia appetite, Spiritum sanctum exoptate: hæcq. omnia vt assequamini, Christum Iesum appelate, vestrum scilicet adiutorem, cuius opem, credere nefas est, vobis aliquando defuturam Si enim patres alioqui mali, bona data dare norunt filijs suis: quis credat Patrem illum solum bonum, solum pium, solum potentem, solum diuitem, solum liberalem, denegaturum fuisse filijs ad eum confugientibus auxilium? Eia ergo seriò atq. ex animo Orationi vacate, vosq. pro viribus præparãtes, Spiritum sanctum à Domino petite: dabit ille vobis calculum & nomẽ nouum, quod nemo nouit, nisi qui accepit. Testor enim vobis, qualis Spiritus sanctus sit, non ingenij acie, non lectione, non magistrorũ doctrina, sed experimento deprehendi. Quã propter properate iam gustare: & videbitis, quam suauis est Dominus. Scilicet in hac vita, spiritualibus quibusdam suauitatibus, quibus cum nulla est conferenda voluptas, perfruemini: postea verò in illo bonis omnibus circum fluente cælestium animorum cœtu, gloriam possidebitis immortalem. *Epilogus à cohortatione homæoptoto & asyndeto ornatus.*

Concio in festo Sanctissima Trinitatis.

Baptizantes eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti Matthæi vltim.



Eccclesiastici 3. scriptũ est: *Altiora te ne quæsieris.* Quod cùm de mirabilibus, ac immensis Dei operibus intelligatur: multò haud dubiè magis de Deo intelligi debet, qui est in se ipse incomprehensibilis. Sed nihilominus, ea quæ nos sancta docet Scriptura licet perquirere, & inuestigare: cùm Christus ipse Iohan. 5. dixerit *Scrutamini Scripturas.* *Propositio exordij.*

pturas. Nam neque Prouerb. 5 omninò mel comedere, sed nimis comedere prohibemur. Quare sanctissimæ Trinitatis mysterium, quod nobis hodierno die celebrandum proponit Ecclesia, prætermittēdū nequaquam est: sed summa cū attentione, animiq́. reuerentia explicandum. Quod B. Augustin. 1. de Trinitate docuit, cùm dixit: *Pater, Filius, Spiritus sanctus, hæc Trinitas vnius, eiusdemq́ substantiæ, & essentiæ dicitur, creditur & intelligitur: quæ summū bonū est: quæ purgatissimis mentibus cernitur: mentis enim acies inualida in tam excellenti luce non figitur, nisi per Fidei viuæ iustitiam emundetur.* Igitur cùm de hoc mihi nūc dicendum sit mysterio, quod tam puras in dicente, & in auditoribus mentes postulat, quodq́. non nisi summa est cum reuerentia tractandum: obsecremus cuncti Dominum, vt nostra omnium corda purificet, superniq́. luminis radio collustret. Quoniam autem repositum nobis ad eam rem in sacra Virgine præsidium intelligimus: hanc confidenter adeamus, atq. ad eius proiecti pedes dicamus: *Aue Maria &c.*

Petitio.

Baptizantes eos &c.

Ab adiunctis, & subiectis.

AD Galat. 4. B. Paulus Euangelium Legi veteri multis nominibus anteposuit. Lex etenim illa erat vetus, Euangelium nouum: illa vmbra, hoc veritas: illa obscura, hoc clarum: illa puerorum, hoc virorum: illa denique imperfecta, hoc perfectum. Quod cùm verissimum sit quoad vitæ, morumq́. sanctitatem, & perfectionem: tamen his prętermissis, de Fidei solùm mysterijs agamus, in quibus Euangelium etiam Lege multò celsius est.

Ab effectis

Rara in Lege docebantur mysteria, illaq́. ferè sub vmbris. Nam etsi creatio apertè edocta ibi est, & originis culpa nequaquam prætermissa: tamen Messiæ aduentus solùm fuit adumbratus: Incarnatio non ita clarè exposita: Trinitatis deniq. mysterium, multaq́. alia ad gratiam, & gloriam, ad Resurrectionē, & Iudicium spectantia, non apertè admodum declarata. At in Euangelio impletum illud est: *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Vnde & dixit Christus Dominus Iohan. 15. *Iam non*

dicam vos seruos, sed amicos &c.

Igitur ad nostrum accendentes Trinitatis mysterium, quod multò quàm anteà apertius ex hodierni Euangelij verbis deprehendimus: constituimus quidem primùm, id tam excelsum esse, atq. sublime, vt omnem longè humanum captum prætervolet. Nã quòd tres veræ sint personæ reales, realiterq. distinctæ; quòd quælibet earum sit verè Deus; quòd vnam, eãdemq. prorsus essentiã habeant; quòd eædem ipsæ cum ipsa diuina essentia omninò sint idem; quòd sint simul ab æterno; quòd absq. mutatione vlla, perfecta semper generatione Filius à Patre generetur, & Spiritus sanctus à Patre, & Filio procedat; quòd deniq. nihil sit in hac sanctissima Trinitate maius, aut minus, priusue, aut posterius: hæc quidem omnia eiusmodi sunt, vt absq. Fide, humanus intellectus non magis videatur posse illis assentiri, quàm si persuadere velles, vnum & idem corpus, & animam, hoc est vnum, & eundem hominem esse Petrum, Iohannem, & Iacobum, ita vere tres, vt alias quaslibet tres humanas personas. At vera illa quidem omnia sunt, quæ sanctũ hoc continet mysterium, neq. vllis possunt hominum rationibus impugnari. Nam argumentatio illa, Quæcumq. sunt idem re vni tertio &c. facile diluetur, si propositionem illam non aliter concedamus, quàm si aliqua vni tertio, re, & ratione idẽ sint. Nam actio quidem, & passio, eadem qualitas est: at nõ propterea cogimur fateri, actionem, & passionem esse omninò idem. Sed quoniam huius loci disputationes Philosophicæ non sunt; ad institutum redeamus. Hoc igitur est quod Fides nos Catholica docet: tres esse personas reales, realiterq. distinctas; sed vnum tamen Deum, vnamq. in tribus illis Personis esse Sapientiam, Bonitatem, Potentiam; vnumq., & eundem illas tres esse Regem, vnum Deum, vnum Dominum, vnum Creatorem, Iustificatorem, Glorificatorem; cùm tamen & singulæ etiam per se, verus Rex, Deus, Dominus, Creator, Iustificator, & Glorificator sint. *Anaphora*

Hęc vt Theologi quadamtenus explicarẽt, multa piè, & doctè excogitarunt, distinguentes absoluta à relatis, essentiam

a persona,potentiam ab actu,relationem à proprietate, & forma constituente,originem à relatione: quæ quidem omnia, quoniam huic loco non conueniunt, consultò prætermittãt

Prolepsis. Sed si quis est,qui hoc nomine de me conqueratur, quòd hæc tam excelsa,& sublimia proposuerim,quæ auditorũ quodammodo videntur ingenia confundere,conscientias autem nihil ædificare: is intelligat,ea certè prætermitti nequaquam potuisse:cùm iusserit eiusmodi mysteria Dominus in catholica Ecclesia suis Christianis declarari. Quoniam autem rogabit quispiam, quid inde obuenire possit commodi:audite, obsecro,Auditores,non vnam,sed plures vtilitates.Primùm exponi hoc mysterium Trinitatis oportet,vt Deum satis cognoscamus:non enim satis cognoscit,qui trinum, & vnum eum esse non intelligit. Secundò Creationis articulum hinc intelligimus. Tertiò, hinc ad Christi incarnationem percipiendam deuenimus. Quartò, hinc maximè consolamur. Quincto (neq. enim hoc prætermittere libet)ab hæreticis,in hoc mysterio intelligendo à Diabolis deceptis,nobis cauemus.Sed singula hęc persequamur.

Primùm igitur,quis est,qui non Deum exacte cognoscere cupiat?Cupiũt certè Ethnici: vnde multò magis et Christiani. At ille Deum non integré cognoscit,qui non eum esse Patrẽ, & à Patre gigni Filium, & ab vtroq. procedere Spiritum sanctum intelligit:vnde neq. in lege Naturæ, & veteri, si quis hoc mysterium ignorabit, is Deum cognouisse intelligendus est. Quare dubitandum non est,quin viri sancti, Patriarchæ, & Prophetæ, & illorum verè discipuli (vt ex vetustissimis Rabbinis constat)hoc mysterium intellexerint.Nunc autem si quis ex Christianis id ignorat, is certè ipsum ignorat Deum: vnde & multò magis eum Mahometani ignorant, ceteriq; omnes infideles. Nam etsi Aristoteles lib. 12. Metaphy. Deum purum esse actum cognouerit: tamen illius sanctitatem, & in Personis Trinitatem non est assecutus. Ecce igitur, Christiani, quæ sit declarandi vobis huius mysterij ratio prima: nimirum, vt Deũ

à relatis. patrem vestrum, filij dilectissimi agnoscatis? Quis enim vnquã

filius patrem suum nosse non cupiat? Quare non ab re Doctores Theologi, vt hoc tantum mysterium populus Christianus intelligeret, similibus id permultis aliqua ratione explicare tentarunt. Quæ quidem omnia tametsi ab ipsa re plurimùm distent (neq. enim possunt magis illam declarare, quàm vestigio pedis animal declaratur ipsum) tamen quoniam non est alia nobis aptior explicandi ratio, libet nunc aliqua ex ijs in mediū adducere.

In anima hominis tres sunt potentiæ, intellectus, Voluntas, & Memoria: sed vnica tamē essentia. At Deum immortalem! quantum hoc à nostro mysterio distat? Ibi tres illæ facultates sunt accidentia: hîc verò tres Personæ sunt substantiæ. Ibi fluūt ab essentia facultates, nō vna ab altera: hîc verò à Patre Filius, & ab vtroq. Spiritus sanctus. Quamuis & aliæ sunt etiam rationes, quibus à nostro id maximè mysterio differt. Sed easdem etiam reperies dissimilitudines in ijs, quæ adduci à quibusdam solent: scilicet quòd in pomo sapor, color, & odor sunt; & in igne lux, calor, & splendor; quæ tamen omnia vnum tantummodo sunt pomum, & vnus tantummodò ignis. Porrò & in alio hæc omnia à nostro mysterio distinguntur: quòd scilicet in his tria illa, distincta ab essentia sunt, in mysterio verò re idē sunt cum essentia Personæ. Vnde rectissimè dixit quidā, quod cumq. ad huius rei declarationem simile adducas, maiorē certè in eo dissimilitudinem, quàm similitudinem reperiri.

Exclamatio.
Antitheto.
Asyndeton
Homœopto ton.

Illud præterea forcipum simile, vbi duę partes sūnt vno vinculo coniunctæ; & illud etiam panni, qui tres habeat plicas, plurimùm à re nostra distant: nam & forcipum quæuis pars, & pāni etiam quæuis plica distinctam habet substantiam.

His ergo similibus prætermissis, alio vtamur, quod Beat. Augustin. insinuauit, Sanctus Thomas extulit, tota Theologorum schola recepit. Igitur apertissimum est, fieri posse, vt aliquis homo de se ipse aliquandò cogitet, & sui imaginem mente sibi effingat: quod mentale verbum Theologi appellare voluerunt. Hæc igitur, generatio est quædam spiritalis: qua ideò humanus intellectus dicitur sui figuram genuisse, quia ad suam ipsius.

Asyndetō. Homœopto ton.

ipsius similitudinem illam producit. Patres enim in eadē substantia, & in eadem, quoad fieri potest, figura, & qualitate, filios generant sibi similes. Quamquam acutissimus ille D. August. rogatus in conflictu publico ab hæreticis, cur Filius, & non itē Spiritus sanctus, filius, & genitus diceretur; non aliud respondit, quàm Filium in sacra Scriptura, filium, & genitum appellari, neq. eius appellationis caussam assignari vllam. Quæ sanè responsio non incongrua fuit, quia in tanto mysterio suffi cere debet., si Scripturæ testimonium pro ratione tradamus. Sed ne ab instituto digrediamur: Si effigies illa tui, quam in intellectu formasti (quæ est veluti alter tu in tuo intellectu productus) esset ex tua substantia: nonne tuus esset filius? Rursus si tu, & filius tuus impensissimo quodam inter vos diligeretis amore: dubitari non potest, quin ex illa actione vehementi, in vtroq. vestrum maneret affectus quidam, & veluti amoris effectus ab vtroq. per mutuum amorem productus, qui veluti habitus quidam in vtroq. resideret. Hic ergo cùm ex amoris vehementia, quæ similitudinem præsupponit, produceretur tamquam halitus, & in amorem prorumpentium spiritus; meritò ex impulsu, quasi quidam ventus appellaretur. Ex his ergo, ni fallor, Auditores, iam aliqua ratione, Filij generationem, Spiritus sancti processionem, Trinitatem deniq. ipsam Personarum fide innitentes collegistis. Nunc autem si constituitis, mentale illud verbum, & item amorem illum, de quibus locuti sumus, in vnoquoq. nostrum & substantiam esse, & vnam substantiam (nam indiuidua substantia in indiuiduo manens, multiplicari non potest) simulq. mutuum in his consideratis respectum: præclarum certè ad hoc mysterium percipiendum, vobis simile confinxistis.

Præter hoc simile, solent etiam quidam adducere rationes, quibus hoc mysterium confirment: tametsi certè nimium illis inniti videntur; cùm verissimum sit nullam esse rationem quā non hoc longè superet, tantum, tamq. ineffabile arcanum. Sed rationes quidem hæ sunt. Ex bonitate Dei, quàm infinito

se mo-

se modo communicare par est, Filij productio colligitur: Ex perfectione autem consortij (tunc enim est duobus plena lætitia cùm habent amicum consortem) Spiritus sancti processio probatur. Præterea alio discursu, ne Deum, in ipsa æternitate tamquam nihil agentem faciamus; conuenit fateri, si intelligit, & amat, actionibus quidem illis aliquid intra Deum ab æterno produci. His accedit ternarij numeri nobilitas, quæ in omnibus maximè rebus elucet. In Orbe enim tres sunt machinæ: in Angelis tres Hierarchiæ: in rebus materia, forma, & compositum: in anima tres potentiæ: & tres deniq. leges, Naturalis, Mosayca & Euangelica. Bellæ quidem persuasiones: sed tamen mysterium sola Fide notum est, non enim id vlla potest ratione demonstrari.

Sed iam vt Scripturæ sacræ testimonijs nostrum institutum confirmemus: quoniam, vt diximus, Deum à nobis non ignorari oportebat, ideò vtriusq. Testamenti scripturæ prædicant Trinitatem. Prima Genesis verba eam attestantur, quæ apud Hebræos ita scripta sunt: *Beresith bara Helohim.* id est, *In principio creauit Dei*: et *Spiritus Domini ferebatur super aquas.* Item Deut. 6. *Audi Israël, Dominus Deus noster, Deus vnus est.* Quo loco vbi nos legimus, *Dominus*, Hæbræi legunt nomen illud ineffabile tetragrammaton: Deusque noster medius, Filium Dei, pro nobis factum hominem significat. Esaiæ etiam 6. *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth!* Vbi Rabbi Symeon, & Caldæus Paraphrastes legunt: *Pater, Filius, & Spiritus sanctus.* Et Thalmudistę statuerunt, vt verba hæc quotidie bis legerentur. Item & illa solennissima vox *Iehouah*, hoc ipsum significat. Tres enim litteræ in ea leguntur iuxta Hebraicæ linguæ proprietatem, & reuera quattuor sunt. Ex quibus *Iod*, significat principium, *He*, significat viuere, *Vah*, est copula. *He*, autem bis exprimitur. Quare hinc Patrem primum intelligimus, qui principium est Filij æternum: deinde Filium, per quem omnia facta sunt, & in quo vita est: præterea Spiritum sanctum, qui Patris, & Filij copula est, & nexus. At [illegible] repetitur.

repetitur *He*: quoniam per Dei Filium creati, & rursus noua creatura per ipsius redemptionem facti sumus. Præterea in Psal. 2. scriptum est: *Dominus dixit ad me, filius meus es tu &c.* Et Psal. 109. *Ex vtero ante luciferum genuite*: Et Psal. 32. *Verbo Domini cæli firmitati sunt &c.* Et Iob. 33. *Spiritus Dei, qui fecit me &c.* Sed ex veteri Testamento hæc satis.

Ex nouo autem testamento, hodiernum Euangelium, potissimum est testimonium. Inquit enim hoc loco Dominus: *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*: non, *in nominibus*. Item 1. Iohan. 5. habetur: *Tres sunt qui testimonium dant &c.* Et 2. ad Corinth. vltim. *Gratia Domini nostri Iesu Christi, & caritas Dei, & communicatio Sancti spiritus &c.* Rursus 1. ad Corinth. 12. *Diuisiones gratiarum sunt &c.* His adiunge Iohan. 1. *In principio erat verbum.* & eiusdem 10 *Ego & Pater vnum sumus*: et deniq. (vt alia plura omittam) testimonia data desuper in Baptismo, Transfiguratione, atq. Oratione.

Sed figura etiam illa Genesis cap. 18. quòd Abraham tres vidit, vnum tamen adorauit, satis id demostrat: non enim sine caussa illud retulit Scriptura.

Adferri etiam solent Trimegistri Platonicorum, atq. alia etiam aliorum testimonia. Sed hæc nunc dixisse sufficiat, vt populus Christianus intelligat, non alia de caussa, quàm vt Deum suum cognoscat, hæc a Deo tradita esse sanctarum Scripturarum oracula.

Sequitur iam, vt de alijs rationibus tractemus, propter quas, Trinitatis hoc mysterium exponi oportere diximus: quæ quidem multò faciliores, quàm superior sunt.

Iam igitur hoc mysterio ignorato, creatio intelligi nequaquam posset: scilicet qua ratione Pater per Filium, vt per sapientiam artifex, omnia creauerit in Spiritu sancto omnia fouete. Habet quidem Pater ab æterno, omniũ quæ facit, facturus est, & facere potest, rationem: quare in illo rerum omnium prototypos, vt aiunt, atq. Idæas constituimus. Quicumq. enim artifex aliquod opus facturus est, illud mente priùs effingit; postea verò ad eius imaginem, & per id mentale verbum operatur:

tur;alioqui enim non per intellectum operaretur. Sed neque operabitur artifex,nisi accesserit volitio,atq.operandi,& absoluendi affectus.Iam ergo cù n Scripturæ afferant, in principio Deum creasse cælum, & terram, & Spiritum Domini aquarũ immensitatem fouisse; quis id explicare poterit, aut intelligere,nisi Patris,Filij,& Spiritu sancti mysterium intelligat? Est enim Filius,Patris sapientia:id est(vt nostro modo loquamur) non ipsa cognitio,aut actus,sed terminus illius; scilicet verbũ. Spiritus autem sanctus,Patris,& Filij,est amor : scilicet amoris mutui terminus. Vnde & illud nunc etiam intelliges: *In Principio erat Verbum*; hoc est, ante mundum in æternitate iam erat verbum: *Et Verbum erat apud Deum*; hoc est, relationem ad Patrem generantem habebat: *Et Deus erat Verbum*; hoc est, ipsum verbum verus Deus cum Patre erat: *Et omnia per ipsum facta sunt*. Quibus tu ex Genesis 1. adiunge: *Et Spiritus Domini ferebatur super aquas*; hoc est,Spiritus Patris,& Filij,qui vnus sunt Dominus cum Spiritu sancto.

Iam verò ad Incarnationis mysterium intelligendum,dubitari non potest, quin Trinitatem intelligere sit prorsus necessarium. Si enim non intelligas,in vna eademq.essentia tres esse personas re distinctas:quomodo intelliges,Filium à Patre missum cooperante Spiritu sancto? quomodo solum filium, non autem Patrem,aut Spiritum sanctum intelliges esse incarnatũ? quomodo ipsum incarnatum Filium , verum esse Deum cognosces? Inde tam fœda multorum ignorãtia, qui de Incarnatione interrogati, aut respondere nesciunt,aut quædam falsissima respondent. Si enim ij aliquam sanctissimæ Trinitatis haberent cognitionem; facilè possent intelligere; sic erga mundum fuisse Deum Patrem beneuolum , ac liberalem , vt ipso volente Filio, & consentiente Spiritu sancto, Filium vnigenitum nobis tradiderit, vt nos factus homo redimeret; quippe quia non aliter quàm factus homo; poterat quidquam vel pati, vel mereri. Porrò hinc etiam intelligerent, Filium potiùs, quàm Patrem, aut Spiritum sanctum incarnari oportuisse; quia cùm per Filium facta sint omnia, oportebat,vt per quem

tatem pertinet,legem tum Naturalem, tum veterem cognitione superare;huius autem cognitio mysterij summam quandam dulcedinem continet, ac suauitatem; cogitationem vestram à mortalibus rebus auellatis; vt mentem attollentes, tā mirabili,tamq. excelsa cognitione illustremini; eoq. gaudio perfruamini,quod animæ piæ,ac spiritales,ex diuinarum rerū contemplatione solent maximum accipere.

Sermo de Monacha virginis Professione.

Felicissimus est,atq.ceterorum omnium in Ecclesia Catholica præstantissimus Religionis status. Nam etsi reliqui omnes pij sint;vt Matrimonium, Viduitas,Continentia,& alij qui Rempublicam Christianam constituunt:tamen religiosi viri, & fœminæ, supræmum perfectionis apicem suo sibi iure vendicant. Vnde cùm Psalm. 44. de Christo dixisset Psaltes; *Speciosus forma præ filijs hominū*, quo loco spiritalis forma intelligenda est,quia Christus quatenus homo,gratiam habet infinitam: & rursus dixisset. *Diffusa est gratia in labijs tui*; quod de Euangelica prædicatione intelligendum est:& postea subiunxisset; *Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato,circundata varietate*, quæ verba de Ecclesia sancta intelliguntur:tandē addita sunt verba hæc: *Audi filia & vide,& inclina aurem tuam &c.* Quibus Psaltes religiosam animam,scilicet insigne quoddam,& præclarum huius sanctæ Ecclesiæ membrum alloquitur. *Propositio.*

Sed quæres,cur hæc verba ad religiosam animā potissimùm referrēda sint:cùm in quolibet statu perfecta esse anima Christiana possit; vt ei dicere iurè valeas: *Audi filia, & vide &c.* At respondeo,quamuis certissimum sit, posse in quolibet statu Christianum hominem ad perfectionis fastigium peruenire:tamen si propriā cuiusq.status naturam spectes,nullum reperiri,qui comparandæ Perfectioni (hoc est perfecto amori) sit ita ex sua natura accomodatus. *Oppositio.*

Hinc,vt video,duplex quæstio existit à me hoc loco tractanda.

Quemadmodum autem artifex quispiam insignis, tametsi aliqua fortè opera vulgaria, parumq. elaborata in lucē protulerit; tamen nulla ferè eorum facta mentione, præstantissimorum duntaxat à se editorum operum auctor nominatur; eaq. solùm illius peritiæ ostendendæ caussa, in medium afferuntur: ita etiā tunc solùm cùm plenissimè datus est Spirit⁹ sanct⁹, datū eū esse dicimus; & perfectā solùm gratiā, (maximeq. eā quā gratiæ gratis datæ comitantur) Spirit⁹ sancti gratiā appellamus: qualis ea fuit, quā Deus Apostolis contulit, quibusquidem, vt opus prodiret omnibus numeris absolutum, gratia gratùm faciens, & gratia gratis data integrè, perfectèq. communicata est.

Hæc cùm ita sint, tales profectò esse Christiani deberēt, vt perfectam saltem gratiam gratum facientem atque gratias etiā gratis datas iuxta illarum spiritum (vt Marci vltimo Doctores docent) dignè possent recipere; ne toto vitæ tempore paruuli (vt inqnit B. Paulus) fluctuantes essent; sed veritatem facientes

Ephes. 4. crescerent in Domino. Nonne enim idem Paul. dixit; *Christus*

Ephes. 5. *dilexit Eccesiam &c?* Talis ergo esse debet Ecclesia Christi: tales omnes Christiani. Quid enim? Nobilissima Christi Ecclesia, futura est sicut vetus illa, Ecclesia puerorum? Sit sit aliqua ex parte adolescentium, sit verò potissimùm perfecta ætate virorum. Nunquā certè patitur Dominus in Ecclesia deesse adolescentes, ac viros: at quàm pauci illi sint cùm recordor, puerilis certè nostræ ætatis, puerilium q. operum me vehementer pu

Exclamatio. det. Me miserū! Quorumnam in Ecclesia Christi anorū maior est numerus? Nonne puerorū? Puerorū autē? Vtinā non lōgè maximus numerus esset mortuorum? Neq. verò tantū pueri sunt ex Christianis quā plurimi: sed nec volūt quidē (quod lacrymis, & dolore dignius est) ad virilē ætatē peruenire. O ma-

Apostropha. lū detestabile Semperne, ô Christiane, futurus es puer? puer, in

Anadiplosis. quam maledictus centum annorū? Quid si tibi hoc in corpore cōtingeret? O monstrū! O portentum! Sed de his iam satis.

Exclamatio. Audistis iam quid Spiritus sanctus, quæq. illius gratia sit: nūc scire (ni fallor) desideratis, an hæc Spiritus sancti gratia omni-

Transitio. bus tribuatur, possintq. ac debeant cuncti eam Christiani recipere. Cui ego dubitationi respondeo, nihil esse quod impedia-

tur. Nã obsecro, quibus Christianis, in Ecclesiæ primordijs datus Spiritus sanctus nõ est? Nõne datus Iudæis? Samaritanis? Gentilibus? Ne igitur quæso, quisquã, de Ecclesia, vel de Christo, vel de ipso Spiritu sancto ita perperã sentiat, vt eum non omnibus communicandum esse existimet. Si enim pro omnibus Christus Iesus mortuus est; si pro omnibus sanguinem effudit; si pro omnibus resurrexit; si omnes diligit; si vna est illa quæ antea fuit, quæq. modò est, & in perpetuum futura est Ecclesia; si deniq. hoc festum omnibus Christianis æquè celebrandum proponitur; cur non etiam omnes eiusdem festi spiritu participabunt? Nũquid Spiritus sancti aduentus, est inanis aliqua ceremonia? Absit ergo à viro Christiano suspicari, non etiam sibi esse Spiritũ sanctũ per purissimã Christi sanguinem cõparatum. Si enim cõmuni illo Mãna cũcti Iudæi vsi sunt: si in Promissionis terram cũcti peruenere: si illorum omniũ veterũ sacrificiorũ, sacramẽtorũq. fuerũt omnes participes: cur & nos Christiani cõmunia omnia nostra nõ habebimus? Quin potiùs si Christiani etiã cũcti Cõfirmationis sacramẽtũ recipiũt, cur nõ eius etiã recipient gratiã? Quid ergo hæsitas Christiane? quid humi repis? Putas Christum Iesum Ecclesiæ primogenituum fratrem nostrum, fratres semper pusillos, ac pueros exoptare

Enumeratio vehemẽs

Frequentia ab effectis.

A minori.

Eia ergo, Viri Christiani, erubescite in puerili sẽper ætate permanere: ad adultã, & nobilẽ ætatẽ tãto populo, tã præstãti Ecclesia dignã cõtẽdite: tãq. excelsũ dignitatis locum cõscendere percupite. Ecquis enim nõ cupit esse vir? cõstãs? prçstãs? omni honore, & prçmio dignus? Persuadere mihi nõ possũ, vos viros Christianos hisce iã verbis cõmotos, atq. excitatos nõ esse: quinimo. tacitè hãc iã existimo, vos animo voluere cogitatioem: Nonne ad tantum bonum nobis adspirare licet? nõne id diuino fauente numine comparare? Audite, audite, obsecro: hinc omne existit malum, quod non in corde primùm statuimus, altaque mente reponimus, cunctos absq. vllo discrimine Christianos fuisse à Domino Euangelicam vocatos perfectionem; cunctisque à Christo dictum fuisse: *Estote perfecti &c.* Itemque à Paulo illud: *Imitatores Dei estote, sicut filij*

cohortatio, à glorioso

cariſſimi. Sed illud præterea pro certo cōſtituendum eſt; Chriſtum Dominum noſtrum, quæ impoſſibilia ſunt, neq. præcipere, nequē monere. Pari enim ferè anathemate illi eſſent digni, qui in Mādatis, & qui in Conſilijs Chriſtū aſſererēt impoſſibilia comprehendiſſe; quippe quia impudentiæ, atq. tyrannidis cuiuſdam ipſum Dominum Deumq. noſtrum accuſarēt. His autem demum addendum eſt; malum eſſe teterrimū, nolle nos ipſiſſima Chriſti verba auſcultare, ſed futiles, & commētitias quaſdam hominum interpretationes. Nam velint nolint, ij, qui ſuis cupiditatibus falſa quædam, bonæ (vt ipſi aiunt) intētionis, velamina prætendunt; Chriſtus propriam abnegationē, contemptum rerum humanarum, crucem deniq. & perfectionem haud dubiè prędicauit.

Hæc igitur viri Chriſtiani, ſi vos amplectamini, ingentia (mihi credite) æternaq. in cælo vobis ſunt præmia propoſita: immò & in hac etiam vita locupletiſſima quædam Spiritus ſancti dona; quæ hodierno die in ipſis Apoſtolis, per linguas igneas, per ſuauem, ac vehementem ſonum, per aërem velociſſimum, per totius deniq. domus repletionem ſignificantur. Nam vt ne horum quidem ſignorum, quæ hodiernum Spiritus ſancti in Apoſtolos aduentum commitata ſunt, aliquam interpretationem deſideretis; ſic accipite. Linguæ primùm igneæ, Verbi Dei prædicationem amore, ac zelo coniunctam ſignificabant. Præterea ſingulas ſingulis Apoſtolis inſidere linguas, nihil aliud præ ſe ferebat, quàm vnicuiq. pro ſua vocatione Spiritum ſanctum dari. Ad hæc ſonus vehemens, Chriſti declarabat famā ab aëre vehementi, hoc eſt ab Spiritu ſancto, per totum orbē diffuſam. Spiritus enim ſanctus vim habet, atq. vehementiam: vnde & totam domum, hoc eſt totam Eccleſiam, totumq. orbem, ſingulaq. hominum corda adimplet. Hi ſunt profectò mirabiles Spiritus ſancti effectus. At, quid nō is præſtat, vbi in aliqua ſeſe corda infundit? Nimirum tribuit amorem, lumen, vires, ſuauitatem, conſolationem, pacem, milleque id genus alia. Nonne enim etiam hodie (Chriſto Ieſu gratia) aliquos homines videmus, qui Spiritu ſancto afflati, fortiter mundo reſiſtunt? humanas voluptates contemnunt?

Ab exemplis.

acerbitatates ferunt? laboribus se sponte obijciunt? Adsunt religiosi permulti, & præsertim pauperculi Capuccini, in summa hyeme calidi, in estate egelidi, in paupertate diuites, in siti, ac fame saturati.

Ergo ô viri Christiani, hæc omnia cum animo vestro diligenter perpendentes, terrena despicite, cælestia appetite, Spiritum sanctum exoptate: hæcq. omnia yt assequamini, Christum Iesum appelate, vestrum scilicet adiutorem, cuius opem, credere nefas est, vobis aliquando defuturam Si enim patres alioqui mali, bona data dare norunt filijs suis: quis credat Patrem illum solum bonum, solum pium, solum potentem, solum diuitem, solum liberalem, denegaturum fuisse filijs ad eum confugientibus auxilium? Eia ergo serio atq. ex animo Orationi vacate, vosq. pro viribus præparates, Spiritum sanctum à Domino petite: dabit ille vobis calculum & nomē nouum, quod nemo nouit, nisi qui accepit. Testor enim vobis, qualis Spiritus sanctus sit, non ingenij acie, non lectione, non magistrorū doctrina, sed experimento deprehendi. Qua propter properate iam gustare: & videbitis, quam suauis est Dominus. Scilicet in hac vita, spiritualibus quibusdam suauitatibus, quibus cum nulla est conferenda voluptas, perfruemini: postea verò in illo bonis omnibus circum fluente cælestium animorum cœtu, gloriam possidebitis immortalem. *Epilogus à cohortatione homæoptoto & asyndeto ornatus.*

Concio in festo Sanctissimæ Trinitatis.

Baptizantes eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti Matthæi vltim.

ECclesiastici 3. scriptū est: *Altiora te ne quæsieris.* Quod cùm de mirabilibus, ac immensis Dei operibus intelligatur: multò haud dubiè magis de Deo intelligi debet, qui est in se ipse incomprehensibilis. Sed nihilominus, ea quæ nos sancta docet Scriptura licet perquirere, & inuestigare: cùm Christus ipse Iohan. 5. dixerit: *Scrutamini Scri* *Propositio exordij.*

 pturas.

pturas. Nam neque Prouerb. 5 omninò mel comedere, sed nimis comedere prohibemur. Quare sanctissimæ Trinitatis mysterium, quod nobis hodierno die celebrandum proponit Ecclesia, prætermittēdū nequaquam est: sed summa cū attentione, animiq. reuerentia explicandum. Quod B. Augustin. 1. de Trinitate docuit, cùm dixit: *Pater, Filius, Spiritus sanctus, hæc Trinitas vnius, eiusdemq. substantiæ, & essentiæ dicitur, creditur & intelligitur: quæ summū bonū est: quæ purgatissimis mentibus cernitur: mentis enim acies inualida in tam excellenti luce non figitur, nisi per Fidei viuæ iustitiam emundetur.* Igitur cùm de hoc mihi nūc dicendum sit mysterio, quod tam puras in dicente, & in auditoribus mentes postulat, quodq. non nisi summa est cum reuerentia tractandum: obsecremus cuncti Dominum, vt nostra omnium corda purificet, superniq. luminis radio collustret.

Petitio.

Quoniam autem repositum nobis ad eam rem in sacra Virgine præsidium intelligimus: hanc confidenter adeamus, atq. ad eius proiecti pedes dicamus: *Aue Maria &c.*

Baptizantes eos &c.

Ab adiunctis, & subiectis.

AD Galat. 4. B. Paulus Euangelium Legi veteri multis nominibus anteposuit. Lex etenim illa erat vetus, Euangelium nouum: illa vmbra, hoc veritas: illa obscura, hoc clarum: illa puerorum, hoc virorum: illa denique imperfecta, hoc perfectum. Quod cùm verissimum sit quoad vitæ, morumq. sanctitatem, & perfectionem: tamen his prętermissis, de Fidei solùm mysterijs agamus, in quibus Euangelium etiam Lege multò celsius est.

Ab effectis

Rara in Lege docebantur mysteria, illaq. ferè sub vmbris. Nam etsi creatio apertè edocta ibi est, & originis culpa nequaquam prætermissa: tamen Messiæ aduentus solùm fuit adumbratus: Incarnatio non ita clarè exposita: Trinitatis deniq. mysterium, multaq. alia ad gratiam, & gloriam, ad Resurrectionē, & Iudicium spectantia, non apertè admodum declarata. At in Euangelio impletum illud est: *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Vnde & dixit Christus Dominus Iohan. 15. *Iam non*

dicam vos seruos, sed amicos &c.

Igitur ad nostrum accendentes Trinitatis mysterium, quod multò quàm anteà apertius ex hodierni Euangelij verbis deprehendimus: constituimus quidem primùm, id tam excelsum esse, atq. sublime, vt omnem longè humanum captum præteruolet. Nã quòd tres veræ sint personæ reales, realiterq. distrinctæ; quòd quælibet earum sit verè Deus; quòd vnam, eãdemq. prorsus essentiã habeant; quòd eædem ipsæ cum ipsa diuina essentia omninò sint idem; quòd sint simul ab æterno; quòd absq. mutatione vlla, perfecta semper generatione Filius à Patre generetur, & Spiritus sanctus à Patre, & Filio procedat; quòd deniq. nihil sit in hac sanctissima Trinitate maius, aut minus, priusue, aut posterius: hæc quidem omnia eiusmodi sunt, vt absq. Fide, humanus intellectus non magis videatur posse illis assentiri, quàm si persuadere velles, vnum & idem corpus, & animam, hoc est vnum, & eundem hominem esse Petrum, Iohannem, & Iacobum, ita vere tres, vt alias quaslibet tres humanas personas. At vera illa quidem omnia sunt, quæ sanctũ hoc continet mysterium, neq. vllis possunt hominum rationibus impugnari. Nam argumentatio illa, Quæcumq. sunt idem re vni tertio &c. facile diluetur, si propositionem illam non aliter concedamus, quàm si aliqua vni tertio, re, & ratione idẽ sint. Nam actio quidem, & passio, eadem qualitas est: at nõ propterea cogimur fateri, actionem, & passionem esse omninò idem. Sed quoniam huius loci disputationes Philosophicæ non sunt; ad institutum redeamus. Hoc igitur est quod Fides nos Catholica docet: tres esse personas reales, realiterq. distrinctas; sed vnum tamen Deum, vnamq. in tribus illis Personis esse Sapientiam, Bonitatem, Potentiam; vnumq., & eundem illas tres esse Regem, vnum Deum, vnum Dominum, vnum Creatorem, Iustificatorem, Glorificatorem; cùm tamen & singulæ etiam per se, verus Rex, Deus, Dominus, Creator, Iustificator, & Glorificator sint. *Anaphora*

Hęc vt Theologi quadamtenus explicarẽt, multa piè, & doctè excogitarunt, distinguentes absoluta à relatis, essentiam

filius patrem sui in nosse non cupiat? Quare non ab re Doctores Theologi, vt hoc tantum mysterium populus Christianus intelligeret, similibus id permultis aliqua ratione explicare tentarunt. Quæ quidem omnia tametsi ab ipsa re plurimùm distent (neq. enim possunt magis illam declarare, quàm vestigio pedis animal declaratur ipsum) tamen quoniam non est alia nobis aptior explicandi ratio, libet nunc aliqua ex ijs in mediũ adducere.

In anima hominis tres sunt potentiæ, intellectus, Voluntas, & Memoria: sed vnica tamẽ essentia. At Deum immortalem! quantum hoc à nostro mysterio distat? Ibi tres illæ facultates sunt accidentia: hîc verò tres Personæ sunt substantiæ. Ibi fluũt ab essentia facultates, nõ vna ab altera: hîc verò à Patre Filius, & ab vtroq. Spiritus sanctus. Quamuis & aliæ sunt etiam rationes, quibus à nostro id maximè mysterio differt. Sed easdem etiam reperies dissimilitudines in ijs, quæ adduci à quibusdam solent: scilicet quòd in pomo sapor, color, & odor sunt; & in igne lux, calor, & splendor; quæ tamen omnia vnum tantummodo sunt pomum, & vnus tantummodò ignis. Porrò & in alio hæc omnia à nostro mysterio distinguntur: quòd scilicet in his tria illa, distincta ab essentia sunt, in mysterio verò re idẽ sunt cum essentia Personæ. Vnde rectissimè dixit quidã, quod cumq. ad huius rei declarationem simile adducas, maiorẽ certè in eo dissimilitudinem, quàm similitudinem reperiri.

Exclamatio. *Antithetõ.* *Asyndeton* *Homœoptoton.*

Illud præterea forcipum simile, vbi duæ partes sunt vno vinculo coniunctæ, & illud etiam panni, qui tres habeat plicas, plurimùm à re nostra distant: nam & forcipum quæuis pars, & pãni etiam quæuis plica distinctam habet substantiam.

His ergo similibus prætermissis, alio vtamur, quod Beat. Augustin. insinuauit, Sanctus Thomas extulit, tota Theologorum schola recepit. Igitur apertissimum est, fieri posse, vt aliquis homo de se ipse aliquando cogitet, & sui imaginem mente sibi effingat: quod mentale verbum Theologi appellare voluerunt. Hæc igitur generatio est quædam spiritalis: qua ideò humanus intellectus dicitur sui figuram genuisse, quia ad suam ipsius.

Asyndetõ. *Homœoptoton.*

ipsius similitudinem illam producit. Patres enim in eadē substantia, & in eadem, quoad fieri potest, figura, & qualitate, filios generant sibi similes. Quamquam acutissimus ille D. August. rogatus in conflictu publico ab hæreticis, cur Filius, & non itē Spiritus sanctus, filius, & genitus diceretur; non aliud respondit, quàm Filium in sacra Scriptura, filium, & genitum appellari, neq. eius appellationis caussam assignari vllam. Quæ sanè responsio non incongrua fuit, quia in tanto mysterio sufficere debet, si Scripturæ testimonium pro ratione tradamus. Sed ne ab instituto digrediamur: Si effigies illa tui, quam in intellectu formasti (quæ est veluti alter tu in tuo intellectu productus) esset ex tua substantia: nonne tuus esset filius? Rursus si tu, & filius tuus impensissimo quodam inter vos diligeretis amore: dubitari non potest, quin ex illa actione vehementi, in vtroq. vestrum maneret affectus quidam, & veluti amoris effectus ab vtroq. per mutuum amorem productus, qui veluti habitus quidam in vtroq. resideret. Hic ergo cùm ex amoris vehementia, quæ similitudinem præsupponit, produceretur tamquam halitus, & in amorem prorumpentium spiritus; meritò ex impulsu, quasi quidam ventus appellaretur. Ex his ergo, ni fallor, Auditores, iam aliqua ratione, Filij generationem, Spiritus sancti processionem, Trinitatem denique ipsam Personarum fide innitentes collegistis. Nunc autem si constituitis, mentale illud verbum, & item amorem illum, de quibus locuti sumus, in vnoquoq. nostrum & substantiam esse, & vnam substantiam (nam indiuidua substantia in indiuiduo manens, multiplicari non potest) simulq. mutuum in his consideratis respectum: præclarum certè ad hoc mysterium percipiendum, vobis simile confinxistis.

Præter hoc simile, solent etiam quidam adducere rationes, quibus hoc mysterium confirment: tametsi certè nimium illis inniti videntur; cùm verissimum sit nullam esse rationem quā non hoc longè superet, tantum, tamq. ineffabile arcanum. Sed rationes quidem hæ sunt. Ex bonitate Dei, quàm infinito

se mo-

se modo communicare par est, Filij productio colligitur: Ex perfectione autem consortij (tunc enim est duobus plena lætitia cùm habent amicum consortem) Spiritus sancti processio probatur. Præterea alio discursu, ne Deum, in ipsa æternitate tamquam nihil agentem faciamus; conuenit fateri, si intelligit, & amat, actionibus quidem illis aliquid intra Deum ab æterno produci. His accedit ternarij numeri nobilitas, quæ in omnibus maximè rebus elucet. In Orbe enim tres sunt machinæ: in Angelis tres Hierarchiæ: in rebus materia, forma, & compositum: in anima tres potentiæ: & tres deniq. leges, Naturalis, Mosayca & Euangelica. Bellæ quidem persuasiones: sed tamen mysterium sola Fide notum est, non enim id vlla potest ratione demonstrari.

Sed iam vt Scripturæ sacræ testimonijs nostrum institutum confirmemus: quoniam, vt diximus, Deum à nobis non ignorari oportebat, ideò vtriusq. Testamenti scripturæ prædicant Trinitatem. Prima Genesis verba eam attestantur, quæ apud Hebræos ita scripta sunt: *Beresith bara Helohim*. id est, *In principio creauit Dei*: et *Spiritus Domini ferebatur super aquas.* Item Deut. 6. *Audi Israël, Dominus Deus noster, Deus vnus est.* Quo loco vbi nos legimus, *Dominus*, Hæbræi legunt nomen illud ineffabile tetragrammaton: Deusque noster medius, Filium Dei, pro nobis factum hominem significat. Esaiæ etiam 6. *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth!* Vbi Rabbi Symeon, & Caldæus Paraphrastes legunt: *Pater, Filius, & Spiritus sanctus.* Et Thalmudistę statuerunt, vt verba hæc quotidie bis legerentur. Item & illa solennissima vox *Iehouah*, hoc ipsum significat. Tres enim litteræ in ea leguntur iuxta Hebraicæ linguæ proprietatem, & reuera quattuor sunt. Ex quibus *Iod*, significat principium, *He*, significat viuere, *Vah*, est copula. *He*, autem bis exprimitur. Quare hinc Patrem primum intelligimus, qui principium est Filij æternum: deinde Filium, per quem omnia facta sunt, & in quo vita est: præterea Spiritum sanctum, qui Patris, & Filij copula est, & nexus. At

repetitur.

repetitur *He*: quoniam per Dei Filium creati, & rursus noua creatura per ipsius redemptionem facti sumus. Præterea in Psal. 2. scriptum est: *Dominus dixit ad me, filius meus es tu &c.* Et Psal. 109. *Ex vtero ante luciferum genuite*: Et Psal. 32. *Verbo Domini cæli firmitati sunt &c.* Et Iob. 33. *Spiritus Dei, qui fecit me &c.* Sed ex veteri Testamento hæc satis.

Ex nouo autem testamento, hodiernum Euangelium, potissimum est testimonium. Inquit enim hoc loco Dominus: *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*: non, *in nominibus*. Item 1. Iohan. 5. habetur: *Tres sunt qui testimenium dant &c.* Et 2. ad Corinth. vltim. *Gratia Domini nostri Iesu Christi, & caritas Dei, & communicatio Sancti spiritus &c.* Rursus 1. ad Corinth. 12. *Diuisiones gratiarum sunt &c.* His adiunge Iohan. 1. *In principio erat verbum.* & eiusdem 10 *Ego & Pater vnum sumus*: et deniq. (vt alia plura omittam) testimonia data desuper in Baptismo, Transfiguratione, atq. Oratione.

Sed figura etiam illa Genesis cap. 18. quòd Abraham tres vidit, vnum tamen adorauit, satis id demostrat: non enim sine caussa illud retulit Scriptura.

Adferri etiam solent Trimegistri Platonicorum, atq. alia etiam aliorum testimonia. Sed hæc nunc dixisse sufficiat, vt populus Christianus intelligat, non alia de caussa, quàm vt Deum suum cognoscat, hæc a Deo tradita esse sanctarum Scripturarum oracula.

Sequitur iam, vt de alijs rationibus tractemus, propter quas, Trinitatis hoc mysterium exponi oportere diximus: quæ quidem multò faciliores, quàm superior sunt.

Iam igitur hoc mysterio ignorato, creatio intelligi nequaquam posset: scilicet qua ratione Pater per Filium, vt per sapiẽtiam artifex, omnia creauerit in Spiritu sancto omnia fouẽte. Habet quidem Pater ab æterno, omniũ quæ facit, facturus est, & facere potest, rationem: quare in illo rerum omnium prototypos, vt aiunt, atq. Idæas constituimus. Quicumq. enim artifex aliquod opus facturus est, illud mente priùs effingit; postea verò ad eius imaginem, & per id mentale verbum operatur:

tur;alioqui enim non per intellectum operaretur. Sed neque operabitur artifex, nisi accesserit volitio, atq. operandi, & absoluendi affectus. Iam ergo cũ ii Scripturæ asserant, in principio Deum creasse cælum, & terram, & Spiritum Domini aquarũ immensitatem fouisse; quis id explicare poterit, aut intelligere, nisi Patris, Filij, & Spiritu sancti mysterium intelligat? Est enim Filius, Patris sapientia: id est (vt nostro modo loquamur) non ipsa cognitio, aut actus, sed terminus illius; scilicet verbũ. Spiritus autem sanctus, Patris, & Filij, est amor: scilicet amoris mutui terminus. Vnde & illud nunc etiam intelliges: *In Principio erat Verbum*; hoc est, ante mundum in æternitate iam erat verbum: *Et Verbum erat apud Deum*; hoc est, relationem ad Patrem generantem habebat: *Et Deus erat Verbum*; hoc est, ipsum verbum verus Deus cum Patre erat: *Et omnia per ipsum facta sunt*. Quibus tu ex Genesis 1. adiunge: *Et Spiritus Domini ferebatur super aquas*; hoc est, Spiritus Patris, & Filij, qui vnus sunt Dominus cum Spiritu sancto.

Iam verò ad Incarnationis mysterium intelligendum, dubitari non potest, quin Trinitatem intelligere sit prorsus necessarium. Si enim non intelligas, in vna eademq. essentia tres esse personas re distinctas: quomodo intelliges, Filium à Patre missum cooperante Spiritu sancto? quomodo solum filium, non autem Patrem, aut Spiritum sanctum intelliges esse incarnatũ? quomodo ipsum incarnatum Filium, verum esse Deum cognosces? Inde tam fœda multorum ignorãtia, qui de Incarnatione interrogati, aut respondere nesciunt, aut quædam falsissima respondent. Si enim ij aliquam sanctissimæ Trinitatis haberent cognitionem; facilè possent intelligere, sic erga mundum fuisse Deum Patrem beneuolum, ac liberalem, vt ipso volente Filio, & consentiente Spiritu sancto, Filium vnigenitum nobis tradiderit, vt nos factus homo redimeret; quippe quia non aliter quàm factus homo, poterat quidquam vel pati, vel mereri. Porrò hinc etiam intelligerent, Filium potiùs, quàm Patrem, aut Spiritum sanctum incarnari oportuisse; quia cùm per Filium facta sint omnia, oportebat, vt per quem

tatem pertinet, legem tum Naturalem, tum veterem cognitione superare; huius autem cognitio mysterij summam quandam dulcedinem continet, ac suauitatem; cogitationem vestram à mortalibus rebus auellatis; vt mentem attollentes, tã mirabili, tamq. excelsa cognitione illustremini; eoq. gaudio perfruamini, quod animæ piæ, ac spiritales, ex diuinarum rerũ contemplatione solent maximum accipere.

Sermo de Monacha virginis Professione.

Felicissimus est, atq. ceterorum omnium in Ecclesia Catholica præstantissimus Religionis status. Nam etsi reliqui omnes pij sint; vt Matrimonium, Viduitas, Continentia, & alij qui Rempublicam Christianam constituunt: tamen religiosi viri, & fœminæ, supræmum perfectionis apicem suo sibi iure vendicant. Vnde cùm Psalm. 44. de Christo dixisset Psaltes; *Speciosus forma præ filijs hominũ*, quo loco spiritalis forma intelligenda est, quia Christus quatenus homo, gratiam habet infinitam: & rursus dixisset. *Diffusa est gratia in labijs tuis*; quod de Euangelica prædicatione intelligendum est: & postea subiunxisset; *Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate*, quæ verba de Ecclesia sancta intelliguntur: tandẽ addita sunt verba hæc: *Audi filia & vide, & inclina aurem tuam &c.* Quibus Psaltes religiosam animam, scilicet insigne quoddam, & præclarum huius sanctæ Ecclesiæ membrum alloquitur. *Propositio.*

Sed quæres, cur hæc verba ad religiosam animã potissimùm refferẽda sint: cùm in quolibet statu perfecta esse anima Christiana possit; vt ei dicere iurè valeas: *Audi filia, & vide &c.* At respondeo, quamuis certissimum sit, posse in quolibet statu Christianum hominem ad perfectionis fastigium peruenire: tamen si propriã cuiusq. status naturam spectes, nullum reperiri, qui comparandæ Perfectioni (hoc est perfecto amori) sit ita ex sua natura accomodatus. *Oppositio.*

Hinc, vt video, duplex quæstio existit à me hoc loco tractanda.

da. Altera est cur in amore maximè perfectionem constituamus: altera verò, quî fiat, vt ad comparandum amorem vsq. adeò valeat Religionis status. Hæc igitur duo, Auditores, si beneuoli, & attenti adfueritis, facilè, & breuiter explicabo: vt & velanda virgo intelligat, quod sibi pro ratione assumpti status munus incumbat; & nos debitam illi, vt Christi sponsæ, laudẽ, debitumq. honorem deferamus.

In amore itaq. siue caritate, perfectio primùm, atque (vt aiunt) essentialiter consistit: quia quantò Deum magis quis diligit, tantò ad eius similitudinem propiùs accedit. Est Deus infinita perfectiò: est (vt Philosophus ille dixit) primum ens, & entium ens, ac mensura. Quare quò quis per amorem erit Deo similior, eò magis summam hanc Dei perfectionem participabit. Habet enim hoc amor, vt amatum cum amante conglutinet, atq. ex duobus vnum in spiritu efficiat. Sed vt hæc subtiliora ommittamus; quis non videt, Diuo Paulo 1. Corinth. 13. caritatem supremam esse virtutem? Quis non perspectum habet, summum esse omnium dilectionis mandatum? Quis non intelligit hoc fuisse designatum à Domino, veluti suorum discipulorum symbolum, quòd mutuo sibi in Christo amore respondeant? Sed iam de prima quæstione satis.

Ad aliam autem progredientes, qua quæritur cur Religionis status, Perfectioni tam accomodatus existimetur; cõstituimus, id esse medium ad aliquem finem comparãdum aptissimum, quo maxime, ea quæ finem impediunt, è medio tollũtur, itaq. actiones ad eum comparandum liberiùs exercentur. Quo cõstituto, cũ amoris diuini hostis acerrimus, & infestissimus sit mundus; quippe qui multa solet ei grauissima impedimenta obijcere, relinquitur, eum qui mundo renuncians, se Religioni mancipauit, optimam omnium inijsse amoris consequendi rationem. Nam Iacobi 4. scriptum est: *Si quis voluerit amicus esse huius mundi, inimicus Dei constituitur*. Sed si quæras, quisnam sit huius mundi amicus, lege B. Iohannem 1. Cano. cap. 2. vbi fere scriptum eisdem verbis est: *Si quis diligit mundum, non est caritas Patris in eo*. Vbi ne quis ignoraret, qui nam illi sint, qui diligunt

Prolepsis

guint

gunt mundi:subiungitur,ab ijs eum diligi, quibus ea quæ ipse continet grata sunt,& iucunda. Hæc autem sunt, vt ibidem asse ritur, concupiscentia carnis,quo nomine intelliguntur ea, quę Temperantiæ contraria sunt:item concupiscentia oculorum; quo vocabulo diuitias,& alia multa,quæ oculis arrident,intel- ligi volunt sancti:& tandem superbia vitæ;quod nomen mor- tales significat honores,atque dignitates. Hæc igitur tria cùm mundus contineat;sequitur,eum qui ijs delectatur,mundi qui dem amicum,Dei autem inimicum meritò appellari. Quam quam hęc certè sine distinctione intelligenda non sunt. Nam is quidem, cui hæc omnia,cariora, quàm Deus ipse,sunt, est Dei inimicus:at is,qui non nisi paulò impēsiori ad ea fertur de siderio;tametsi peccet,tamen non per mortiferam culpam ini micus Dei cōstituitur. Sed nihilominus,si quis est,qui Deū verè & ex intimis sensibus amare cupiat; hūc oportet nō solùm à mortiferis peccatis,sed ab ijs etiā quib⁹ venialis tātùm culpa cō mittitur sibi cauere. Quod quidem cùm is facillimè omnium præstare possit,qui sacræ alicui Religioni nomen dedit,& per tria sanctissima vota,omnia quæ mundus cōtinet, penitus à se abdicauit:sequitur manifestè, Religionis statum, esse ad amo ris perfectionem comparandam aptissimum.

Primùm enim per Castitatis votū, cōcupiscentia carnis mor tificatur:hoc enim votū ea omnia comprehendit, quæ castita tē iuuāt:in fœmina præsertim;quā oportet,à virorū colloquijs, & aspectibus plurimùm abhorrere,& omnē vitæ luxū, corpo- risq. ornatū omnino detestari. Nā si, vt B. Pau. docet,ab ijs quæ licent, licèt nō expediāt,abstinere debemus:cur ea virgo, quæ soli Deo dicata est,quæq; vt purior esset,licitum etiā matrimo- nium abiecit,iterum ad interdicta sibi mundi,virorumq; con- sortia,aut blandimenta redibit? Ergo per votum castitatis, deli tiæ cunctæ abnegantur. *A minori.*

Deinde votum Paupertatis hunc habet finem, vt omnis o- culorum concupiscentia deleatur. Quare cùm omnes mun di diuitias abnegauerit virgo religiosa: eam quidem non re tantùm,sed spiritu etiam,& voluntate pauperem esse oportet

Si enim pauper est, vt quid ei delicatæ, & perpolitæ vestes? vt quid ornatũ cubiculũ? vt quid deniq. omnis ampla, & superflua suppellex? Profectò, eã quæ Christo paupertatẽ vouit, maximè decet, ita se in omnibus pauperẽ pręstare, vt nec sancti libri, aut similes alię res, delicatiores, atq. ornatiores sint; sed eã, quã Christo gratissimam esse intelligimus, paupertatem præsefẽrant. Quid enim? Cùm statu, & vitæ cõditione sis pauper, vis re quidẽ ipsa diues esse? Quis hoc ferat tam fœdũ, tamq. horrendum monstrum? Ergo ita intelligat virgo religiosa; per votũ Paupertatis, omnem abolitam esse debere, diuitiarum, atque commoditatum temporalium concupiscentiã.

Tandem per obedientiæ votum, superbia est penitùs expulsa. Nam obediens virgo, quæ alteri se subdidit, & à se ipsa veluti aliena facta est; cùm propriam iam non habeat voluntatẽ; omnem superbiæ concupiscentiam radicitus extirpauit. Ergo amoris diuini omne impedimentum tria religionis vota sustulere.

Hoc in Testamento veteri, per holocaustum illud Deo gratissimum significabatur: quod totum ad Dei honorem accensum erat, vt nulla, sicut in alijs sacrificijs, pars ad Sacerdotem, vel ad offerentem pertineret. Hoc etiam significabat illa Nazaræorum Religio: qui & intonsos habebant capillos, & ab vuis, vino & reliquis ex vua confectis abstinebant. Nam intonsa cæsaries, sanctarum cogitationum, sanctique feruoris augmentum significabat: Vuarum autem prohibitio, mortalem omnem recreationem, & voluptatem, religiosæ animæ interdictam esse debere, prædicebat. Nam quid cum humanis delectationibus illi est virgini commune, quæ Christi cruci affixi, totoq. corpore laceri se sponsam profitetur? Sed & illuc etiam spectabat alia illa Rechabitarum Religio: qui &, sicut Nazaræi, vuis non vescebantur; & in agris, non in vrbibus, in curribus, non in casulis vitam transigebant. Quod in agris degerent, id quidem rectè cum nomine, Monachæ, consentit: quod quidẽ solitariam significat. Oportet enim monacham degere in solitudine: hoc est non externè tantùm ab hominum conui-

Ab Etymologia.

uictu

ctu,& consuetudine refugere, sed corde etiam à terrenarum omnium rerum appetitu procul abesse. Quòd autem non in casulis, sed in curribus habitaret, nihil aliud significabat, quam nullum in terra firmum, & stabile Religiosis habitaculum esse debere; nullam scilicet impensiorem rerum humanarũ curã.

Neq. verò solùm per Religionis vota, omnes mortificantur concupiscentiæ, sed multa etiam in Religionibus ad perfectũ Dei amorem comparandum suppetunt subsidia. Ibi enim perennis oratio: ibi diuinæ laudes: ibi frequens lectio: ibi confessio, & communio: ibi corporis maceratio, aliæq. permultæ sanctæ excercitationes. *Anapho.*

Igitur non immeritò, Auditores, hodierno die, religiosæ virginis vota, quibus se Deo tradit, & consecrat, communi lætitia prosequimur. Nam si in humanis matrimonijs humana festa peragimus: cur non hanc virginis cum Christo desponsationem, summa cum exultatione celebremus? Numquid mortale matrimonium hanc superat cælestem, ac speritalem Christi cum virgine coniunctionem? Illud quidem sacramentum est; hæc autem illius sacramenti continet spiritum: illud humanæ vitæ fines non excedit; hæc in omnem diffunditur æternitatem: illud corpora coniungit; hæc animos vnit, corporis verò est holocaustum: illud denique humanam prolem spectat; hæc in spiritum tota dirigitur. Gratulamur ergo tibi omnes verè, atque ex animo, ô Regia sponsa, subindeque, à Domino precamur, vt multos sanctorum operum fœtus edas, quibus Dæmonis, Mundi, Carnisque vires confringas, atque in cælum vsque euecta, immortali triumpho potiaris. Vtinam quæ ad inuisibiles modo Sponsi amplexus es recepta, eidem postea in cœlo, ineffabili quodam, atque æterno amoris vinculo coniungaris; & regio redimita diademate, tamquam diuini Regis sponsa, diuina regna possideas. *Comparatio ornata figuris.* *Apostr.* *Optatio.*


Sed quoniã tuæ partes sunt, dũ hic viuitur, sanctã, piã, fidelẽ, tãto denique sponso dignam, te semper in omnibus præbere: fac ita viuas, vt supremæ huius dignitatis, ad quam assumpta es, numquam oblita videaris. Sit tibi peristylium, hortus vi- *Anaphora*

tus, viridarium vbi, (paciens, ipsum) cælum: sit Sponsi cor, cubiculum quo te recipias: sint tui (vt dicere soletis) deuoti, Angeli: sit socrus Virgo sanctissima, Pater æternus socer, Spiritus sanctus consiliarius, & dux, ac deniq. Iesus Christus crucifixus spes, amor ac delitiæ.

Neq. verò nos, Auditores pij, quòd perfectum hunc Religionis statum adepti non simus, animum despondere debemus: cùm & in statu etiã imperfecto cuilibet liceat ad summũ Perfectionis culmẽ adspirare. Hoc enim ita fiet, si terrena procurantes, cælestia potissimùm spectemus, & vt B. Paulus docet, secularibus rebus vtentes, quodammodo non vtamur. Quare nemo terrenis hisce illecebris captus, atq. irretitus, elabi è manibus cælestia sibi bona patiatur: immò ea semper appetẽs & requirens, crebra ad Dominum oratione cõfugiat: sic enim fiet, vt si votum in Religione non emisit, voti tamen effectũ, Deo pijssimè faciente, consequatur.

Concio in alia Monachæ virginis Professione.

Ante thorum huius virginis frequentate nobis dulcia cantica dramatis. Ex offi. Ecclesiæ.


ETsi celebranda est nobis religiosæ virginis cum Christo desponsatio: tamen hodiernum Euangelium enarrare libet: id enim futurum non est ab instituto nostro prorsus alienum. Igitur postquã 5. & 6. Matthæi capitibus, Dominus euangelicã tradidit doctrinam; adiungit nõ deesse aliquos, qui illi insidientur, falsos scilicet Prophetas. Quo nomine hæreticos primùm intellexit; deinde homines impia docentes; tertiò verò etiam illos qui Christum crucifixum non prædicant, sed plausibilibus sermonibus auditores ducunt, atq. decipiunt: quia nimirũ mortifera tantũmodò, & notissima peccata improbãtes, ad cetera omnia cõniuent; immò & aliquando ea palam, & apertè populo concedunt. Hi profectò ouinam pellem, scilicet Fidei synceritatẽ, & externã

quandam sanctitatem, ac modestiam induunt; cùm tamen intùs lupi rapaces sint. Sed si quæras quâ ratione hi Pseudo prophetæ dignosci valeant; respondet Dominus, non esse admodum difficile: ex fructibus enim, hoc est ex operibus dignoscuntur. Fructus quidem bonorum Prophetarum, vt ad Galat. 5. scriptum est, spiritus est, caritas, gaudium, pax, patientia, & benignitas: malorum autem, superbia, odium, auaritia. Quare bonorum fructus dicuntur esse vuæ, & ficus: malorum verò, tribuli, & spinæ. Vuæ quidem, & ficus, vnionem significãt; scilicet externam vuæ caritatem, internam verò ficus. Item, & ficus, & vuæ, calore, hoc est amore, dulciores fiunt; & conculcatæ, ac compressæ, suauitatem, hoc est patientiam, benignitatem, misericordiam, obediẽtiam, & caritatem præstant. At spinæ, & tribuli pugunt quidem; & præterea dum pungunt, sunt tenaces: quibus qualitatibus, superbia, & iracundia significatur, & propriarum etiam commoditatũ appetentia. Hi sunt igitur tam malorum, quàm bonorum Prophetarum fructus. Quòd si quis malus Propheta fingere bonum fructum velit; facere id nullo modo poterit, dũ interna malitia perseuerat: sicut neq. bonus Propheta, dum bonus est, potest alios fructus quàm vuas, & ficus edere. Sed neq. falsorum Prophetarum falsitas diu perseuerare potest: punitio enim instat diuina. Tandem colligit Dominus, inquiens: *Non omnis qui dicit mihi Domine Domine &c.* Hæc est totius Euangelij series. Nunc autem quoniã ego vehementer cupio, vobis, Auditores, vuas, & ficus hodierno die exhibere: obsecrandus est Dominus, vt me arborem efficere bonam dignetur. Quoniam autem sanctissima Virgo solet nobis peccatoribus maximum esse ad omnia refugium; æquum est, vt illam nunc humiliter adeamus, eiq. Angelicam offeramus salutationem dicentes: *Aue Maria &c.*

Ante thorum huius Virginis frequentate nobis dulcia cantica Dramatis.

Genesis 29. VT semper omnium gentium moribus recepta celebrandi nuptias consuetudo: vt & quotidianus, atq. antiquissimus vsus probat, & illa ex Genesi historia, quòd Laban, cōuocatis amicorū turbis, Iacobo Liā, & Rachelem filias in coniugiū dediderit. Huius autē celebritatis caussa est, quòd & per matrimonium temporale, genus humanum conseruatur, & augetur; & (vt ex Paulo ad Ephes. 6. atq. ex Canticis, cap. præsertim 8. colligere licet) diuini Verbi cum natura humana coniunctio in eo figuratur. Sed præter mortales istas nuptias, sunt aliæ quædam longè pulcherrimæ, ex ijs quas diximus, Dei cum natura humana, & Christi cum Ecclesia profectæ: spirituales scilicet; quibus, firmissimo quodam, atq. arctissimo nexu, Christus nostris animis cōiungitur. De his nuptijs apud Oseam: *Desponsabo te mihi in sempiternum &c*: et in alijs locis quos citauimus: immò & sæpe alibi in veteri Testamento. Sed cùm omnibus animis Christianis, quæ per gratiam, & caritatem Christo cōiūguntur, hæ nuptiæ sint cōmunes: tamē præcipua quadā ratione Dñs eis animis copulatur, quæ per Castitatis votum, suā corporis integritatē, ac virginitatē ei consecrāt. Quod quidē si solēni (vt dicitur) voto in Religione fiat: nobilissimū certè coniunctionis spiritalis est genus, sanctisq. Patribus maximè celebratum. Talis igitur est nostræ virginis hodierna desponsatio. Quoniā autem ego in hoc Festo, vt epitalamium cātem, vocatus sum; æquum iam videtur, vt & Sponsi, & Sponsæ decantare laudes aggrediar.

Spōsus quidē hic est, cuius est caput aureū; in quo omnes sunt thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei, qui & ipse Deus est sapientiâ infinitus, viribus omnipotens, omni deniq. bonitate immensus; immò est Sapiētia, Omnipotentia, & deniq. Bonitas

Præteritio. ipsa. Sed cùm eius laudes obuiæ sint passim; de Sponsa est nūc potissimùm dicendum: hûc enim me vocat Spiritus sanctus, dum per Ecclesiā dicit: *Ante thorum huius virginis frequentate nobis dulcia cantica dramatis.*

Drama comœdiæ genus est, nuptijs accōmodatum, epithalamio persimile. In comœdijs enim dulcia solent efferri cātica: in Dramatibus verò, & præsertim in noua comœdia, de nuptijs, si

ue de amore est sermo. Quare illa nobis hodie cantica sunt sę piùs repetenda, quæ in pijs huiusmodi cōmœdijs solēt iterari. Cùm autē sancta, & diuina cātica, & huius instituti propria, sint ea, quæ in Cāticis Cāticorū Spiritus sanctus Salomoni inspirauit: iuuabit nūc, nostrū inde Epithalamiū desumere; scilicet ea in mediū proferre, quæ cecinisse ibi Spōsum de suæ Sponsæ laudibus accepimus. Hæc enim cū virgni nostrę & cōueniant, & cōuenire maximè debeant: fiet, vt dū eius laudes persequimur, sui simul officij eam admoneamus.

Alloquitur ergo Spōsus in Cāticis, laudatq́. Sponsam in hūc modū: *Quā pulchra es amica mea &c.* Sed quoniā omnia quæ illo loco Spōsus persequitur nō licet nobis per tēpus explicare: attingemus tātūmodò quæ de oculis, de capillis, de dentibus, de labijs, de maxillis, de collo, deq́. huberibus ibi pronūciat; ad dēs tandē in fine: *Hortus conclusus, fons signatus, emissionis tuæ paradysus.* Hæc enim in Sponsa præcipuè notanda sunt.

Principio igitur bis in genere Spōsam pulchrā appellat Spōsus: nimirū vt internā, & externā, scilicet corporis, & animi, cogitationūq. ac verborū pulchritudinē significet. Sed hæc omittētes, atq. ad specialia trāseūtes, ab oculis sumamus initiū, q vt sūt sēsuū organa potissima, ita cōferūt maximè ad pulchritudinē.

Inquit ergo Spōsus: *Oculi tui colūbarū, absq. eo quod intrinsecus latet.* Significāt enim oculi scopū animi, atq. intētionē; vt apud Matt. cap. 6. cōstat, cùm Dñs inquit: *Lucerna corporis tui est oculus tuus &c.* Colūba verò & simplicitatē, & puritatē significat; & cū duos habeat oculos, vno tātū intuetur. Talis ergo est Christi fidelissima Spōsa: quia animū totā mētē, & cogitationem in vno Christo locat, ac figit, nihilq́. vel in terra, vel in cęlo præter eum aut cupit vmquam, aut cogitat. Sed cùm magna sint piæ huius Sponsę desideria, & mirabiles dilectionis actus, iure additū illud est: *Absq: eo quod intrinsecus latet.*

Iā oculos capilli subsequūtur; neq. id quidē immeritò. Nāper capillos cogitationes piæ significātur, quibus nō nisi in cælo diuina Spōsa versari debet; Dubiū autem non est, quin cogitationes intētionē sequātur animi: nā vbi est thesaurus, tuus ibi est

cor tuum. Meritò autem capilli, gregibus caprarum aſcendentium de monte Galaad, ſimiles eſſe dicuntur. Capræ enim leues ſunt, & agiles; alta petunt; atq. erectæ, arborum ramuſculos carpunt: Galaad autem editiſſimus erat mons, multiſq. nemorum ſaltibus denſiſſimus. Quæ omnia rectè Sponſæ accomodantur; quippe quia altiſſimas ſemper cogitationes voluit, numquam non animo aſcendit, numquam non ad maiora progreditur. Hi ſunt capilli, quorum tanta vis eſt, vt non ſolùm decorem, ſed robur etiam conferant, atq. fortitudinem. Hi ſunt quibus deſtitutus ille Samſon, qui pro nihilo mille occidebat Philiſtæos, infirmus effectus eſt, atq. imbecillus. O pulcherrimam, ô fortiſſimam Chriſti Spōnſam, quæ crucifixum Spōſum ſemper ob oculos habens, hiſce capillis exornatur!

Exclamatio.

Sed quoniam Sponſæ diuinæ, potiſſima eſt de mandatis diuinis exequendis cogitatio: proinde hoc Sponſus illis verbis ſignificat: *Dentes tui ſicut oues tonſarum &c.* Dentibus quidem cibos molimus, & concoctioni præparamus, vt faciliùs concocti, multò nos meliùs nutriant: oues autem vbi tonſæ, maximè verò vbi lotæ ſunt, itemq. vbi gemellis fœtibus onuſtæ, mirum eſt, qua diligentia, & cupedia herbas depaſcāt. Hæc autem omnia rectè Sponſæ conueniūnt de diuinis mandatis exequendis vſq. adeò ſolicitæ, vt diu, noctuq. teſtimonia ſancta ſummo ſtudio perſcrutetur, quo poſſit operi illa mandare. Hoc enim certè ſponſa facit, vbi tonſa eſt, hoc eſt terrenis cūpiditatibus exuta; vbi lota eſt, nimirum diuini ſanguinis pro ſe effuſi cogitatione; vbi deniq. gemellos habet fœtus, ſcilicet vel internorum, externorumq. operum, vel diuini cultus, proximorumq. ædificationis, vel mortificationis, propriæ, amoriſq. diuini.

Quarto loco labia etiam commendantur, in quibus certè plurimùm ineſt ad pulchritudinem. Inquit ergo Sponſus: *Vitta coccinea labia tua.* Vitta, ſi vocis proprietatem ſpectes, velum erat Deo dicatum, quo piæ operiebantur fœminæ. Siue autem id, ſiue breuem funiculum intelligas: profundum ſignificat ſilentium. Eſt profectò in fœminis, maximè verò in virginibus, ſilentium excellentiſſima virtus. Quam vtinam permultæ (&

quod

quod magis deplorandun est,ex religiosarum numero) ita sibi genuinam,ac germanam putarenr,vt nõ de garrulitate potiùs,ac dicacitate gloriarentur.Coccineum autem est id quod labia compescit:scilicet solus Iesu Christi amor.

Iam autem his omnibus iure addit Sponsus: *Sicut fragmẽ mali punici,ita genæ tuæ &c.* quo loco castitatem,ac verecundiam intellexit. *Trepidaré virginum est*(inquit B.Ambros.) *& ad omnes viri ingressus pauere,omnes viri affatus vereri &c.* Sed non vacat modo de castitate,de honestate,de pudicitia,de púritate,deq. mortificatione ad seruandam castitatem vtili disserere. Hoc tantùm dicam;si pulchræ adeò sunt, rubicundæ genæ, vt soleant eas vanæ mulierculæ,artificioso quodam,ac falso (vtinã verecundo potiùs)rubore perfundere;pulchriorem profectò esse in virginibus pudicitiam.

Præteritio cum Anaphora,& Homæopto to.

Nunciam post descriptam Sponsę faciem,dicendum est de collo,vbi constantia inest, ac fortitudo, qua omnes hostium incursus inuicta semper sponsa ita sustinet,vt ab integra castitate,honestate,silentio,meditatione,contemplatione,& ardentissimo deniq.Christi crucifixi amore non vmquam deflectat.

Mox sequuntur vbera:occulta scilicet virginum,ac pudicæ membra.Significant autem misericordiam,qua præclaram, & copiosam sanctorum erga proximos operum sobolem, piæ virgines nutriunt.Misericors enim est pia virgo,& ad benefaciendum pro Christi amore propensissima:quippe quia proximos diligit,sicut Christo etiã ipso se dilectã esse cognoscit.

Hactenus omnis spõsæ pulchritudo proposita est ob oculos. Nã etsi ab humilitate,mãsuetudine,obediẽtia,castitate, caritate,paupertate,&corporis maceratione desumẽda hæc tota descriptio videbatur:tamẽ sub ijs quę dicta sunt,hæc omnia latẽt cõprehẽsa.Omnia verò Spõsus vnico tãdẽ verbo cõplectitur, dum sponsam appellat hortum conclusum, vndiq. vallatum, nullisq.aut hostium incursibus,aut bestiarum ingressionibus patentem,&c.Talis ergo futura est Christi dilectissima sponsa:tales etiam,pro cuiusq.statu,& vitæ conditione cuncti.

Cecini ergo iam in nostris hisce nuptijs,eam quam potui dilectæ

dilectæ Christi Sponsæ laudem: tametsi minorem quidem illam, quam vel res ipsa, vel meum etiam à me ipso desiderium efflagitabat. Quare ignosce obsecro, pia virgo, si commissum mihi munus non satis rectè peregi: nam ieiunitas quidem hęc, atq. inopia mea, incredibili quadã animi mei voluntate cõpẽsatur. Optaui certè virginitatem per solenne votum Deo dicatam ad cælum vsq. euehere, atq. innumera beneficia, quibus dilectissimas sibi Sponsas Christus auget, & cumulat, percensere; vt Sponsas primùm ipsas, deinde ceteros omnes, qui adsiãt, ad columbinam simplicitatem, ad accuratam penitioremq. diuinarum rerum contemplationem, ad virginitatis deniq. candorem mirum in modum excitarem. Sed quoniam res non examini voto cessit: obsecro vos per Christi viscera, Piæ animæ, vt meam orationis exilitatem operibus supereius, & quæ ipse prætermisi, vobiscum præsagientes, Virginitatem, vt potę cælestem virtutem, Christoq. gratissimam diligatis. Sic enim fiet, vt nuptijs primùm in hac vita Spiritualibus, postea verò in cælo æternis Christo dilectissimo Sponso coniungamini.

Per oratio huius libri Sexti.

NOn possũ inficiari, pudere me vehemẽter, quòd has conciones mille vitijs plenas in lucem ediderim, nullamq. hoc loco ex alijs non paucis collocarim, quas, multorum iudicio, permisit Deus me (tametsi ignarissimum) feliciter satis elaborare. Neq. verò huius mei pudoris caussa est iniusta. Nam & si gloriæ meæ (Christo gratias immortales) nequaquam seruio, & de mea existimatione nihil omninò laboro; quippe qui ignorantiæ meæ satis mihi conscius sum: tamen vereor, ne si hinc reprehendendi huius operis occasio sumatur, accidat, vt is omnino pereat fructus, cuius spes me ad hunc laborem subeundum incitauit. Hoc igitur cũ ita sit, nemo erit, opinor, qui mihi hoc vitio vertat, quod dandam huiusce rei lectoribus excusationem putarim.

Igitur sunt quidem à me conciones prope innumeræ ex

ante quadraginta annos ad Christianum populum patrio, & nonnunquam latino sermone habitæ; quarum multas viri literis & vitæ integritate insignes non improbarunt: sed nulla certè ex iis mihi fuit in promptu, dum hoc opus cõcinnarem. Sum enim ea prodigalitate, vt ex meis (qualescumq. illi sint) ingenij fœtibus nullum mihi vnquam reseruem. Quare necesse fuit, has quas nunc exhibeo conciones (scilicet quas partim aliqua forte lituris plena papyrus, partim infirma mihi memoria suggessit) raptim exarare, vt artis in superioribus libris traditæ aliqua hîc extarent exempla. At nemo est qui non videat, multùm interesse, an ea quæ summo studio, ac diligentia recens excogitata sunt, conscribantur, an verò ex interuallo ea quæ iam diu peracta sunt, in memoriam reuocentur. Cui & hoc accedit, quòd neque huic certè operi extemporario tantùm mihi temporis fuit, quãtùm erat necessarium: cùm tot pene obruar negocijs, quot vix vllus vmquam credat, ex ijs qui me non nouerint. Hæc igitur sunt quæ me excusant: quibus sanè potuissem à suscepto opere auocari, nisi id futurum esse multis vtile sperarem, fretus immensa Dei bonitate, qui humilibus vsus instrumentis, magnifica quædam solet opera conficere.

LIBER

LIBER SEPTIMVS IN QVO DE PROMPTVARIIS QVIBVS MAXIME POSSINT IVVARI Concionatores, disputatur.

PRAEFATIO.



SQ. adeò nostris temporibus cũctæ ferè sciẽtię sunt auctæ; contrà verò humanæ ingenij, ac memorię vires imminutę; vt quo illa quę didicimus, in promptu semper habeamus; necesse sit quibusdam ea reponere promptuarijs. Quod cùm omnes omnium scientiarum studiosi facere debeant: tamen Theologis est pręcipuè necessarium; & ijs maximè, quibus concionandi commissum est munus. Est enim haud dubiè immensum Theologiæ pelagus: quippe quia & sacram Scripturam, & Ecclesiàsticas Sanctiones, & Scholàsticam (vt vocant) doctrinã continet: quæ quidem si quis complecti omnia vellet, atq. ijs præterea (vt fieri necessariò debet) orationem, & sanctas alias exercitationes adiungere; non aliter certè id facere posset, quã si Matusàlemi annos exęquaret. Sed & his etiam accedũt humana multa subsidia, quibus si concionator destituatur, fungi rectè suo munere non potest. Est enim is certè generalis quidam artifex; neq. vllum scientiarum, aut diuinum, aut humanũ genus intactum debet omittere; quippe quia nullum est, quo non vti aliquando debeat; cùm eius sit munus, ad vniuersum hominum genus verbum Christi prædicare. Hæc igitur cùm ita sint; nemo est quin videat, in tantis temporum angustijs, tantaq. nostra ieiunitate, atq. inopia, promptuaria huiusmodi, tamquam itineris sacri nulas, magni esse momenti. Vnde meritò à me in hoc libro septimo, de ijs suscepta est disputatio. Equidem decreueram, ea lectoribus exhibere perfecta: sed si id (quæ mea est tenuitas) præstare minùs possum; tradere tamẽ

coept

cœpta,eorumq́;simul indicare rationem,Deo adiuuante,valebo. Hoc autem fortasse lectoribus multo erit vtilius: cùm his breuibus initijs inuitari,& commoueri omniū animi possint, vt suam quisque in cœpto opere perficiendo diligentiam experiatur. Neque vero laborem hunc,si à quoquam fuerit susceptus,contemnemus: quinimò gratias ei habebimus ingētes, quòd quæ nos imperfecta relinquimus,ipse ad exitū perducet.

Vnde Promptuariorum ratio petenda.

Promptuariorum ratio non aliunde commodiùs desumetur,quàm ex ijs,quæ in cōcionatore desiderātur. Quæ quidē quamquam permulta sunt, neque facilè possunt enumerando percenseri;tamen ex ijs quamplurima hoc loco proponētur. Primùm velim meminisse lectorem,doctissimi illius magistri Cano,Episcopi Canariensis,olim in Salmanticensi Academia Theologiæ professoris,qui in eo libro,quē de locis Theologicis in vulgus emisit,decē locos indicauit, ex quibus Theologi argumenta omnia depromunt:eos enim nosse,& memoria retinere concionatori est valde necessarium. Hi autem sunt Scriptura sacra, Christi,& Apostolorum traditiones, Ecclesia catholica, Concilia,præsertim generalia, Romana Ecclesia, Sancti Patres,Theologi Scholastici,Naturalis ratio, Philosophorum auctoritas,& humana historia. Neq. verò ijs tantùm concionator erit contentus. Nam cùm omnia hæc, ei qui vtramque Theologiam,scilicet Scholasticā, & (vt aiunt) Positiuam,profitetur,necessaria sint;concionator certè,cuius est officium,non modo populum,sed ipsos etiam Theologos docere aliquando,alios habere debet notatos locos,quibus altissima nostræ Fidei mysteria non modo propria oratione, sed figurata,quatenus audientium captus postulat,pandere, moresq. Christianos,& politicos,internos,& externos componere possit. Etenim nulla est ars,aut scientia,nullius officium artificis,quod non aliquando in cōcionatorem cadat. Theologū enim is quandoq. agit:Iurisconsulti personam induit:Philosophi,ac Medici officium excercet:artes etiam seruiles nonnunquam

quam sibi adoptat: denique tamquam in specula collocatus, circumspicit omnia diligenter, & tamquam censor, & moderator, omnibus normam præscribit, qua rectè vitam instituant. Vt igitur tãtũ, tamq. immẽsum cãpũ, certis quibusdã limitibus circumscribamus, à definitione, & diuisione exordiũ sumemus.

Quid Promptuarium sit, & quotuplex.

Est ergo Promptuarium, subsidiaria quædam nauis, vel potiùs alucus quidã, in quo, quæ nobis vsui esse possũt, ita colligendo ita certa reponimus, vt, cùm eis vti voluerimus, facilè sint nobis in promptu. Qua ratione, loca illa communia, quæ viri docti, multa hinc inde coacervantes componunt, vt quocunque oblato argumento, possint quæ ad illud genus pertinẽt, tractare, Promptuaria rectè appellabuntur. Promptuariorum autem duo genera (vt ego censeo) reperiuntur: generale vnum, speciale alterum. Illud scientijs multis deseruit, hoc verò vni cuidam est particulare. Omittimus hoc loco de industria locos illos communes, qui adeò latè patent, vt omnia penè diuina, & humana, omneq. scientiarum genus suo ambitu cõtineant: hoc enim loco eos tantùm communes locos desiderarem, qui Theologiã omnem, vtrãq. Philosophiã, Historiã, & Poësim, & quæ ad virtutes persuadendas, & vitia extirpãda cõducerẽt, accurata methodo cõplecterẽtur. Quę quãquã olim fuerint à me magna ex parte elaborata: tamen, quorundã, fraude dicam, an studio? mihi surrepta fuerunt. Vellẽ equidẽ vt aliquis desiderio iuuandi concionatores, huic operi manus admoueret, atq. in eo, ordinẽ à D. Tho. in summa sacræ Theologię obseruatum non negligeret: interim tamen amicis auctor esse soleo, vt selecta, quæ inter legẽdũ repererint, in capsulam aut alucolum recondant, auctorisq. nomẽ vnde illa acceperint in margine scribant: quod etiã Aristot. cap. 11. lib. 1. Topicorum præcipit. Enchiridion etiam locis cõmunibus respõdẽs Theologis vtilissimũ esset, in quo librorũ omniũ argumẽta, qui vt à Theologis euoluãtur, digni sunt, nõ sine ratione certa notarẽtur: quò fieret, vt libros possent breui tẽpore euoluere, atq. ex

ijs ea depromere, quæ ad negotium susceptum sibi vsui esse possent. Quem ego laborem iam diu susceperam, eumq. librũ in gratiam Theologorum edere exoptabam: sed quotidianæ occupationes, quibus distineor, illud prohibuerunt. Hæc ergo sunt quæ ad generalia Promptuaria pertinent.

Speciale autem Prõptuariũ illud vocamus, quod ad munus aliquod rectè obeundum, peculiaris sibi quisq. artifex componit; vt sacræ scripturæ interpres, S. Thomę professor, & concionator. Solent enim hi omnes, ea quæ illis sæpiùs occurrũt, & quibus frequentiùs vti debent, in certis quibusdam & notatis locis collocare: quia neq. facile est, hoc præsidio neglecto, ea, cùm volumus, aut cùm opus est, recordari; neq. sẽper occasio patitur, vt tẽpus in illis cõquirẽdis cõteramus. Hoc ergo genus Prõptuarij velim hoc loco cõficere, aut, quo pacto cõficiẽdũ sit, cõcionatori nostro ostendere, vt dũ eum à nimia solicitudine locos hinc inde inquirendi liberem, tempus ei vacuum ad orationes, sanctasq́. alias exercitationes redimam.

De Promptuariorum speciali diuisione.

Cùm autẽ (vt proprio differuimus loco) septem exercitationũ genera Theologo proposita sint; totidẽq. illis Prõptuaria respõdeãt: fit inde, vt quãuis cõcionatori (quẽ generalẽ artificẽ superiùs nominauimus) vnũ præcipuè genus dixerim⁹ esse maximè familiare: tamẽ neq. cetera prõptuaria debeat ille negligere; sed vel ea omnia sibi parare, vel ex ijs aliquod sibi potissimum cõficere, in quo ea, quæ magis ad suum munus pertinere iudicauerit, expedita ratione reponat. Quoniam igitur ad vtriusque Theologię doctorem pertinere antiquas Ecclesiæ traditiones, ecclesiasticas sanctiones, totumq́. Ius Canonicum, quęq́. ad illud reuocantur, nemo audebit negare: si hæc omnia, seruata methodo, concionator in locos communes distribuet, vtilissima sibi promptuaria comparabit. Quòd verò ad historiam attinet, concionator, aut compendium aliquod sibi cõficiet, aut ex cõfectis aliquod eliget potissimùm, eiusq́, doctrinã ad locos cõmunes reuocabit: in quibus ordinẽ à D. Th.

in scho

in scholastica Theologia obseruatum retinebit. Suppeditant enim historiæ materiam nostræ orationi. Neque enim solùm exemplorum copiam continent, quibus solent hominum animi vehementer excitari; sed de diuinis etiam mysterijs, de traditionibus, de Ecclesiæ cæremonijs, & ritibus, deq. Sanctionibus Ecclesiasticis, & dogmatibus pijs solent nos admonere: ita vt non possit quis Theologi nomen sibi iustè vendicare, quin sit in his omnibus diu, multumq. versatus. Ecce ergo concionator quanta sit Promptuariorum copia tibi nequaquam contemnenda.

De specialioribus, concionatoris Promptuarijs.

Quæ hactenus docuimus, adhuc ad generalem Promptuariorum rationē pertinere videbantur: nūc ad ea, quæ concionatoris magis propria sunt accedamus. Dicimus ergo, concionatori Promptuaria in hunc modum esse distinguenda. Primo loco reponat concionator ea loca, quorum sensus multorum ingenia torsit, quæq. periculosam primo adspectu sententiam videntur continere; item quæ in Scriptura solent frequentiùs iterari; & quæ maximam vim continēt ad proximorum ædificationem; & quæ in Ecclesiæ Officio frequentiùs interponuntur. Eodem etiam spectant selectissimæ quorundam locorum interpretationes, licèt non eodem modo eadem loca ab interpretibus exponātur; & ea item loca, quorum proprius sensus non est satis ab interpretibus illustratus, & quæ tanquam paradoxa censentur; & quæ magis hominum animos solēt deterrere; & quæ eosdem alliciunt; & quæ peccatorum opprobria, iustorum laudes, & deniq, attributa, quæ de vtrísque solent enunciari, continent.

2. In secundo genere, ex scholastica Theologia, & præsertim ex S. Tho. acuta, subtilia, pia, & paradoxa quædam collocet.

3. Ad tertium reuocet Promptuarium, selectas figuras, similia, doctrinas singulares, themata concionatori familiaria, bonarum, & malarum actionum enumerationes, efficaciores rationes, quibus persuaderi possint homines, vt se totos Christi obsequio

sequio tradant, peccata detestētur, fructusq. pœnitētię dignos in remissionē peccatorū producāt. Hūc pertinēt quattuor illa nouissima, hūc verbū Dei, hūc gratiæ necessitas, hūc piæ vrbanitates, strategemata, Aprophtegmata, admiranda naturæ opera, numerorum, & magnitudinum proprietates.

Iam in quarto loco tota euangelica historia per tempora distributa, collocanda est, ita vt singula anni Euangelica suo loco reponātur; quæq. ad cuiusque Euāgelij intellegentiā pertinentia se inter legendum obtulerint, in proprium locum reuocentur. Quod & in sanctorum festis obseruandum est. 4.

Accedimus iam ad ea quæ concionatori magis propria censentur: neq. enim ijs tātùm prōptuarijs, quæ superiùs diximus, cōtent⁹ esse is debet, sed quinctū etiā addere, in quo ea omnia collocet, quę vrbi, Oppidoue in quo versabitur necessaria videbuntur; siue ad vitia vel publica, vel quę magis noceant extirpanda, siue ad virtutū actiones persuadendas pertineant. 5.

Maximam etiam ex sexto proptuario concionator capiet vtilitatem, si in eo curabit, exordia communia, Narrationes, Cōfirmationes, & Confutationes reponere, vt quoties aliquod ex his capitibus proprium deerit, communi vtatur, illudq, ad materiam propriam traducens, proprium efficiat. 6

Neq. verò minorē ex septimo prōptuario vtilitatē accipiet, si quę cūq. audit, aut suis temporibus accidere notatu digna videt, siue ea bona sint, siue mala, coaceruet, ac recondat: sic enim fiet, vt ex bonis quæ accidunt, virtutes persuadere vehementiùs, ex malis verò acriùs possit vitia reprehendere. 7

Sed octauum etiā est vtile promptuariū, in quo notetur quid sancti Patres de se ipsi, deq. suis cōcionibus ad populū loquerētur; quomodo ad eū inter cōcionandū orationē conuerterēt, quo dicendi genere illius peccata reprehēderent, mala illi cōminarentur, vel illius laudes, gestaq. præclara prędicarēt; quas virtutes magis cōmendarent; in quæ vitia, acri quadam, ac vehemēti verborū libertate inueherētur; & si quæ his similia sūt. 8,

His omnibus liceat nonum promptuarium adiūgere, quod etiam ad eos qui cōfessiones audiunt, pertinere potest: in quo 9

S recon

tus, viridarium vbi, spacieris, ipsum cælum: sit Sponsi cor, cubi culum quo te recipias: sint tui (vt dicere soletis) deuoti, Angeli: sit socrus Virgo sanctissima, Pater æternus socer, Spiritus sanctus consiliarius, & dux, ac deniq. Iesus Christus crucifixus spes, amor ac delitiæ.

Neq. verò nos, Auditores pij, quòd perfectum hunc Religionis statum adepti non simus, animum despondere debemus: cùm & in statu etiã imperfecto cuilibet liceat ad summũ Perfectionis culmẽ adspirare. Hoc enim ita fiet, si terrena procurantes, cælestia potissimùm spectemus, & vt B. Paulus docet, sæcularibus rebus vtentes, quodammodo non vtamur. Quare nemo terrenis hisce illecebris captus, atq. irretitus, elabi è manibus cælestia sibi bona patiatur: immò ea semper appetẽs & requirens, crebra ad Dominum oratione cõfugiat: sic enim fiet, vt si votum in Religione non emisit, voti tamen effectũ, Deo pijssimè faciente, consequatur.

Concio in alia Monachæ virginis Professione.

Ante thorum huius virginis frequentate nobis dulcia cantica dramatis. Ex offi Ecclesiæ.

ETsi celebranda est nobis religiosæ virginis cum Christo desponsatio: tamen hodiernum Euangelium enarrare libet: id enim futurum non est ab instituto nostro prorsus alienum. Igitur postquã 5. & 6. Matthæi capitibus, Dominus euangelicã tradidit doctrinam; adiungit nõ deesse aliquos, qui illi insidientur, falsos scilicet Prophetas. Quo nomine hæreticos primùm intellexit; deinde homines impia docentes; tertiò verò etiam illos qui Christum crucifixum non prædicant, sed plausibilibus sermonibus auditores ducunt, atq. decipiunt: quia nimirũ mortifera tantũmodò, & notissima peccata improbãtes, ad cetera omnia cõniuent; immò & aliquando ea palam, & apertè populo concedunt. Hi profectò ouinam pellem, scilicet Fidei synceritatẽ, & externã

quandam

quandam sanctitatem, ac modestiam induunt; cùm tamen intùs lupi rapaces sint. Sed si quæras qua ratione hi Pseudo prophetæ dignosci valeant; respondet Dominus, non esse admodum difficile: ex fructibus enim, hoc est ex operibus dignoscuntur. Fructus quidem bonorum Prophetarum, vt ad Galat. 5. scriptum est, spiritus est, caritas, gaudium, pax, patientia, & benignitas: malorum autem, superbia, odium, auaritia. Quare bonorum fructus dicuntur esse vuæ, & ficus malorum verò, tribuli, & spinæ. Vuæ quidem, & ficus, vnionem significāt; scilicet externam vuæ caritatem, internam verò ficus. Item, & ficus, & vuæ, calore, hoc est amore, dulciores fiunt; & conculcatæ, ac compressæ, suauitatem, hoc est patientiam, benignitatem, misericordiam, obediētiam, & caritatem præstant. At spinæ, & tribuli pugunt quidem; & præterea dum pungunt, sunt tenaces: quibus qualitatibus, superbia, & iracundia significatur, & propriarum etiam commoditatū appetentia. Hi sunt igitur tam malorum, quàm bonorum Prophetarum fructus. Quòd si quis malus Propheta fingere bonum fructum velit; facere id nullo modo poterit, dū interna malitia perseuerat: sicut neq. bonus Propheta, dum bonus est, potest alios fructus quàm vuas, & ficus edere. Sed neq. falsorum Prophetarum falsitas diu perseuerare potest: punitio enim instat diuina. Tandem colligit Dominus, inquiens: *Non omnis qui dicit mihi Domine Domine &c.* Hæc est totius Euangelij series. Nunc autem quoniā ego vehementer cupio, vobis, Auditores, vuas, & ficus hodierno die exhibere: obsecrandus est Dominus, vt me arborem efficere bonam dignetur. Quoniam autem sanctissima Virgo solet nobis peccatoribus maximum esse ad omnia refugium; æquum est, vt illam nunc humiliter adeamus, eiq. Angelicam offeramus salutationem dicentes: *Aue Maria &c.*

Ante thorum huius Virginis frequentate nobis dulcia cantica Tramatis.

Genesis 29. FVit semper omnium gentium moribus recepta ce-lebrandi nuptias consuetudo: vt & quotidianus, atq. antiquissimus vsus probat, & illa ex Genesi historia, quòd Laban, cõuocatis amicorũ turbis, Iacobo Liã, & Rachelem filias in coniugiũ dederit. Huius autẽ celebritatis caussa est, quòd & per matrimonium temporale, genus humanum conseruatur, & augetur; & (vt ex Paulo ad Ephes. 6. atq. ex Canticis, cap. præsertim 8. colligere licet) diuini Verbi cum natura humana coniunctio in eo figuratur. Sed præter mortales istas nuptias, sunt aliæ quædam longè pulcherrimæ, ex ijs quas diximus, Dei cum natura humana, & Christi cum Ecclesia profectæ: spirituales scilicet; quibus, firmissimo quodam, atq. arctissimo nexu, Christus nostris animis cõiungitur. De his nuptijs apud Oseam: *Desponsabo te mihi in sempiternum &c*: et in alijs locis quos citauimus: immò & sæpe alibi in veteri Testamento. Sed cùm omnibus animis Christianis, quæ per gratiam, & caritatem Christo cõiũguntur, hæ nuptiæ sint cõmunes: tamẽ præcipua quadã ratione Dñs eis animis copulatur, quæ per Castitatis votum, suã corporis integritatẽ, ac virginitatẽ ei consecrãt. Quod quidẽ si solẽni (vt dicitur) voto in Religione fiat: nobilissimũ certè coniunctionis spiritalis est genus, sanctisq. Patribus maximè celebratum. Talis igitur est nostræ virginis hodierna desponsatio. Quoniã autem ego in hoc Festo, vt epitalamium cãtem, vocatus sum; æquum iam videtur, vt & Sponsi, & Sponsæ decantare laudes aggrediar.

Spõsus quidẽ hic est, cuius est caput aureũ; in quo omnes sunt thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei, qui & ipse Deus est sapientiâ infinitus, viribus omnipotens, omni deniq. bonitate immensus; immò est Sapiẽtia, Omnipotentia, & deniq. Bonitas

Præteritio. ipsa. Sed cùm eius laudes obuiæ sint passim; de Sponsa est nũc potissimùm dicendum: hûc enim me vocat Spiritus sanctus, dum per Ecclesiã dicit: *Ante thorum huius virginis frequentate nobis dulcia cantica dramatis.*

Drama comœdiæ genus est, nuptijs accõmodatum, epithalamio persimile. In comœdijs enim dulcia solent efferri cãtica: in Dramatibus verò, & præsertim in noua comœdia, de nuptijs, si

ue de amore est sermo. Quare illa nobis hodie cantica sunt sę piùs repetenda, quæ in pijs huiusmodi cōmœdijs solēt iterari. Cùm autē sancta, & diuina cātica, & huius instituti propria, sint ea, quæ in Cāticis Cāticorū Spiritus sanctus Salomoni inspirauit: iuuabit nūc, nostrū inde Epithalamiū desumere, scilicet ea in mediū proferre, quæ cecinisse ibi Spōsum de suæ Sponsæ laudibus accepimus. Hæc enim cū virgini nostrę & cōueniant, & cōuenire maximè debeant: fiet, vt dū eius laudes persequimur, sui simul officij eam admoneamus.

Alloquitur ergo Spōsus in Cāticis, laudatq. Sponsam in hūc modū: *Quā pulchra es amica mea &c.* Sed quoniā omnia quæ illo loco Spōsus persequitur nō licet nobis per tēpus explicare: attingemus tātūmodò quæ de oculis, de capillis, de dentibus, de labijs, de maxillis, de collo, deq. huberibus ibi pronūciat; ad dēs tandē in fine: *Hortus conclusus, fons signatus, emissiones tuæ paradysus.* Hæc enim in Sponsa præcipuè notanda sunt.

Principiò igitur bis in genere Spōsam pulchrā appellat Spōsus: nimirū vt internā, & externā, scilicet corporis, & animi, cogitationūq. ac verborū pulchritudinē significet. Sed hæc omittētes, atq. ad specialia trāseūtes, ab oculis sumamus initiū, q vt sūt sēsuū organa potissima, ita cōferūt maximè ad pulchritudinē. Inquit ergo Spōsus: *Oculi tui colūbarū, absq. eo quod intrinsecus latet.* Significāt enim oculi scopū animi, atq. intētionē; vt apud Matt. cap. 6. cōstat, cùm Dñs inquit: *Lucerna corporis tui est oculus tuus &c.* Colūba verò & simplicitatē, & puritatē significat; & cū duos habeat oculos, vno tātū intuetur. Talis ergo est Christi fidelissima Spōsa: quia nimirū totā mētē, & cogitationem in vno Christo locat, ac figit, nihilq. vel in terra, vel in cęlo præter eum aut cupit vnquam, aut cogitat. Sed cùm magna sint piæ huius Sponsę desideria, & mirabiles dilectionis actus, iure additū illud est: *Absq. eo quod intrinsecus latet.*

Iā oculos capilli subsequūtur; neq. id quidē immeritò. Nāper capillos cogitationes piæ significātur, quibus nō nisi in cælo diuina Spōsa versari debet; Dubiū autem non est, quin cogitationes intētionē sequātur animi: nā vbi est thesaurus, ibi est

 cor

cor tuum. Meritò autem capilli, gregibus caprarum ascendentium de monte Galaad, similes esse dicuntur. Capræ enim leues sunt, & agiles; alta petunt; atq. erectæ, arborum ramusculos carpunt: Galaad autem editissimus erat mons, multisq. nemorum saltibus densissimus. Quæ omnia rectè Sponsæ accomodātur; quippe quia altissimas semper cogitationes voluit, numquam non animo ascendit, numquam non ad maiora progreditur. Hi sunt capilli, quorum tanta vis est, vt non solùm decorem, sed robur etiam conferant, atq. fortitudinem. Hi sunt quibus destitutus ille Samson, qui pro nihilo mille occidebat Philistæos, infirmus effectus est, atq. imbecillus. O pulcherrimam, ô fortissimam Christi Spōnsam, quæ crucifixum Spōsum semper ob oculos habens, hisce capillis exornatur!

Exclamatio.

Sed quoniam Sponsæ diuinæ, potissima est de mandatis diuinis exequendis cogitatio: proinde hoc Sponsus illis verbis significat: *Dentes tui sicut oues tonsarum &c.* Dentibus quidem cibos molimus, & concoctioni præparamus, vt faciliùs concocti, multò nos meliùs nutriant: oues autem vbi tonsæ, maximè verò vbi lotæ sunt, itemq. vbi gemellis fœtibus onustæ, mirum est, qua diligentia, & cupedia herbas depascāt. Hæc autem omnia rectè Sponsæ conueniūnt de diuinis mandatis exequendis vsq. adeò solicitæ, vt diu, noctuq. testimonia sancta summo studio perscrutetur, quo possit operi illa mandare. Hoc enim certè sponsa facit, vbi tonsa est, hoc est terrenis cūpiditatibus exuta; vbi lota est, nimirum diuini sanguinis pro se effusi cogitatione; vbi deniq. gemellos habet fœtus, scilicet vel internorum, externorumq. operum, vel diuini cultus, proximorumq. ædificationis, vel mortificationis, propriæ, amorisq. diuini.

Quarto loco labia etiam commendantur, in quibus certè plurimùm inest ad pulchritudinem. Inquit ergo Sponsus: *Vitta coccinea labia tua.* Vitta, si vocis proprietatem spectes, velum erat Deo dicatum, quo piæ operiebantur fœminæ. Siue autem id, siue breuem funiculum intelligas: profundum significat silentium. Est profectò in fœminis, maximè verò in virginibus, silentium excellentissima virtus. Quam vtinam permultæ (&

quod

quod magis deplorandum est, ex religiosarum numero) ita sibi genuinam, ac germanam putarent, vt nō de garrulitate potiùs, ac dicacitate gloriarentur. Coccineum autem est id quod labia compescit: scilicet solus Iesu Christi amor.

Iam autem his omnibus iure addit Sponsus: *Sicut fragmē mali punici, ita genæ tuæ &c.* quo loco castitatem, ac verecundiam intellexit. *Trepidare virginum est* (inquit B. Ambros.) *& ad omnes viri ingressus pauere, omnes viri affatus vereri &c.* Sed non vacat modo de castitate, de honestate, de pudicitia, de puritate, deq. mortificatione ad seruandam castitatem vtili differere. Hoc tantùm dicam; si pulchræ adeò sunt, rubicundæ genæ, vt soleant eas vanæ mulierculæ, artificioso quodam, ac falso (vtinā verecundo potiùs) rubore perfundere; pulchriorem profectò esse in virginibus pudicitiam. *Præteritio cum Anaphora, & Homœopto to.*

Nunc iam post descriptam Sponsę faciem, dicendum est de collo, vbi constantia inest, ac fortitudo, qua omnes hostium incursus inuicta semper sponsa ita sustinet, vt ab integra castitate, honestate, silentio, meditatione, contemplatione, & ardentissimo deniq. Christi crucifixi amore non vmquam deflectat.

Mox sequuntur vbera: occulta scilicet virginum, ac pudicæ membra. Significant autem misericordiam, qua præclaram, & copiosam sanctorum erga proximos operum sobolem, piæ virgines nutriunt. Misericors enim est pia virgo, & ad benefaciendum pro Christi amore propensissima: quippe quia proximos diligit, sicut Christo etiā ipso se dilectā esse cognoscit.

Hactenus omnis spōsæ pulchritudo proposita est ob oculos. Nā etsi ab humilitate, māsuetudine, obediētia, castitate, caritate, paupertate, & corporis maceratione desumēda hæc tota descriptio videbatur: tamē sub ijs quę dicta sunt, hæc omnia latēt cōprehēsa. Omnia verò Spōsus vnico tādē verbo cōplectitur, dum sponsam appellat hortum conclusum, vndiq. vallatum, nullisq. aut hostium incursibus, aut bestiarum ingressionibus patentem, &c. Talis ergo futura est Christi dilectissima sponsa: tales etiam, pro cuiusq. statu, & vitæ conditione cuncti.

Cecini ergo iam in nostris hisce nuptijs, eam quam potui dilectæ

ante quadraginta annos ad Christianum populum patrio, & nonnunquam latino sermone habitæ; quarum multas viri literis & vitæ integritate insignes non improbarunt: sed nulla certè ex iis mihi fuit in promptu, dum hoc opus côcinnarem. Sum enim ea prodigalitate, vt ex meis (qualescumq. illi sint) ingenij foetibus nullum mihi vnquam reseruem. Quare necesse fuit, has quas nunc exhibeo conciones (scilicet quas partim alíqua fortè lituris plena papyrus, partim infirma mihi memoria suggessit) raptim exarare, vt artis in superioribus libris traditæ aliqua hîc extarent exempla. At nemo est qui non videat, multùm interesse, an ea quæ summo studio, ac diligentia recens excogitata sunt, conscribantur, an verò ex interuallo ea quæ iam diu peracta sunt, in memoriam reuocentur. Cui & hoc accedit, quòd neque huic certè operi extemporario tantùm mihi temporis fuit, quãtùm erat necessarium: cùm tot pene obruar negocijs, quot vix vllus vnquam credat, ex ijs qui me non nouerint. Hæc igitur sunt quæ me excusant: quibus sanè potuissem à suscepto opere auocari, nisi id futurum esse multis vtile sperarem, fretus immensa Dei bonitate, qui humilibus vsus instrumentis, magnifica quædam solet opera conficere.

LIBER

LIBER SEPTIMVS IN QVO DE PROMPTVARIIS QVIBVS MAXIME POSSINT IVVARI Concionatores, disputatur.

PRAEFATIO.



SQ. adeò nostris temporibus cũctæ ferè sciẽtię sunt auctæ; contrà verò humanæ ingenij, ac memorię vires imminutę; vt quo illa quę didicimus, in promptu semper habeamus; necesse sit quibusdam ea reponere promptuarijs. Quod cùm omnes omnium scientiarum studiosi facere debeant: tamen Theologis est pręcipuè necessarium; & ijs maximè, quibus concionandi commissum est munus. Est enim haud dubiè immensum Theologiæ pelagus: quippe quia & sacram Scripturam, & Ecclesiasticas Sanctiones, & Scholasticam (vt vocant) doctrinã continet: quæ quidem si quis complecti omnia vellet, atq. ijs præterea (vt fieri necessariò debet) orationem, & sanctas alias exercitationes adiungere; non aliter certè id facere posset, quã si Matusalemi annos exęquaret. Sed & his etiam accedũt humana multa subsidia, quibus si concionator destituatur, fungi rectè suo munere non potest. Est enim is certè generalis quidam artifex; neq. vllum scientiarum, aut diuinum, aut humanũ genus intactum debet omittere; quippe quia nullum est, quo non vti aliquando debeat; cùm eius sit munus, ad vniuersum hominum genus verbum Christi prædicare. Hæc igitur cùm ita sint; nemo est quin videat, in tantis temporum angustijs, tantaq. nostra ieiunitate, atq. inopia, promptuaria huiusmodi, tamquam itineris sacri nulas, magni esse momenti. Vnde meritò à me in hoc libro septimo, de ijs suscepta est disputatio. Equidem decreueram, ea lectoribus exhibere perfecta: sed si id (quæ mea est tenuitas) præstare minùs possum; tradere tamẽ

coept

cœpta, eorumq́; simul indicare rationem, Deo adiuuante, valebo. Hoc autem fortasse lectoribus multo erit vtilius: cùm his breuibus initijs inuitari, & commoueri omniũ animi possint, vt suam quisque in cœpto opere perficiendo diligentiam experiatur. Neque vero laborem hunc, si à quoquam fuerit susceptus, contemnemus: quinimò gratias ei habebimus ingẽtes, quòd quæ nos imperfecta relinquimus, ipse ad exitũ perducet.

Vnde Promptuariorum ratio petenda.

Prômptuariorum ratio non aliunde commodiùs desumetur, quàm ex ijs, quæ in cõcionatore desiderãtur. Quæ quidẽ quamquam permulta sunt, neque facilè possunt enumerando percenseri; tamen ex ijs quamplurima hoc loco proponẽtur. Primùm velim meminisse lectorem, doctissimi illius magistri Cano, Episcopi Canariensis, olim in Salmanticensi Academia Theologiæ professoris, qui in eo libro, quẽ de locis Theologicis in vulgus emisit, decẽ locos indicauit, ex quibus Theologi argumenta omnia depromunt: eos enim nosse, & memoria retinere concionatori est valde necessarium. Hi autem sunt Scriptura sacra, Christi, & Apostolorum traditiones, Ecclesia catholica, Concilia, præsertim generalia, Romana Ecclesia, Sancti Patres, Theologi Scholastici, Naturalis ratio, Philosophorum auctoritas, & humana historia. Neq. verò ijs tantùm concionator erit contentus. Nam cùm omnia hæc, ei qui vtramque Theologiam, scilicet Scholasticã, & (vt aiunt) Positiuam, profitetur, necessaria sint; concionator certè, cuius est officium, non modo populum, sed ipsos etiam Theologos docere aliquando, alios habere debet notatos locos, quibus altissima nostræ Fidei mysteria non modo propria oratione, sed figurata, quatenus audientium captus postulat, pandere, moresq́. Christianos, & politicos, internos, & externos componere possit. Etenim nulla est ars, aut scientia, nullius officium artificis, quod non aliquando in cõcionatorem cadat. Theologũ enim is quandoq. agit: Iurisconsulti personam induit: Philosophi, ac Medici officium exercere: artes etiam seruiles nonnunquam

ijs ea depromere, quæ ad negotium susceptum sibi vsui esse possent. Quem ego laborem iam diu susceperam, eumq. librũ in gratiam Theologorum edere exoptabam: sed quotidianæ occupationes, quibus distineor, illud prohibuerunt. Hæc ergo sunt quæ ad generalia Promptuaria pertinent.

Speciale autem Prõptuariũ illud vocamus, quod ad munus aliquod rectè obeundum, peculiaris sibi quisq. artifex componit; vt sacræ scripturæ interpres, S. Thomę professor, & concionator. Solent enim hi omnes, ea quæ illis sæpiùs occurrũt, & quibus frequentiùs vti debent, in certis quibusdam & notatis locis collocare: quia neq. facile est, hoc præsidio neglecto, ea, cùm volumus, aut cùm opus est, recordari; neq. sẽper occasio patitur, vt tẽpus in illis cõquirẽdis cõteramus. Hoc ergo genus Prõptuarij velim hoc loco cõficere, aut, quo pacto cõficiẽdũ sit, cõcionatori nostro ostẽdere, vt dũ eum à nimia solicitudine locos hinc inde inquirendi liberem, tempus ei vacuum ad orationes, sanctásq. alias excercitationes redimam.

De Promptuariorum speciali diuisione.

Cùm antẽ (vt proprio disseruimus loco) septem excercitationũ genera Theologo proposita sint; totidẽq. illis Prõptuaria respõdeãt: fit inde, vt quãuis cõcionatori (quẽ generalẽ artificẽ superiùs nominauimus) vnũ præcipuè genus dixerim⁹ esse maximè familiare: tamẽ neq. cetera prõptuaria debeat ille negligere; sed vel ea omnia sibi parare, vel ex ijs aliquod sibi potissimum cõficere, in quo ea, quæ magis ad suum munus pertinere iudicauerit, expedita ratione reponat. Quoniam igitur ad vtriusque Theologię doctorem pertinere antiquas Ecclesiæ traditiones, ecclesiasticas sanctiones, totumq́. Ius Canonicum, quęq́. ad illud reuocantur, nemo audebit negare: si hæc omnia, seruata methodo, concionator in locos communes distribuet, vtilissima sibi promptuaria comparabit. Quòd verò ad historiam attinet, concionator, aut compendium aliquod sibi cõficiet, aut ex cõfectis aliquod eliget potissimùm, eiusq́. doctrinã ad locos cõmunes reuocabit: in quibus ordinẽ à D. Th. in scho

in Scholastica Theologia obseruatum retinebit. Suppeditant enim historiæ materiam nostræ orationi. Neque enim solùm exemplorum copiam continent, quibus solent hominum animi vehementer excitari; sed de diuinis etiam mysterijs, de traditionibus, de Ecclesiæ cæremonijs, & ritibus, deq. Sanctionibus Ecclesiasticis, & dogmatibus pijs solent nos admonere: ita vt non possit quis Theologi nomen sibi iustè vendicare, quin sit in his omnibus diu, multumq. versatus. Ecce ergo concionator quanta sit Promptuariorum copia tibi nequaquam contemnenda.

De specialioribus concionatoris Promptuarijs.

Quæ hactenus docuimus, adhuc ad generalem Promptuariorum rationē pertinere videbantur: nūc ad ea, quæ concionatoris magis propria sunt accedamus. Dicimus ergo, concionatori Promptuaria in hunc modum esse distinguenda. Primo loco reponat concionator ea loca, quorum sensus multorum ingenia torsit, quæq. periculosam primo adspectu sententiam videntur continere; item quæ in Scriptura solent frequentiùs iterari; & quæ maximam vim continēt ad proximorum ædificationem; & quæ in Ecclesiæ Officio frequentiùs interponuntur. Eodem etiam spectant selectissimæ quorundam locorum interpretationes, licèt non eodem modo eadem loca ab interpretibus exponātur; & ea item loca, quorum proprius sensus non est satis ab interpretibus illustratus, & quæ tanquam paradoxa censentur; & quæ magis hominum animos solēt deterrere; & quæ eosdem alliciunt; & quæ peccatorum opprobria, iustorum laudes, & deniq, attributa, quæ de vtrisque solent enunciari, continent.

2° In secundo genere, ex scholastica Theologia, & præsertim ex S. Tho. acuta, subtilia, pia, & paradoxa quædam collocet.

3° Ad tertium reuocet Promptuarium, selectas figuras, similia, doctrinas singulares, themata concionatori familiaria, bonarum, & malarum actionum enumerationes, efficatiores rationes, quibus persuaderi possint homines, vt se totos Christi obsequio

sequio tradant, peccata detestetur, fructusq. pœnitētię dignos in remissionē peccatorū producāt. Hūc pertinēt quattuor illa nouissima, hūc verbū Dei, hūc gratiæ necessitas, hūc piæ vrbanitates, stratagemata, Apophtegmata, admiranda naturæ opera, numerorum, & magnitudinum proprietates.

Iam in quarto loco tota euangelica historia per tempora distributa, collocanda est, ita vt singula anni Euangelica suo loco reponātur; quæq. ad cuiusque Euāgelij intellegentiā pertinentia se inter legendum obtulerint, in proprium locum reuocentur. Quod & in sanctorum festis obseruandum est. 4.

Accedimus iam ad ea quæ concionatori magis propria censentur: neq. enim ijs tātùm promptuarijs, quæ superiùs diximus, cōtent⁹ esse is debet, sed quintū etiā addere, in quo ea omnia collocet, quę vrbi, Oppidoue in quo versabitur necessaria videbuntur; siue ad vitia vel publica, vel quę magis noceant extirpanda, siue ad virtutū actiones persuadendas pertineant. 5.

Maximam etiam ex sexto promptuario concionator capiet vtilitatem, si in eo curabit, exordia communia, Narrationes, Cōfirmationes, & Confutationes reponere; vt quoties aliquod ex his capitibus proprium deerit, communi vtatur, illudq́, ad materiam propriam traducens, proprium efficiat. 6

Neq. verò minorē ex septimo promptuario vtilitatē accipiet, si quę cūq. audit, aut suis temporibus accidere notatu digna videt, siue ea bona sint, siue mala, coaceruet, ac recondat: sic enim fiet, vt ex bonis quæ accidunt, virtutes persuadere vehementiùs, ex malis verò acriùs possit vitia reprehendere. 7

Sed octauum etiā est vtile promptuariū, in quo notetur quid sancti Patres de se ipsis, deq́ suis cōcionibus ad populū loquerētur; quomodo ad eū inter cōcionandū orationē conuerterēt; quo dicendi genere illius peccata reprehēderent, mala illi cōminarentur, vel illius laudes, gestaq. præclara prędicarēt; quas virtutes magis cōmendarent; in quæ vitia, acri quadam, ac vehemēti verborū libertate inueherētur; & si quæ his similia sūt. 8,

His omnibus liceat nonum promptuarium adiūgere, quod etiam ad eos qui cōfessiones audiunt, pertinere potest: in quo 9

aspera in scripturis videntur. vt *Siquis venit ad me, & non odit patrem suum.*
Item quæ suauia: vt *Iugum meum suaue est, & onus meum leue.*
Tum quæ deuota: cuius generis multa in canticis.
Præterea quæ subtilia: vt, *Qui videt me, videt patrem.*
Sed & quæ animæ affectum erga Deum significant: vt, *Quid mihi est in coelo &c.*
Similiter quæ amorē Dei erga nos indicāt. vt *sic Deus dilexit mūdum.*
Ad hæc iustorum mores & attributa, de quibus in canticis frequens mentio.
Deinde quæ Dominus iustis pollicetur, vel quæ peccatoribus comminatur.
Eodem etiā spectant corporales, aut spirituales punitiones, quibus peccatores Deus afficit. Quo loco spiritales punitiones intelligi volo eas, quibus Deus quandoq. cordis duritie, & mentis cæcitate quosdam punit, permittens propter aliqua peccata, vt in alia maiora labantur.
Hūc etiā reuoca loca, in quibus scriptura in genere solet virtutes persuadere, & dissuadere vitia: vt, *sicut exhibuistis membra vestra &c. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ &c.*
Possunt item huc referri ex sacra scriptura testimonia deprompta, quę non modò ad Fidei dogmata confirmanda, explicādaue pertinēt, sed etiā ad quattuor illa nouissima populo annuncianda, quæ ita passim sese offerūt, vt vix concio ad populum habeatur, quin frequens eorum mentio fiat.
Ad hoc deniq. primum promptuarij genus libenter ea loca reuocarē, quę in sanctis cōcilijs generalib⁹, vel Prouincialib⁹, toto q. Iure Canonico legūtur ad populi ędificationē maximè spectātia: in quibus dispo nēdis, eū seruarē ordinē, quē D. Tho, in sūma sacrę Theologię retinuit: sēper. n. ille mihi visus est omniū accōmodatissimus. Si verò cùm hęc loca tractauerit concionator, inuentionem, & dispositionem dialecticam, & amplificandi artem ob oculos habuerit, concionem proculdubio efficiet multò pleniorem.

alia multa, quæ in scriptura, & in sanctis Patribus reperiūtur. In quibus omnibus cùm tantū insit præsidij; committere non potui, quin aliquod ex ijs, quæ olim à me elaborata fuere, hoc loco inserere. Quæ ratio me etiam mouet, vt librum illum Mediolanēsis Archiepiscopi de cōcionatorū institutionibus inscriptum, huic nostro adiungendum putarem: scilicet vt possit cōcionator semel, iterum, ac sępius partem hanc euoluere, quousq. illā plenè assequatur. In eo nāq. libro (vt breui multa complectar) postquā vir ille doctrina, & pietate insignis multa de concionatoris vita, & præparatione ad concionandum dixisset: docuit sermone pio, & graui, vnde sumēda sit cōcionis materia: deinde quædam peccatorum genera enumerauit, in quibus euellendis debet concionator operā impēdere; quæ scilicet frequētiora, & aliorū quasi initia, & fundamenta sunt: tum docuit qua ratione populus circa Sacramentorū vsum sit instituendus: præterea quo pacto virtutū sint opera exponenda: deniq. rationē, & viā aperuit, qua possint Ecclesiæ instituta, precandi studium, & in Prælatos obseruantia populo commendari. Cetera quæ deinde sequuntur, ad octauum huius operis librum pertinent. Sed iam prōptuarium meum tibi lector tradere paro: ita tamen vt orare te non desistam, vt quod à me tantummodo incœptum est, augeas, & perficias.

Insequens Promptuarium Præfaciuncula.

NIsi me quotidianæ occupationes, & aliæ etiā extra ordinarię propè innumeræ ita opprimerēt, vt vix tēpus ad respirādū relinquerēt, curarē profectò, vt in singulis prōptuarijs quę dā veluti initia cōcionatori ob oculos ponerētur, quibus adiu ad ea cōficiēda esset quā facillimus. Nūc quæ ad tertiū præsertim genus spectant, decreui hoc loco indicare, vt ex ijs possit cōcionator reliqua sibi propria diligētia cōficere. Moneo autē illū vehemēter, vt si Verbi Dei adulterator esse non vult, Christumq. Cruci affixum populo desiderat annunciare; hęc quæ hoc loco reponuntur, diligenter obseruet. In quibus enū-

merãdis non est, ꝙ à me accuratã methodũ, immò nec mediocrem efflagitet. Tantùm enim curabo ea ita disponere, vt omnis absit confusio. Quod vt commodiùs præstare possim, totam hanc farraginem in quatuor partes secabo: in quarum prima generales quasdam regulas constituam; in secunda doctrinas generales indicabo; in tertia, quæ ad decem Decalogi mãdata spectãt proponã: in quarta deniq. adferam quæ ad potissima illa Caritatis mandata spectare videntur.

Generales quadam regulæ doctrinam prædicandam indicantes.

QVæ magis à peccatoribus contemnũtur, aut exsibilantur, illa sunt vehementiùs, & sępiùs persuadenda.

Contra ea vitia, quæ maiorem adferũt perniciem, acriùs pugnandum.

Peccatores ad pœnitentiam exhortandi sunt, atq; ad corpus castigandum.

Pij monendi sunt, vt per bona opera certam suam faciant vocationem.

Christi Passio nonnunquam, etiam mundo renittente, interponẽda: quattuorq. nouissima prudenter inter concionandum inserenda.

Virtutes, quibus homo Deo gratus redditur, extollendæ.

Vitia, quibus peccatores iram sibi thesaurizant, ipsis improperanda.

Ad virtutes persuadendas, & vitia dissuadenda, prouerbijs grauibus quandoque vtendum: ea verò quæ impietatem redolent (quale illud est; Viuat vnunquisque iuxta statũ quem habet) omnino vitanda, aut certè piè explicanda, & ad sanum sensum traducenda.

Qua ratione suum animum peccatores à vitijs abducere possint ostendendum.

Virtus ita persudenda, vt simul etiam contrarium vitium testimonijs, & rationibus reprehendatur.

Peccãdi occasiones reprehẽdẽdę: vt dom', quæ peccandi fomenta

menta miniſtrant;colloquia,& conſuetudines non ſanctæ;ſocij qui Deum non timent, quiq́. facilè in peccata labuntur.
Illud etiam ſæpe iterandum eſt,Deum in peccatores,ſi non ſtatim,at quo tempore magis illi ſupplicium ſentiant, animaduertere:contrà verò in pios beneficia ſpiritualia,& corporalia conferre,quatenus animæ ſaluti conducant.

Nullum malum impunitum.

Nullum bonum ſine præmio.

Tametſi culpam peccatori Deus remittat;tamen adhuc remiſſa culpa pœnas temporales ab eo ſumit.

Quouis opere bono,ſi ex dilectione oriatur,iuſtus gloriam ęternam meretur.

Peccator quolibet mortali peccato æterna ſibi ſupplicia cōparat.

Quæ vitia ſcriptura magis deteſtatur,vt libido,ſuperbia &c. ea acerbiùs reprehendenda.

Quas virtutes magis commendat,vt humilitas,caſtitas, miſericordia &c. illæ maiori affectu perſuadendæ.

Peccatorum occaſiones radicitus euellendæ:eis enim manētibus peccata indies renaſcuntur,& adoleſcunt.

Quod ſi ad ea,quę magis ſpecialia ſunt deſcēdendū eſt;licebit in ſingulis anni tēporibus proprio quodāvti themate.Vt in Aduentu;Præparatæ locū puero vobis,& pro vobis naſcituro.

In Quadrageſſima:Agite pœnitentiam,

A Reſurrectione ad Aſſentionem: Inter nos glorioſus Chriſtus verſatur.

Poſt Aſcenſionem Eleuate ad cœlum corda,& præparatæ vos Spiritui ſancto venturo.

Ab octaua Euchariſtiæ,tribulationes Eccleſiæ, quas paſſa eſt, & patitur,interponendę ſunt;cūnctiq́.excitandi,vt pro ea pręces ad Deum fundant.

Hūc etiā referuntur reſponſiones ad ea,quæ aduerſus cōcionatores ſolent quidā,falſa pietatis ſpecie,proferre.Neq. enim deſūt,qui ita dicāt.Quorſum ita diſcrutiaris, cùm parum auditorib' prodis?nū quid arbitraris te cōſequuturū quod alij effice

 re non

re non potuerunt? cur tanto animi affectu, & contententione dānas quę alij te doctiores, & sanctiores permittūt? vnde scis te à Deo ad hoc munus fuisse vocatum? cur niteris omnes perfectos reddere? non decet euangelicam doctrinam tā acerba oratio: filios enim alloqueris non mancipia. Hæc, et, si quæ sunt his similia, qui sanam, & incorruptam doctrinam sustinere non possunt, concionatori obijciunt. Quibus facilè poterit concionator respondere, si hæc in promptu habuerit. Facio quod in me est. omnia sustineo propter electos. caussam Dei iustifico. mei muneris est laborare; ferre fructum est Dei. vestra res agitur, cùm de caussa Dei, animarumq. salute agitur. quis tantam cernens christianorum cladem non ita affligitur, vt tamquam insanus, & à mente alienus clamet? à viris pietate, & doctrina præstantibus accepi, id quod prædico, Deo gratum esse, hancq. meam esse uocationem. licèt idem institutum Prophetæ omnes, & Apostoli in prædicatione haberent; non tamen eadem erat illis prædicandi ratio: aliter enim Elias, aliter Esaias, & aliter Hieremias; aliter Paulus, & aliter Iohannes prædicabant. si Euangelij prædicator sum; Euangelium autem significat altissimam, sanctissimamq. doctrinam, cui vita perfecta, & omni ex parte absoluta copulatur; cur non orationis meæ scopus erit perfectio? euangelium non Capuccinis, ceterisq. religiosis tātùm, sed omni etiam creaturæ præcepit Dominus prædicari. si de Christiani nomine gloriaris; cur legem tuam, hoc est Euangelium renuis audire? euangelium (sicuti bonus etiam pater) non blandè semper cum filijs agit, sed filios perditos, aut inobedientes obiurgat. si filius esses, vel saltem esse exoptares, paternam susciperes disciplinam: sed cùm non filij, sed serui spiritum habeas, ideò fit, vt cùm tibi perfectio prædicatur & Dei amor proponitur, si vnum, aut alterum obiurgationis verbum audis, totam concionem, & ipsum concionatorem odio habeas; nimirum seruos imitatus: serui enim castigati, Dominum odio habent, patrem verò non item filij. Denique omnia quæ de octauo promptuario indicauimus, in hunc locum poterunt apte transferri.

Generales

Generales quædam doctrinæ, quibus concionatores in quolibet euentu possint iuuari.

Absolutis regulis generalibus, oportet doctrinas quasdam generales tradamus, quæ cōcionatori possint in quolibet euentu prodesse.

Meminerit ergo concionator prædicare, Deū iustos quandoque in hoc mundo affligere, iuxta illud. *Multæ tribulationes iustorum.*

Magno Deum beneficio eos afficere, quibus crucem degustandam præbet.

Omne amarum posse appellari crucem.

A peccato tantùm fugiendum esse, quòd illud propriè malum censeatur.

Neminem nisi à se ipso lædi.

Oportere vt homo sit paratus mori: nescitur enim hora in qua Dominus cuiusque animam repetet.

Confessionem sacramentalem, & communionem frequentandam.

Statim atque in peccatū lapsus quis fuerit, medicinam, hoc est confessionem sacramentalem quærendam.

Nihil sine gratia meritorium, aut satisfactorium esse apud Deum.

Punire Deum aliquos, cùm permittit vt à Hierusalem auferatur validus, & fortis: quod nostris temporibus in quibusdā Rebus publicis christianis videmus contingere.

Permittere Deum Prophetas esse quosdam, qui nos decipiant, quique cum ipso Deo non colligant, sed dispergant.

Cauendum esse à libris inutilibus, nedum à lasciuis. Nam libri à quibus nihil, quod ad vitam bene instituendam pertineat, hauritur, nihil est quòd legantur.

Deplorādū vehemēter esse, quòd cùm omnes se peccatores fateātur, nullus sit qui pœnitentiā agat, sed omnes genio indulgeant, pœnitētiā exsibilata, cùm indulgētia corporis, Anti-

christo

christo, pœnitentia verò Christo domino populũ disponat.

Puniri nos à Domino, & affligi; neq. tamẽ an propter peccata id contingat, nos cogitare: itaq. nec inuestigare quęnam peccata punitione digna comittamus.

Cernere nos oculis, & deplorare maximã nostrorum temporum corruptelam: neminem tamen expendere, hæc mala omnia ex nimio cibo, potu, ornatu, lusu, nimiaq. nostri temporis libertate prouenire; itaq. neque has tantorũ malorum radices extirpare conari.

Timorẽ Dei ab hominib⁹ recessisse: experiri .n. hoĩes peccata in dies crescere; neq. tamẽ sibi à diuina punitiõe timere.

Ferendã non esse hominũ improbitatẽ, qui odio habent corripientẽ in porta, & loquentẽ perfectè abominantur.

Malè cùm ijs agi, qui cùm semper peccẽt, tamen temporalibus bonis abundant, nihilq. vnquã acerbitatis sentiunt.

Quacumq. ex re homines ad peccandum sumere occasionem. Nã si abundant bonis, liberiùs peccant: si ægestate premuntur, nullum aliud promptius remedium esse censent ad miseriam subleuandam, quàm peccatum. O incredibilem impudentiam! Ferreus certè erit, qui cùm tot modis Deum offendi videat, maximã vim lacrymarum non profundat.

Bona temporaria magni ab hominibus æstimari: sanctitatem veram, & spiritum Iesu Christi floccipendi.

Miracula, & Ectases adorari ab hominibus: Euangelicam Christi doctrinam respui.

Peccatum propter peccandi consuetudinem in peccatoris naturam conuerti.

Palliari ab hominib⁹ bonæ (vt aiunt) intentionis specie, ea quæ doctrinæ Euangelicæ aduersantur.

Numquã deesse mundo, aut dæmoni, fortissimos, liberalissimos, & laborum patiẽtissimos amicos, quiq. pro eis sanguinem, ne dum pecunias effundãt: at Christo esse perpaucos, & (ꝙ sine lacrymis dici non potest) maiori ex parte ignauos.

Vix esse quẽquam, qui Euãgeliũ, hoc est perfectã doctrinã, & labores, dedecora, paupertatem, & reliqua, quæ Christus Dominus

Dominus fecit,& docuit,amplectatur,cùm vt ea homines do cerentur,Deus ipse homo factus fuerit.

Sine humilitate interna, & sine externa,quæ ad cõseruãdã internã necessaria iudicatur,neminẽ salutem consequuturum.

Deum esse in omni loco,omniq.tempore bonorum, & ma lorum cogitationes,verba,& opera intueri.

Iustũ & rectũ esse iudicem,ac vindicẽ,nõ tantũmodo miseri cordẽ:tantã enim eius esse iustitiam,quãta est misericordia.

De omni verbo otioso reddendam esse rationem, tum in morte,tum in die Iudicij generalis.

Mirandum esse,quot sint,non infideles tantùm, sed etiam ex fidelibus;qui æterno supplicio damnẽtur;&quàm stulti sint homines,qui numquã huiusce rei consideratione resipiscãt.

Dolẽdũ esse,quòd in famulorũ multitudine,in fastu, in orna tu ad libinẽ incitãte,in cibis,potib⁹,& alijs,quę scriptura in vete ri,& nouo testamẽto cõtemnit,nobilitatẽ homines cõstituãt.

Hûc referri potest ratio illa efficax. Vel Deus, vel mundus est Deus. Vel Christus Iesus cruci affixus noster est dux & ma gister, & exemplum ad imitandum propositum,vel non.Ita e nim Elias argumentatur.

Húc reuoca rationem alterã,qua potes agere in hunc mo dum.Quis hodie Christianis imperat?Numquid Iesus Crucifi xus,an mundus?Numquid humilitas,an superbia? Auaritia,an Paupertas? Castitas,an libido?O stultitiam!O cecitatem!

Sæpe etiã reprehẽdẽdi sunt à cõcionatorib⁹ hoĩes perditi, qui cùm eos qui sãctis excercitationib⁹ dediti sũt,vidẽt aliquid ægritudinis pati:statim clamãt,id ex pœnitẽtia,ex oratione, ex maceratione ortũ habuisse: cùm tamẽ quãtumuis videant ser uos mũdi ægritudine,ægestate,infamia, &alijs malis opprimi, mundũ tanquam horum malorum auctorem non accusent; quinimo excusent,aut mala huiusmodi silentio prætereant.

Cõquerendũ similiter est generatim,quòd virtus nullos ferè habet fautores;vitiũ verò,& hoĩes vitijs deditos innumeros.

Itẽ quòd pueri,&puellæ in omni chriana doctrina nõ satis accuratè instituãtur;cùm tãtùm referat à teneris insuescere.

Hæc,& alia ijs similia poterit concionator populo prædicare.

Doctrina quædam, de iis, quæ ad decem Præcep ta Decalogi spectant.

NVnc de ijs agendum, quæ ad maiorē Decalogi præceptorum expositionem videntur pertinere.

Igitur contra Symoniam, & eas permutationes aut perso natus, qui Symoniæ speciem habent, acriter agere debet concionator.

Contra eos qui decimas, aut redditus ecclesiasticos nec libenter, nec rectè persoluunt.

Contra eos, qui res Ecclesiasticas non venerantur.

Contra eos, qui sacrum solenne audire nolunt, sed aliquem quærunt sacerdotem, qui in quarta horæ parte se à Missæ sacrificio expediat.

Contra eos qui Verbum Dei non libenter audiunt.

Contra eos, qui inuentum in via sacramentum Eucharistiæ, quod ad ægros deferatur, non comitantur.

Contra eos, qui cùm orant, stant recti, aut certè vnum tantummodo genu flectunt.

Contra turpes cantilenas, & libros inhonestos.

Contra eos, qui nec domi quidquam pium legunt, nec in tēplo Horas Canonicas, cùm id commodè facere possint, audiunt.

Contra eos, qui non debitè peccata confitentur, neque dignè sacramentum Eucharistiæ suscipiunt.

Contra eos, qui negligunt, illis quibus possunt indulgentijs, frui.

Contra eos, qui cùm adeunt loca sacra, vt indulgentijs fruātur, ita incedunt, ac si ad spectaculum ludorum proficiscerentur.

Contra eos, qui eo tantùm consilio templa adeunt, vt instrumentorū sonos, & cantus, præsertim fœminarum, audiāt.

Contra eos, qui non in Domino, sed in homine confidunt: cùm scrip-

cùm scriptum sit. *Beati omnes qui confidunt in eo: & Maledictus homo qui confidit in homine.*

Contra eos, qui se ipsos, aut alios exsecrantur.

Contra detestabilem crebrò iurandi consuetudinem.

Contra periuros, scilicet qui vt proprijs, vel aliorum commodis inseruiant, falsò iurare non verentur.

Contra blasphemos.

Contra eos, qui sacros dies festos non colunt.

Contra eos, qui in Templo, vel prope Tēplum, aut ad Tēpli ianuas irreuerenter, magna cùm Templorum iniuria, negotia tractant, quantumuis ad Matrimonium spectantia.

Contra deambulantes in templis.

Contra eos qui sanctissima templa (O malum detestabile!) reddunt emporia fœminarum: scilicet contra fœminas ipsas, quæ perpolitæ, vt spectentur ab hominibus, ad Templū accedunt, & contra homines ipsos, qui eas spectatum vadunt.

Contra eos, qui dies festos ita colunt, ac si Baccho, ac Veneri essent dicati; nimirum ingluuiei, & luxui, se tunc maximè tradentes.

Contra eos, qui cupedias ad Templi ianuas, vendunt; idq́ ijs maximè diebus faciunt, quibus maior Templis veneratio debetur.

Contra parentes, qui filios, aut filias nimis indulgēter nutriūt: quò fit, vt edaces sint, vinoq́ & somno deditis & cùm iam inde à pueritia preciosis vestibus induātur; libidinem, ingluuiem, pœnitentiæ odium, & insolentiam imbibant: bonamq́ue indolē, virtutem, & politiam christianam odio habeant.

Contra inobedientiā subditorum.

Contra eos, qui corrigi nolunt, aut corripi.

Contra eos qui mancipia sexus fœminei negligunt à peccato libidinis seruare; quos scilicet non piget, natis nouis mancipijs, familiæ suę numerum augere.

Contra eos, qui ancillas huc, & illuc, cum probabile peccandi periculo mittunt.

Contra eos, qui neque filiorum, neque seruorum spiritalē, & corpo-

& corporalem curam habent.

Contra parentes, aut dominos, qui suo malo exemplo, aut domesticis, aut vicinis præbent occasionem peccandi.

Contra eos, qui superiores, ac præsertim Prælatos Ecclesiasticos contemnunt, eorumq. præceptis nō obtemperant: latè enim patet hoc vitiū, itaq. fortiter contra id pugnandum.

Cōtra inimicitias, odia, lites, vindictas, intestina & ciuilia bella.

Contra prophana colloquia, & inhonesta.

Contra domos, in quas ad libidinem explēdam se homines recipiunt.

Contra mechanicos artifices, qui prophana quędam faciūt, quib⁹ homines ad peccandū inuitātur: veluti contra eos qui vel muliebria vnguēta, & fucos vendunt, vel insanissima quędam capitis ornamenta, ac diademata, quibus vanæ fœminę apparere volunt spectabiliores.

Contra saltationes, choreas, choraulas, eosq. qui saltandi artem docent.

Cōtra histriones, & cōtra comędias quas agūt nō pudicas.

Conrra eos qui personati ambulant.

Contra hortos minimum ornatos, & magnificos.

Contra omnem fœminarum ornatum, & fucum.

Contra earundē in loquendo, & aspiciendo libertatem.

Contra omnem libidinis occasionē, ac præsertim contra ingluuiem.

Contra cupedinarios, & contra eas domos, quæ Bacho videntur dicatæ, quas vulgus Tabernas appellat.

Contra eos, qui sole iam diu orto, è lecto surgunt: nimirū noctu cum diabolis vigilantes, diu verò, quo tempore vigilandum esset, dormientes, non sine maxima sua, & domesticorum pernicie.

Contra deplorandam cladem tot fœminarum, quæ in Vrbe impudicè viuunt, & corporis quæstum excercent.

Cōtra diuortia, & contra in honestum modum, quo matrimonia contrahuntur.

Contra lenones, & libidinis proxenetas; pessimū genus

hominum

hominum, & Reipublicæ pestilentissimum.

Contra puerorũ inuerecundiã, & puellarum plusquã virilẽ libertatem: cuius rei culpam in parentes ipsos conferre licet. Hoc autem loco prudenti enumeratione vtetur cõcionator, quæ magnã habet vim ad hominũ animos cõmouẽdos. Velu ti in hunc modum. Proh dolor! quot sunt pueri Christiani pervicaces, ac inobediẽtes! quot puellę ætate immatura corruptę! Hęc tantã mala inde proueniũt, quod parẽtes nõ ad omnem disciplinã liberos erudiunt, minimasq́ vitantes peccatorum occasiones. Fœminæ enim iam inde à pueritia, auctoribus ipsismet matribus, incipiunt è fenestris sese hominibus ostendere, in Templis capita detegere & pectora nuda ostentare: quod quidem malum cùm ad omnium iam statuum fœminas peruenerit, tamen nemo est, qui tam pernicioso, & ingrauescenti morbo medicinam faciat.

Contra adulteros, fornicarios, ceterasq. huius generis peccatorũ species. Qua de re acriùs agendũ est, his pręsertim temporibus, quibus Dñi vineã carnis vitia vehemẽter depopulantur: ita vt Christianã fidem multi ideò dereliquerint, quòd neglectis exercitationibus politicis, atq. sobrietate posthabita, ingluuici, libidinibus, & impudicitijs totos se consecrarunt.

Contra eos, qui in vestitu, cibo, & alijsq́; cum ditioribus, aut nobilioribus contendunt.

Contra diuites, & nobiles, qui in sumptibus excedunt facultates suas, indeq. ad ægestatem redacti, nec debita persoluere, nec inopi subuenire possunt.

Cõtra prodigos, & bonorũ decoctores, quiq. rei familiaris curam negligunt, filiasq. aut ancillas cùm habeant nubiles, nihil de ijs cogitant.

Contra nimiam domus supellectilem.

Contra auaritiam.

Contra eos diuites, in quos Euangelium inuehitur: neque enim malos reprehendit (hi enim fures sunt) sed eos, qui suã spem, & consolationẽ in diuitijs habẽt repositã quiq; ditiores semper fieri percupiũt. Quo loco adferẽdum est illud Christi

consilium

consilium ex Paul. Habentes alimenta &c.

Contra vsurarios,& contra eos qui pauperculos opprimũt, impositis oneribus, aut tyrannicis, aut à Caritate abhorrentibus; & ratione repræsentantæ solutionis viliùs ab ijs emunt;& pignoribus vtũtur,nec aliquid ex debito dimittunt.

Contra eos,qui cùm possint,nolunt aliena restituere,aut debita persoluere: sunt enim hi latrones: in idem enim coincidunt rapere, & nolle soluere, cùm in vtroque alienum inuito domino retineatur.

Contra caussarum patronos,qui dubiam caussam,incerti,& dubij tuentur;immò aliquando eam,quam,si vel mediocri diligentia examinarent,facilè viderent nullo iure niti. Qua in re, si non ex negligentia,sed ex malitia peccent,grauiùs reprehẽdendi sunt.

Contra maledicos,detractores,mendaces,irrisores &c.

Contra densissimas ignorantiæ tenebras,eorum, qui externa tantum,& quæ infamiam adferunt,peccata reputant; interiora verò pro nihilo ducunt.

In eos etiam,qui externam tantùm Decalogi obseruantiam, non tamẽ internã,& externã mortificationẽ doceri volunt.

Doctrina quædam, quæ in duobus præceptis Caritatis continentur.

MOdò restat,vt de duobus caritatis præceptis dicamus. De quibus hæc concionator accipiat.

Non ita videntur Christiani Christum diligere,vt infideles falsos suos Prophetas.

Misericordiæ opera sæpe cõmendanda,siue ea publica sint, siue priuata: vt captiuorum,in carcerem coniectorum, peregrinorum,infirmorum,viduarum,orphanorum,Religiosorum, & Religiosarum in paupertate vitam degentium subuentio.

Reprehendendi sunt ij,qui scandala generant; præsertim si sint genere,doctrina,ecclesiastico charactere insignes: hos enim tanquàm sectarios arietes sequitur imperita multitudo.

Conquerendum quòd hìs temporibus tot sint errones(quos vagabun

vagabundos appellant) tot fœminę, tot pueri, & puellæ incertas habentes domos, vitamque non secus ac belluæ transigentes, tot denique miselli homines, quibus nullũ est publicè perfugium constitutum; cùm id Dominus summè nobis reliquerit commendatum.

De Sexto Promptuario
Præfatio.

ABsolutis ijs, quæ ad tertium Promptuarium conficiendũ spectare videbantur, iam nunc quarto, & quinto prætermissis, ad sextum pleniùs explicandum accedamus: in quo iuxta quinq. concionis partes, curandum erit, vt in vnaquaq. parte loca communia indicentur. Quare breuissima Exordij, Narrationis, Confirmationis, Refutationis, & Perorationis exempla proponam: quæ poterit concionator sua industria reddere ampliora. Quòd si quis nostrum hunc laborem tanquam superuacaneũ contemnat, nosq. reprehẽdat, quòd bonas horas in eo consumpserimus, neq. tamẽ omni ex parte quę polliciti sumus pręstemus: is meminerit illius vulgatissimi prouerbij, *Pone sapientem in via.* intelligatq. alieno frui labore, interdum esse vtilissimum. Sępe enim accidit, vt quæ propria industria, nõ nisi summo cũ labore, & multo tẽporis impẽdio reperiremus, ea alterius opera citissimè consequamur.

Communium exordiorum exempla.

CÙm multæ soleant à nobis conciones haberi, in quibus (vel ipsa Philosophia præcipiẽte) vtilis est Exordiorũ vsus; cumq. sæpe animus in varias distrahatur partes, dum neq. speciale, neque generale occurrit Exordium: non mediocriter cõcionatori consulemus, si exordiorũ communium copiã hoc loco proposuerimus: vt cùm proprium non suppetit, communi vtatur; modò illud ad rem subiectam (quod nõ erit difficilè) traducat. Adnotandum tamen est, cuiusque concionis Exordiũ hûc referri, vt gratiam sibi concionator ab Spiritu sancto comparet per Christũ, Virgine sanctissima intercedente: hunc enim modum Exordiorũ tam sanctum, tam anti-

quum, tam in Ecclesia vsitatū, nusquā licet omittere. Igitur dū hoc facere nititur cōcionator, multa potest Exordiorū genera cōficere, iuxta eas quę in Exordium incidunt partes. Sumetur enim aliquādo ex rei magnitudine, de qua dicendū est; quādoq. ex eiusdem difficultate; nonnunquam ex miseria, & tenuitate nostra. quæ omnia cō tendunt, vt Spiritus Sancti gratiam à Patre, per Christum, Virgine intercedente, consequamur.

Fundamentum autem Exordiorū quandoque ex sacræ scripturæ testimonio, nonnunquam ex sanctionibus Ecclesiasticis, aut ex sacro aliquo doctore, aut ex simili, aut ex figura, aut ex Naturali Philosophia desumetur. Philosophorum verò testimonio non vterer, nisi necessitas, aut concionis vtilitas id exposceret. Sed postulatur in exordijs amplificatio. Quare licèt nos succincta quadam ratione exordia nunc proponamus; tamen, si iuxta amplificandi artem ea tractentur, magnam initia hæc nostra, licèt rudia, tum verborum, tum sententiarum copiam suppeditabunt. Ea igitur initia proferamus.

Prouerb. 10. *Egestatem operata est manus remissa &c.* Quare si concionator segniter loquatur, vel auditores segniter audiant, egeni erunt. Diuinum ergo petendum auxilium.

Genes. 33. Iob luctās assequutus est benedictionē: luctare igitur debemus cū Deo per orationē, & tāgere fœmur angeli testamenti, gratiamq. per mysterium Incarnationis petere.

Esai. 2. *Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & fluent ad eum omnes gentes. &c.* Christus, montium est vertex, Virgo collis: at per collem ascendimus ad montem: ergo ascendamus ad Christum per Virginem.

Psal. 93. *Beatus homo quem tu erudieris Domine &c.* Si enim is non erudiat, legemq. suam doceat, quid populus discet? Porrò simplices, & paruulos Deus erudit, eosq. alloquitur; quare si ab eo cupimus erudiri, cum humilitate petere debemus.

Eodem Psal. *Dominus scit cogitationes hominum. &c.* Cogitatio humana, vana prorsus censentur, & vt solida sit à Deo habet. Quoniam ergo verba cogitationes sequuntur, vt ea vim habeant ad persuadenda quæ æqua sunt; sanctas à Deo cogitatio

gitationes petamus &c.

Psal.91. *Quàm magnificata sunt opera tua Domine! & c. Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc.* Stulti sunt in quibus non est sapientia Dei. Si igitur opera Dei cupimus intelligere, sapientiam ab eo postulemus.

Psal.103. *Inter medium montium pertransibunt aquæ & c.* Si ad te aquæ gratiam vis defluere, noli esse mons superbiæ, sed vallis humilitatis: cognosce te peccatorem, & indignum ad quem aqua gratiæ descendat.

Prouerb.3. *Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ in omnibus vijs tuis.* In omni ergo concione iubemur ad Dominum confugere, licèt eam optimam excogitauerimus.

Prouerb.28. *Qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit exsecrabilis.* Attentè igitur audiat concionator quæ Dominus intùs loquitur, gratiamque petat, ne sit oratio eius exsecrabilis.

Psal.2. *Et nunc Reges intelligite & c.* Reges nos sumus: inquit enim B. Petrus, *Regale sacerdotium.* Intelligere verò nos oportet, erudirique à Deo in ijs, quæ ad Euangelicam spectant doctrinam: neque enim aliter intelligemus, vt probè dicebat Eunuchus ille Reginæ Candacis.

Psalm.69. *Deus in adiutorium meum intende.* Si Ecclesia sic ait in Horarum Canonicarum initio, quantò magis nos initio concionum? Huc etiam pertinet illud Psal.4. *Cum inuocarem, exaudiuit me Deus & c.* Docturus enim Dauid gentes, vidit se diuino auxilio egere, certoq. sperauit se per orationem illud consequuturum. Adeamus ergo nos &c.

Exodi.20. *Non loquatur nobis Dominus & c.* Nos multò aliter quàm Iudæi precamur, vt nos Dominus adloquatur. Vos autẽ Auditores, per me adloquetur, si verba mea spiritu oris eius perfusa erunt. Precamini ergo Patrem per Filium, precamini matrem, &c.

Esai.30. de populo conqueritur Dominus, quòd diceret Prophetis: *Auferte à nobis semitam & c. Loquimini nobis placẽtia & c.*

Vos igitur, fratres, multò aliter precamini Dominum, vt se=mitas vobis ipse sanctitatis ostendat, & ego illo inspirante Christum Iesum prædicem..

Esai.32 *Non caligabunt oculi videntiũ* Ad Ecclesiam Christianam hoc pertinet, cuius & nos membra sumus. Supplices igitur Deum rogemus, vt nec mei caligent oculi, & aures vestræ pateant. Quòd si Virginem adeamus, cuius oculi sunt limpidißimi, auresq́ integerrimæ: quod cupimus facilè consequemur.

Esai.30 *Ad vocem clamantium statim exaudiet.* O magna Dei in nos benignitas! Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum, ac præsertim ijs, qui ad eius exequenda mandata auxiliũ ab eo postulant.

Esai.41. *Egeni pruperes quærunt aquas.* Elegãs locus. Si verbi Dei aquas sitimus, habemus Domini verbum, qui dicit. *Ego Dominus exaudiam eos &c.*

Genes 2. In hominem ex limo terræ formatum inspirauit Dominus spiraculum vitę. Prædicator omnibus humanis instructus subsidijs, homo est de limo terræ: si Deus ei non adspirauerit vitam non habebunt eius verba.

Concionator est vt nauis, quæ non potest nisi flãte vẽto. &c.

Est sicut campus, vel planta: hęc enim nisi irrigentur &c.

Est vt agricola, qui licet terræ mandet semina, nisi tamen aëris tranquillitas, lux Solis, & aqua &c.

Est item vt mercator Prouerb.30. *Sindonẽ fecit, & vendidit Cananeo.* Sindon humanitas est Christi, per cuius passionem omnia nobis bona conceduntur.

Psal.42. *Emitte lucem tuam &c.* id est spiritum, & verbum tuũ, vt in tẽplum verbi Dei, & in tabernacula mysteriorum Euangelij adducar. Neq. enĩ lex tantùm, sed Euãgeliũ annũciãdũ.

Iohan 6. *Omnis qui audit à Patre &c.* Petamus ergò, vt audiamus, & discamus. Neque enim audire est satis, sed discere.

Matt.10. *Confiteor tibi Pater &c.* Si volumus edoceri, oportet nos fieri paruulos per humilitatem.

Hierem.23. *Si stetissent in concilio meo &c.* Consulendus ergo

Dominus est, eiusq; consilijs parendum, vt errantes nos ipse in viam veritatis reducat.

Ezech. 33. *Si me dicente ad impium &c.* Maximis periculis expositus est concionator; si enim populo scelera non annunciat, peccatorum sanguinem Deus ab eo requiret, si annunciat, metuendum est illi. Rogemus ergo &c.

Prouerb. 18. *Qui inuenit mulierem bonam &c.* Mulier bona gratia est, propter quam relinquere oportet patrem, & matrem. Huic ergo adhęreamus.

Ad Col. 4. *Sermo vester semper sit sale conditus.* Sal Dei gratia est, sine qua insipidus est sermo. Matrem ergo salis precemur. &c.

Psal. 103. *Fecit lunam in tempora &c.* Sol Christus est, Luna verò peccatorũ noctibus, Virgo sanctissima. Illam ergo adeamus.

Esai. 6. Forcipe tulit Angelus calculum. Virgo Maria Angelus ille est. Comparabit ergo nobis gratiæ calculum, si cum Esaia dicamus: *Væ nobis quia viri polluti nos sumus.*

Pro. 14. *Doctrina prudentum facilis &c.* Et quisnã est prudens? Thren. 4. *Ego vir prudens videns paucitatem meã.* Humilis ergo verè prudens: itaq; is facile scripturæ sensus percipiet. Nostram igitur tenuitatem agnoscentes Deum adeamus &c.

Prouerb. 15. *Sermo opportunus optimus,* id est qui circunstantijs congruat. Tribuit enim Dominus petentibus, non bonum quodcunq; sed opportunum, quodq; eis profuturũ esse videt.

2. ad Thi. 4 *Prædica verbum insta &c.* Sed quomodo prædicabunt, nisi (vt ait D. Paul. ad Rom. 15.) mittantur? Mitti verò est spiritum à Deo accipere. Ergo spiritum petamus.

1. Reg. 14. Ionathas in saltu fauum mellis reperit, extenditq; summitatem virgæ quam habebat in fauum mellis, & cõuertit manum ad os, & illuminati sunt oculi eius. Ionathas donum Dei, id est cui Deus dedit, contra Philisthęos, id est mundum, pugnaturus, in saltum nouæ legis ascendit, & virga orationis fauũ gratiæ admouet ad os, interiusq; oculi illuminãtur. Si ergo nos lumine gratiæ desideramus illuminari, oratione humili &c.

Thob. 11. Thobias senex per fellis fumum visum recepit. Venit Filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat in ma

 gno hu

re non potuerunt? cur tanto animi affectu, & contententione dãnas quę alij tedoctiores, & sanctiores permittũt? vnde scis te à Deo ad hoc munus fuisse vocatum? cur niteris omnes perfectos reddere? non decet euangelicam doctrinam tã acerba oratio: filios enim alloqueris non mancipia. Hæc, et, si quæ sunt his similia, qui sanam, & incorruptam doctrinam sustinere non possunt, concionatori obijciunt. Quibus facilè poterit concionator respondere, si hæc in promptu habuerit. Facio quod in me est. omnia sustineo propter electos. caussam Dei iustifico. mei muneris est laborare; ferre fructum est Dei. vestra res agitur, cùm de caussa Dei, animarumq. salute agitur. quis tantam cernens christianorum cladem non ita affligitur, vt tamquam insanus, & à mente alienus clamet? à viris pietate, & doctrina præstantibus accepi, id quod prædico, Deo gratum esse, hancq. meam esse uocationem. licèt idem institutum Prophetæ omnes, & Apostoli in prædicatione haberent; non tamen eadem erat illis prædicandi ratio: aliter enim Elias, aliter Esaias, & aliter Hieremias; aliter Paulus, & aliter Iohannes prædicabant. si Euangelij prædicator sum; Euangelium autem significat altissimam, sanctissimamq. doctrinam, cui vita perfecta, & omni ex parte absoluta copulatur; cur non orationis meæ scopus erit perfectio? euangelium non Capuccinis, ceterisq. religiosis tãtùm, sed omni etiam creaturæ præcepit Dominus prædicari. si de Christiani nomine gloriaris; cur legem tuam, hoc est Euangelium renuis audire? euangelium (sicuti bonus etiam pater) non blandè semper cum filijs agit, sed filios perditos, aut inobedientes obiurgat. si filius esses, vel saltem esse exoptares, paternam susciperes disciplinam: sed cùm non filij, sed serui spiritum habeas, ideò fit, vt cùm tibi perfectio prædicatur & Dei amor proponitur, si vnum, aut alterum obiurgationis verbum audis, totam concionem, & ipsum concionatorem odio habeas; nimirum seruos imitatus: serui enim castigati, Dominum odio habent, patrem verò non item filij. Denique omnia quæ de octauo promptuario indicauimus, in hunc locum poterunt aptè transferri.

Generales

Generales quædam doctrinæ, quibus concionatores in quolibet euentu possint iuuari.

Absolutis regulis generalibus, oportet doctrinas quasdam generales tradamus, quæ cócionatori possint in quolibet euentu prodesse.

Meminerit ergo concionator prædicare, Deũ iustos quandoque in hoc mundo affligere, iuxta illud, *Multæ tribulationes iustorum.*

Magno Deum beneficio eos afficere, quibus crucem degustandam præbet.

Omne amarum posse appellari crucem.

A peccato tantùm fugiendum esse, quòd illud propriè malum censeatur.

Neminem nisi à se ipso lædi.

Oportere vt homo sit paratus mori: nescitur enim hora in qua Dominus cuiusque animam repetet.

Confessionem sacramentalem, & communionem frequentandam.

Statim atque in peccatũ lapsus quis fuerit, medicinam, hoc est confessionem sacramentalem quærendam.

Nihil sine gratia meritorium, aut satisfactorium esse apud Deum.

Punire Deum aliquos, cùm permittit vt à Hierusalem auferatur validus, & fortis: quod nostris temporibus in quibusdã Rebus publicis christianis videmus contingere.

Permittere Deum Prophetas esse quosdam, qui nos decipiant, quique cum ipso Deo non colligant, sed dispergant.

Cauendum esse à libris inutilibus, nedum à lasciuis. Nam libri à quibus nihil, quod ad vitam bene instituendam pertineat, hauritur, nihil est quòd legantur.

Deplorãdũ vehemẽter esse, quòd cùm omnes se peccatores fateãtur, nullus sit qui pœnitentiã agat, sed omnes genio indulgeant, pœnitẽtia exsibilata; cùm indulgẽtia corporis, Anti-

christo.

christò, pœnitentia verò Christo domino populū disponat.

Puniri nos à Domino, & affligi; neq. tamē an propter peccata id contingat, nos cogitare: itaq. nec inuestigare quęnam peccata punitione digna comittamus.

Cernere nos oculis, & deplorare maximā nostrorum temporum corruptelam: neminem tamen expendere, hæc mala omnia ex nimio cibo, potu, ornatu, lusu, nimiaq. nostri temporis libertate prouenire; itaq. neque has tantorū malorum radices extirpare conari.

Timorē Dei ab hominib' recessisse: experiri .n. hōies peccata in dies crescere; neq. tamē sibi à diuina punitiōe timere.

Ferendā non esse hominū improbitatē, qui odio habent corripientē in porta, & loquentē perfectè abominantur.

Malè cum ijs agi, qui cùm semper peccēt, tamen temporalibus bonis abundant, nihilq. vnquā acerbitatis sentiunt.

Quacumq. ex re homines ad peccandum sumere occasionem. Nā si abundant bonis, liberiùs peccant: si ægestate premuntur, nullum aliud promptius remedium esse censent ad miseriam subleuandam, quàm peccatum. O incredibilem impudentiam! Ferreus certè erit, qui cùm tot modis Deum offendi videat, maximā vim lacrymarum non profundat.

Bona temporaria magni ab hominibus æstimari: sanctitatem veram, & spiritum Iesū Christi floccipendi.

Miracula, & Ectases adorari ab hominibus: Euangelicam Christi doctrinam respui.

Peccatum propter peccandi consuetudinem in peccatoris naturam conuerti.

Palliari ab hominib' bonæ (vt aiunt) intentionis specie, ea quæ doctrinæ Euangelicæ aduersantur.

Numquā deesse mundo, aut dæmoni, fortissimos, liberalissimos, & laborum patiētissimos amicos, quiq. pro eis sanguinem, ne dum pecunias effundāt: at Christo esse perpaucos, & (ꝙ sine lacrymis dici non potest) maiori ex parte ignauos.

Vix esse quēquam, qui Euāgeliū, hoc est perfectā doctrinā, & labores, dedecora, paupertatem, & reliqua, quæ Christus Dominus

Dominus fecit,& docuit,amplectatur,cùm vt ea homines do cerentur,Deus ipse homo factus fuerit

Sine humilitate interna, & sine externa,quæ ad cōseruādā internā necessaria iudicatur,neminē salutem consequuturum.

Deum esse in omni loco,omniq.tempore bonorum, & malorum cogitationes,verba,& opera intueri.

Iustū & rectū esse iudicem,ac vindicē,nō tantūmodo misericordē:tantā enim eius esse iustitiam,quāta est misericordia.

De omni verbo otioso reddendam esse rationem,tum in morte,tum in die Iudicij generalis.

Mirandum esse,quot sint,non infideles tantùm,sed etiam ex fidelibus,qui æterno supplicio damnētur;&quàm stulti sint homines,qui numquā huiusce rei consideratione resipiscāt.

Dolēdū esse,quòd in famulorū multitudine,in fastu, in ornatu ad libinē incitāte,in cibis,potib',& alijs,quę scriptura in veteri,& nouo testamēto cōtemnit,nobilitatē homines cōstituāt.

Hûc referri potest ratio illa efficax.Vel Deus, vel mundus est Deus.Vel Christus Iesus cruci affixus noster est dux & magister, & exemplum ad imitandum propositum,vel non.Ita enim Elias argumentatur.

Hûc reuoca rationem alterā,qua potes agere in hunc modum.Quis hodie Christianis imperat?Numquid Iesus Crucifixus,an mundus?Numquid humilitas,an superbia? Auaritia,an Paupertas? Castitas,an libido?O stultitiam!O cecitatem!

Sæpe etiā reprehēdēdi sunt à cōcionatorib' hoīnes perditi, qui cùm eos qui sāctis excercitationib' dediti sūt,vidēt aliquid ægritudinis pati:statim clamāt,id ex pœnitētia,ex oratione, ex maceratione ortū habuisse: cùm tamē quātumuis videant se suos mūdi ægritudine,ægestate,infamia, &alijs malis opprimi, mundū tanquam horum malorum auctorem non accusent; quinimo excusent,aut mala huiusmodi silentio prætereant.

Cōquerendū similiter est generatim,quòd virtus nullos ferè habet fautores,vitiū verò,& hoīnes vitijs deditos innumeros.

Itē quòd pueri,&puellæ in omni chriana doctrina nō satis accuratè instituātur,cùm tātùm referat à teneris insuescere.

cùm scriptum sit. *Beati omnes qui confidunt in eo:* & *Maledictus homo qui confidit in homine.*

Contra eos, qui se ipsos, aut alios exsecrantur.

Contra detestabilem crebrò iurandi consuetudinem.

Contra periuros, scilicet qui vt proprijs, vel aliorum commodis inseruiant, falsò iurare non verentur.

Contra blasphemos.

Contra eos, qui sacros dies festos non colunt.

Contra eos, qui in Templo, vel prope Tēplum, aut ad Tēpli ianuas irreuerenter, magna cùm Templorum iniuria, negotia tractant, quantumuis ad Matrimonium spectantia.

Contra deambulantes in templis.

Contra eos qui sanctissima templa (O malum detestabile!) reddunt emporia fœminarum: scilicet contra fœminas ipsas, quæ perpolitæ, vt spectentur ab hominibus, ad Templū accedunt, & contra homines ipsos, qui eas spectatum vadunt.

Contra eos, qui dies festos ita colunt, ac si Baccho, ac Veneri essent dicati; nimirum ingluuei, & luxui, se tunc maximè tradentes.

Contra eos, qui cupedias ad Templi ianuas, vendunt; idq; ijs maximè diebus faciunt, quibus maior Templis veneratio debetur.

Contra parentes, qui filios, aut filias nimis indulgēter nutriūt: quò fit, vt edaces sint, vinoq; & somno deditis & cùm iam inde à pueritia preciosis vestibus induātur; libidinem, ingluuiem, pœnitentiæ odium, & insolentiam imbibant: bonamque indolē, virtutem, & politiam christianam odio habeant.

Contra inobedientiā subditorum.

Contra eos, qui corrigi nolunt, aut corripi.

Contra eos qui mancipia sexus fœminei negligunt à peccato libidinis seruare: quos scilicet non piget, natis nouis mancipijs, familiæ suę numerum augere.

Contra eos, qui ancillas huc, & illuc, cum probabile peccandi periculo mittunt.

Contra eos, qui neque filiorum, neque seruorum spiritalē, & corpo-

& corporalem curam habent.

Contra parentes, aut dominos, qui suo malo exemplo, aut domesticis, aut vicinis præbent occasionem peccandi.

Contra eos, qui superiores, ac præsertim Prælatos Ecclesiasticos contemnunt, eorumq. præceptis nõ obtemperant: latè enim patet hoc vitiũ, itaq. fortiter contra id pugnandum.

Cõtra inimicitias, odia, lites, vindictas, intestina & ciuilia bella.

Contra prophana colloquia, & inhonesta.

Contra domos, in quas ad libidinem explēdam se homines recipiunt.

Contra mechanicos artifices, qui prophana quędam faciũt, quib⁹ homines ad peccandũ inuitãtur: veluti contra eos qui vel muliebria vnguēta, & fucos vendunt, vel insanissima quędam capitis ornamenta, ac diademata, quibus vanæ fœminę apparere volunt spectabiliores.

Contra saltationes, choreas, choraulas, eosq. qui saltandi artem docent.

Cõtra histriones, & cõtra comędias quas agũt nõ pudicas.

Contra eos qui personati ambulant.

Contra hortos minimum ornatos, & magnificos.

Contra omnem fœminarum ornatum, & fucum.

Contra earundē in loquendo, & aspiciendo libertatem.

Contra omnem libidinis occasionē, ac præsertim contra ingluuiem.

Contra cupedinarios, & contra eas domos, quæ Bacho videntur dicatæ, quas vulgus Tabernas appellat.

Contra eos, qui sole iam diu orto, ē lecto surgunt: nimirũ noctu cum diabolis vigilantes, diu verò, quo tempore vigilandum esset, dormientes, non sine maxima sua, & domesticorum pernicie.

Contra deplorandam cladem tot fœminarum, quæ in Vrbe impudicè viuunt, & corporis quæstum exercent.

Cõtra diuortia, & contra inhonestum modum, quo matrimonia contrahuntur.

Contra lenones, & libidinis proxenetas; pessimũ genus

hominum, & Reipublicæ pestilentissimum.

Contra puerorũ inuerecundiã, & puellarum plusquã virilẽ libertatem: cuius rei culpam in parentes ipsos conferre licet. Hoc autem loco prudenti enumeratione vtetur cõcionator, quæ magnã habet vim ad hominũ animos cõmouẽdos. Velu ti in hunc modum. Proh dolor! quot sunt pueri Christiani pertinaces, ac inobediẽtes! quot puellę ætate immatura corruptę! Hęc tantã mala inde proueniunt, quod parẽtes nõ ad omnem disciplinã liberos erudiunt, minimas quasq; vitantes peccatorum occasiones. Fœminæ enim iam inde à pueritia, auctoribus ipsismet matribus, incipiunt è fenestris sese hominibus ostendere, in Templis capita detegere & pectora nuda ostentare: quod quidem malum cùm ad omnium iam statuum fœminas peruenerit, tamen nemo est, qui tam pernicioso, & ingrauescenti morbo medicinam faciat.

Contra adulteros, fornicarios, ceterasq. huius generis pec catorũ species. Qua de re acriùs agendũ est, his pręsertim tem poribus, quibus Dñi vineã carnis vitia vehemẽter depopulan tur: ita vt Christianã fidem multi ideò dereliquerint, ꝙ neglec tis exercitationibus politicis, atq. sobrietate posthabita, ingluuiei, libidinibus, & impudicitijs totos se consecrarunt.

Contra eos, qui in vestitu, cibo, & alijsq; cum ditioribus, aut nobilioribus contendunt.

Contra diuites, & nobiles, qui in sumptibus excedunt facultates suas, indeq. ad ægestatem redacti, nec debita persoluere, nec inopi subuenire possunt.

Cõtra prodigos, & bonorũ decoctores, quiq. rei familiaris curam negligunt, filiasq. aut ancillas cùm habeant nubiles, nihil de ijs cogitant.

Contra nimiam domus supellectilem.

Contra auaritiam.

Contra eos diuites, in quos Euangelium inuehitur: neque enim malos reprehendit (hi enim fures sunt) sed eos, qui suã spem, & consolationẽ in diuitijs habẽt repositã quiq. ditiores semper fieri percupiũt. Quo loco adferẽdum est illud Christi

consilium

consilium ex Paul. Habentes alimenta &c.

Contra vsurarios, & contra eos qui pauperculos opprimũt, impositis oneribus, aut tyrannicis, aut à Caritate abhorrentibus; & ratione repræsentantæ solutionis viliùs ab ijs emunt, & pignoribus vtũtur, nec aliquid ex debito dimittunt.

Contra eos, qui cùm possint, nolunt aliena restituere, aut debita persoluere: sunt enim hi latrones: in idem enim coincidunt rapere, & nolle soluere, cùm in vtroque alienum inuito domino retineatur.

Contra caussarum patronos, qui dubiam caussam, incerti, & dubij tuentur; immò aliquando eam, quam, si vel mediocri diligentia examinarent, facilè viderent nullo iure niti. Qua in re, si non ex negligentia, sed ex malitia peccent, grauiùs reprehẽdendi sunt.

Contra maledicos, detractores, mendaces, irrisores &c.

Contra densissimas ignorantiæ tenebras, eorum, qui externa tantum, & quæ infamiam adferunt, peccata reputant; interiora verò pro nihilo ducunt.

In eos etiam, qui externam tantùm Decalogi obseruantiam, non tamẽ internã, & externã mortificationẽ doceri volunt.

Doctrina quadam, qua in duobus praceptis Caritatis continentur.

MOdò restat, vt de duobus caritatis præceptis dicamus. De quibus hæc concionator accipiat.

Non ita videntur Christiani Christum diligere, vt infideles falsos suos Prophetas.

Misericordiæ opera sæpe cõmendanda, siue ea publica sint, siue priuata: vt captiuorum, in carcerem coniectorum, peregrinorum, infirmorum, viduarum, orphanorum, Religiosorum, & Religiosarum in paupertate vitam degentium subuentio.

Reprehendendi sunt ij, qui scandala generant; præsertim si sint genere, doctrina, ecclesiastico charactere insignes: hos enim tanquàm sectarios arietes sequitur imperita multitudo.

Conquerendum quòd his temporibus tot sint errones (quos vagabun

vagabundos appellant)tot fœminę,tot pueri, & puellæ incertas habentes domos,vitamque non secus ac belluæ transigentes,tot denique misellι homines,quibus nullũ est publicè perfugium constitutum;cùm id Dominus summè nobis reliquerit commendatum.

De Sexto Promptuario

Præfatio.

ABsolutis ijs,quæ ad tertium Promptuarium conficiendũ spectare videbantur,iam nunc quarto,& quinto prætermissis,ad sextum pleniùs explicandum accedamus:in quo iuxta quinq.concionis partes,curandum erit,vt in vnaquaq.parte loca communia indicentur.Quare breuissimaExordij,Narrationis,Confirmationis, Refutationis,&Perorationis exempla proponam:quæ poterit concionator sua industria reddere ampliora.Quòd si quis nostrùm hunc laborem tanquam superuacaneũ contemnat,nosq.reprehẽdat,quòd bonas horas in eo consumpserimus,neq.tamẽ omni ex parte quę polliciti sumus pręstemus:is meminerit illius vulgatissimi prouerbij,*Pone sapientem in via*.intelligatq. alieno frui labore, interdum esse vtilissimum,Sępe enim accidit,vt quæ propria industria,nõ nisi summo cũ labore,& multo tẽporis impẽdio reperiremus,ea alterius opera citissimè consequamur,

Communium exordiorum exempla.

CÙm multæ soleant à nobis conciones haberi; in quibus (vel ipsa Philosophia præcipiẽte) vtilis est Exordiorũ vsus; cumq. sæpe animus in varias distrahatur partes,dum neq. speciale,neque generale occurrit Exordium:non mediocriter cõcionatori consulemus, si exordiorũ communium copiã hoc loco proposuerimus : vt cùm proprium non suppetit, communi vtatur;modò illud ad rem subiectam(quod nõ erit difficile) traducat. Adnotandum tamen est, cuiusque concionis Exordiũ hùc referri,vt gratiam sibi concionator ab Spiritu sancto comparet per Christũ, Virgine sanctissima intercedente : hunc enim modum Exordiorũ tam sanctum, tam anti

quum, tam in Ecclesia vsitatū, nusquā licet omittere. Igitur dū hoc facere nititur concionator, multa potest Exordiorū genera cōficere, iuxta eas quę in Exordium incidunt partes. Sumetur enim aliquādo ex rei magnitudine, de qua dicendū est; quādoq. ex eiusdem difficultate; nonnumquam ex miseria, & tenuitate nostrā. quæ omnia eò tendunt, vt Spiritus Sancti gratiam à Patre, per Christum, Virgine intercedente, consequamur.

Fundamentum autem Exordiorū quandoque ex sacræ scripturæ testimonio, nonnunquam ex sanctionibus Ecclesiasticis, aut ex sacro aliquo doctore, aut ex simili, aut ex figura, aut ex Naturali Philosophia desumetur. Philosophorum verò testimonio non vterer, nisi necessitas, aut concionis vtilitas id exposceret. Sed postulatur in exordijs amplificatio. Quare licèt nos succinta quadam ratione exordia nunc proponamus; tamen, si iuxta amplificandi artem ea tractentur, magnam initia hæc nostra, licèt rudia, tum verborum, tum sententiarum copiam suppeditabunt. Ea igitur initia proferamus.

Prouerb. 10. *Egestatem operata est manus remissa &c.* Quare si concionator segniter loquatur, vel auditores segniter audiant, egeni erunt. Diuinum ergo petendum auxilium.

Genes. 33. Iob luctās assequutus est benedictionē: luctare igitur debemus cū Deo per orationē, & tāgere fœmur angeli testamenti, gratiamq. per mysterium Incarnationis petere.

Esai. 2. *Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & fluent ad eum omnes gentes. &c.* Christus, montium est vertex, Virgo collis: at per collem ascendimus ad montem: ergo ascendamus ad Christum per Virginem.

Psal. 93. *Beatus homo quem tu erudieris Domine &c.* Si enim is non erudiat, legemq. suam doceat, quid populus discet? Porrò simplices, & paruulos Deus erudit, eosq. alloquitur; quare si ab eo cupimus erudiri, cum humilitate petere debemus.

Eodem Psal. *Dominus scit cogitationes hominum &c.* Cogitatio humana, vana prorsus censentur, & vt solida sit à Deo habet. Quoniam ergo verba cogitationes sequuntur, vt ea vim habeant ad persuadendā quæ æqua sunt; sanctas à Deo cogitatio

gitationes petamus &c.

Psa. 91. *Quàm magnificata sunt opera tua Domine! & c. Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc.* Stulti sunt in quibus non est sapientia Dei. Si igitur opera Dei cupimus intelligere, sapientiam ab eo postulemus.

Psal. 103. *Inter medium montium pertransibunt aquæ &c.* Si ad te aquæ gratiam vis defluere, noli esse mons superbiæ, sed vallis humilitatis: cognosce te peccatorem, & indignum ad quem aqua gratiæ descendat.

Prouerb. 3. *Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ in omnibus vijs tuis.* In omni ergo concione iubemur ad Dominum confugere, licèt eam optimam excogitauerimus.

Prouerb. 28. *Qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit exsecrabilis.* Attentè igitur audiat concionator quæ Dominus intùs loquitur, gratiamque petat, ne sit oratio eius exsecrabilis.

Psal. 2. *Et nunc Reges intelligite &c.* Reges nos sumus: inquit enim B. Petrus, *Regale sacerdotium.* Intelligere verò nos oportet, erudirique à Deo in ijs, quæ ad Euangelicam spectant doctrinam: neque enim aliter intelligemus, vt probè dicebat Eunuchus ille Reginæ Candacis.

Psalm. 69. *Deus in adiutorium meum intende.* Si Ecclesia sic ait in Horarum Canonicarum initio, quantò magis nos initio concionum? Hùc etiam pertinet illud Psal. 4. *Cum inuocarem, exaudiuit me Deus &c.* Docturus enim Dauid gentes, vidit se diuino auxilio egere, certoq; sperauit se per orationem illud consequuturum. Adeamus ergo nos &c.

Exodi. 20. *Non loquatur nobis Dominus &c.* Nos multò aliter quàm Iudæi precamur, vt nos Dominus adloquatur. Vos autē Auditores, per me adloquetur, si verba mea spiritu oris eius perfusa erunt. Precamini ergo Patrem per Filium, precamini matrem, &c.

Esai. 30. de populo conqueritur Dominus, quòd diceret Prophetis: *Auferte à nobis semitam &c. Loquimini nobis placētia &c.*

Vos igitur, fratres, multò aliter precamini Dominum, vt se- mitas vobis ipse sanctitatis ostendat, & ego illo inspirante Chri stum Iesum prædicem..

Esai.32 *Non caligabunt oculi videntiū* Ad Ecclesiam Christia- nam hoc pertinet, cuius & nos membra sumus. Supplices i- gitur Deum rogemus, vt nec mei caligent oculi, & aures ve- stræ pateant. Quòd si Virginem adeamus, cuius oculi sunt limpidissimi, auresq; integerrimæ: quod cupimus facilè con- sequemur.

Esai.30 *Ad vocem clamantium statim exaudiet.* O magna Dei in nos benignitas! Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum, ac præsertim ijs, qui ad eius exequenda mandata auxiliū ab eo postulant.

Esai.41 *Egeni pruperes quærunt aquas.* Elegās locus. Si verbi Dei aquas sitimus, habemus Domini verbum, qui dicit. *Ego Domi- nus exaudiam eos &c.*

Genes 2. In hominem ex limo terræ formatum inspirauit Dominus spiraculum vitę. Prædicator omnibus humanis in- structus subsidijs, homo est de limo terræ: si Deus ei non adspi rauerit vitam non habebunt eius verba.

Concionator est vt nauis, quæ non potest nisi flāte vēto. &c.

Est sicut campus, vel planta: hęc enim nisi irrigentur &c.

Est vt agricola, qui licet terræ mandet semina, nisi tamen aë- ris tranquillitas, lux Solis, & aqua &c.

Est item vt mercator Prouerb.30. *Sindonē fecit, & vendidit Ca nanæo.* Sindon humanitas est Christi, per cuius passionem om nia nobis bona conceduntur.

Psal.42. *Emitte lucem tuam &c.* id est spiritum, & verbum tuū, vt in tēplum verbi Dei, & in tabernacula mysteriorum Euan- gelij adducar. Neq. enī lex tantùm, sed Euāgeliū annunciādū.

Iohan 6. *Omnis qui audit à Patre &c.* Petamus ergò, vt audia mus, & discamus. Neque enim audire est satis, sed discere.

Matt.10. *Confiteor tibi Pater &c.* Si volumus edoceri, oportet nos fieri paruulos per humilitatem.

Hierem.23. *Si stetissent in concilio meo &c.* Consulendus ergo

Dominus est, eiusq; consilijs parendum, vt errantes nos ipse in viam veritatis reducat.
Ezech.33. *Si me dicente ad impium &c.* Maximis periculis expositus est concionator; si enim populo scelera non annunciat, peccatorum sanguinem Deus ab eo requiret, si annunciat, metuendum est illi. Rogemus ergo &c.
Prouerb18. *Qui inuenit mulierem bonam &c.* Mulier bona gratia est, propter quam relinquere oportet patrem, & matrem. Huic ergo adhereamus.
Ad Col.4. *Sermo vester semper sit sale conditus.* Sal Dei gratia est, sine qua insipidus est sermo. Matrem ergo salis precemur. &c.
Psal.103. *Fecit lunam in tempora &c.* Sol Christus est; Luna verò peccatorũ noctibus, Virgo sãctissima. Illam ergo adeamus.
Esai.6. Forcipe tulit Angelus calculum. Virgo Maria Angelus ille est. Comparabit ergo nobis gratiæ calculum, sicum Esaia dicamus: *Væ nobis quia viri polluti nos sumus.*
Pro.14. *Doctrina prudentum facilis &c.* Et quisnã est prudens? Thren.4. *Ego vir pruden. videns paucitatem meã.* Humilis ergo verè prudens: itaq; is facilè scripturæ sensus percipiet. Nostram igitur tenuitatem agnoscentes Deum adeamus &c.
Prouerb.15. *Sermo opportunus optimus*, id est qui circunstantijs congruat. Tribuit enim Dominus petentibus, non bonum quodcunq; sed opportunum, quodq; eis profuturũ esse videt.
2.ad Thi.4 *Prædica verbum insta &c.* Sed quomòdo prædicabunt, nisi (vt ait D. Paul. ad Rom. 15.) mittantur? Mitti verò est spiritum à Deo accipere. Ergo spiritum petamus.
1.Reg.14. Ionathas in saltu fauum mellis reperit, extenditq; summitatem virgæ quam habebat in fauum mellis, & cõuertit manum ad os, & illuminati sunt oculi eius. Ionathas donum Dei, id est cui Deus dedit, contra Philisteos, id est mundum, pugnaturus, in saltum nouæ legis ascendit, & virga orationis fauũ gratiæ admouet ad os, interiusq; oculi illuminãtur. Si ergo nos lumine gratiæ desideramus illuminari, oratione humili &c.
Thob.11. Thobias senex per fellis fumum visum recepit. Venit Filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat in ma-

gno huius mundi flumine, in quo piscis ille erat antiquus, quē Dominus sua morte superauit, & à quo fel extraxit, id est arma quibus in humanum genus irruebat; nostramq; cęcitatem sanauit. Obsecremus ergo eum vt oculos nostros aperiat &c.

Proueb. 16. *Cor hominis disponit viam suam, sed Dominus dirigit gressus eius.* Quare parùm prodest quempiam sibi concionem excogitasse; nisi Dominus cor eius per gratiam dirigat.

Prouerb. 10. *Qui tantùm verba sectatur, insipiens est.* Non enim est in sermone verbum Dei. Igitur ne verba tantummodò au res audiant, sed cor etiam res ipsas excipiat &c.

Prouerb. 20. *Aurem audientem, & oculū videntem &c.* Dominus dat verbum prędicatori, & auditoribus aures. &c.

Totus ferè Sapientię liber exordijs conficiendis aptus est: monet enim à Deo esse sapientiam omnem petendam.

Item Iob. 12. 28. 32. 38. & Baruch. 3.

Eodem etiam spectat liber Ecclesiastici: vix enim in eo periodus reperitur, quę nō possit communibus exordijs inseruire.

Habes iam concionator, exordiorū communium copiam, quam non licet negligere. Nam etsi non ignorem posse alios plura, maioriq; industria elaborata præstare: tamen tenuitas nostra, temporisq; angustiæ ad meliora edenda locum non relinquunt. Quòd si rationem desideras tenere, qua possis exordia communia speciali argumento accommodare: facillimo negocio id facies, perpenso rectè subiecto argumēto. Vt si dicturus sis de Verbi Dei Incarnatione: facies sic exordium. Cùm omnia diuina mysteria non possunt sine lumine gratiæ aut intelligi, aut doceri; tum maximè Incarnationis mysteriū quod adeò vires ingenij nostri superat, vt nec angelicæ mentes illud valeant comprehendere. Quòd si speciale aliquid habeat argumentum, quod cum exordio communi cohærere possit, plenior erit accommodatio. Vt si de virginitate dicturus sis, ita poteris exordium instituere. Misericordia Domini plena est terra. Inter multa beneficia, quæ ex Dei misericordia hominibus proueniunt, illud videtur præstantissimum, quod eis auxilium conferat, quo & animum, & corpus immaculatum

culatum possint custodire. Hoc ergo auxilium mihi hodierno die ideò velī dari, vt quibus decet laudibus virginitatē inter ceteras virtutes sydus fulgentissimum commenddare possim.

Hac ergo ratione si diligentiam adhibeas, facilè poteris à cōmunibus Exordijs ad ea quæ propria sunt descēdere. Sed quoniam de Exordijs iam satis; nunc de alijs concionis partibus dicamus:

De Narrationibus.

EXordium sequitur Narratio, si naturalem orationis ordinē spectemus. Sed quoniam hoc inter Narrationem, & ceteras partes videtur interesse, quòd in alijs partibus cōmunia quædam possunt assignari, quæ omnibus ferè concionibus conueniunt; Narratio verò non potest ferè non esse propria, cùm ipsum orationis statum, eiusq́ partes contineat: proinde nihil est quod de Narratione dici pro præsenti instituto possit. Qui igitur Narrationis faciendæ modum à nobis hoc loco postulauerit, ei caput septimum libri tertij huius nostri operis adlegamus.

Exempla Confirmationum communium.

NArrationem statim sequitur Confirmatio. Parùm enim videntur habere firmamenti quæ narrantur, nisi statim cōfirmatio adhibeatur. Possem autem hoc loco innumerabiles adferre rationes, tum ad veritatem Fidei confirmandam, tum ad persuadendam virtutem: quia tamen tota sacra scriptura, ceteriq; libri sancti, & pij, atque etiam Philosophorum monimenta huiusmodi confirmationibus referta sunt, nonnullas tātùm hoc loco indicabo.

Ad Rom. 6. *Humanum dico propter infirmitatem &c.*

Iohan. 5. *Si testimonium hominum accipitis. &c.*

3. Reg. 18. *Si Deus est Dominus sequimini eum &c.*

Denique huiusmodi confirmationibus scatet scriptura, sca-

tent libri sancti: quos qui diligēter euoluet, singulasq. confirmationes in locos communes conferet, thesaurum sibi ad confirmandum aptissimum comparabit.

Exempla Confutationum communium.

EIusdem artis est sua confirmare, & aliena refellere. Quapropter cōcionator non solum debet confirmationes in promptu habere, sed quæ vel Fidei aduersa sunt, vel bonos mores corrumpunt refutare. Confutationum autem copiam parabit, si ea omnia diligenter euoluat, in quibus diximus confirmationes cōtineri. Nā sacra Biblia, sanctiq. Doctores, libri pij, atq. alij, magnā suppeditāt cōfutationū copiam.

Esai.1. *Cognouit bos possessorem suum. &c.*

Hierem.5. *Quid debui facere vineæ meæ, & non feci. &c.*

Ezech.16. *Peius Israël quàm Sodoma peccauit. &c.*

1. Corinth.5. *Omninò auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes. &c.*

Lucæ 21. *Si cognouisses & tu. &c.*

Charta me deficeret, si eas quas possem confutationes adducerem. Quare de hoc iam satis.

De communibus Epilogis.

Præfatiuncula.

POterunt concionatores locorum communium subsidio etiam vti ad Epilogos conficiendos. Sed præmittendum est, debere Epilogum cōcionis generi conuenire. Siue enim concio in confirmandis Fidei dogmatis, siue in virtute afferenda, vitioq. oppugnando, siue in laudatione: siue in vituperatione versetur, eligendi erunt communes Epilogi, qui apposite cum concione cohæreant. Sumantur autem Epilogi (quemadmodum de Exordijs diximus) vel ex testimonio, vel ex figura, vel ex simili, vel ex quouis alio argumento.

Valent

Valent etiam ad Epilogos argumenta ab effectis; præmio scilicet, aut pœna; item à pulchritudine virtutis, & peccatorum ignominia. Effundendæ etiam eruntin Epilogis exclamationes ad Deum, ad Angelos, ad homines, ad dæmones, & ceteras creaturas; itemq. obiectiones crebrę, atq. comminationes pœnarum. Deniq. si vlla pars cõcionis est, in qua debeat concionator amplificare quæ docet, hęc maximè tota amplificatione debet constare. Subijcemus autem hoc loco quædam Epilogorum exempla, vt ex his possint facilè concionatores alia inuenire, & in suos commentariolos referre.

Exempla Epilogorum communium

PSal. 4. *Filij hominum vsq. quò graui corde. &c.*
Prouerb. 1. *Vsquequo paruuli diligitis infantiam. &c.*
Prouerb. 5. *Ne des alteri honorem tuum.*
Prouerb. 6. *Vsquequo piger dormis.*
Esai. 40. *Nunquid non scietis &c.*
Psal. 118. *Maledicti qui declinant à lege tua Domine.*
Matth. 25. *Qui bona egerunt &c.*
Ecclesiast. 7. *Deum time, & mandata eius serua. &c.*
Ecclesiast. 7. *Quæ præcepit Deus, illa cogita semper.*
Esai. 45. *Conuertimini, & salui eritis omnes fines terræ.*
Esai. 46. *Mementote, confundimini, reddite præuaricatores ad cor.*
Hiere. 6. *Erudire Hierusalē, ne fortè recedat anima mea à te.*
Hierem. 8. *Nunquid qui cadit non resurget?*
Hierem. 13. *Audite, & auribus percipite. &c.*
Ibidem. *Væ tibi Hierusalem non mundaberis post me.*
Ad Roma. 6. *Quem fructum habuistis. &c.*
Thren. 3. *Scrutemur vias nostras. &c.*
Psalm. 40. *Hodie si vocem eius audieritis. &c.*
Psalm. 118. *Cogitaui vias mea. &c.*

Deniq. tota sacra Scriptura Epilogis potest deseruire, modò curet concionator ea amplificare quę desumit.

Figuræ

Figuræ item, quemadmodum diximus, ad Epilogos erunt accommodatę. Extat enim figura Rachelis, & Lię cum Iacob abeũtium; qua monemur nihil in hoc mundo reperiri, quod verè nostrum sit, nostrasque diuitias in Iesu Christo repositas esse. Figura item Ruth, quæ cùm patriam, in qua nata, & educata fuerat, reliquisset, socrum Nohemi sequebatur. Quo monemur mundum relinquere, legemque Dei dulcem sequi. Reliquit item Abraham patriam, & parentes. Non enim in hoc mundo permanentem habemus ciuitatem: Deoque non mundo nati sumus.

Iuuabit etiam hunc locum, si rationibus quibusdam, quod volumus persuadeamus. Vt; Nonne satis hactenus à vobis peccatũ est? Restat ergo iam, vt reliquum vitæ temp9, quod an breue futurum sit nescitis, totum Domino consecretis, peccata detestemini, Dei misericordiam imploretis, aures vestras illi vocanti aperiatis. Si conuertuntur alij, & ad meliorem mentem Dei beneficio reducuntur, nonne poterit Deus vos quoque ad statum optimum reuocare? Sed dicetis, infirmos vos esse. Rectè verò: sed potest Deus vobis robur, ac virtutem tribuere. Testis est Dauid, quem Dominus ex rege adultero, & homicida, regem fecit sanctissimum, & omnium regum exemplar insigne. Testis Matthæus, quem ex Publicano in thelonio sedente Apostolum fecit insignem, & Euangelistam clarissimum. Testis Paulus, qui ex persecutore fidelium, repentè infidelium prædicator effectus, innumerabiles gentes ad Fidem Christi reuocauit. Testes denique sunt omnes Regiones, in quibus quotidie Domin9 (quæ illius benignitas est) misericordiam suam copiosissimè ostendit. Quis igitur tot, tantisque exemplis non commouetur? O infelices illos, qui Dominum recipere nolunt; O dissoluta peccandi consuetudo; Adeóne homines insani erunt, vt pro nihilo vitam æternam amittant, acerbissimosque luctus comparent. Qui homini roganti obtemperas, cur Dei voluntati resistis? Valent apud te plurimùm amici, impetrant facilè à te quæ cupiunt; & Christum Iesum, qui te per passionẽ

acerbam

acerbam, & mortem ignominiosam à potestate diaboli eripuit, qui te potest ad tenebrosa diaboli regna relegare, ita contemnis, vt contra eius voluntatem omnia tua facta ad Dæmonis, Carnis, & mundi voluntatem componas?

Denique nihil est quod ad virtutem parsuadendam, aut ad vitia detestanda possit afferri, quod non sit Epilogis accommodatissimum.

Septimi libri Peroratio.

HAbes iam, amãtissime Lector, breuia quorũdam Promptuariorum initia: quæ & augere tu potes, & ex ijs, aliorum, quæ à me non traduntur, conficiendorum, artem colligere. Nos enim exhibere omnia nequaquam potuimus; cùm & liberum postulent hominem, & tempus ab occupatiõnib' feriatum. Quod quidem cùm mihi minimè concedatur; factum est, vt inuitus penè, ac multorum, efflagitationib' coactus, hos duos posteriores huius operis libros, scilicet septimũ & octauum, superioribus addiderim, quib' meum iam quodammodo pensum videbar absoluisse. Extat Bibiliorum thesaurus, ex quo nõ mediocrem habere poterunt promptuaria accessionẽ. Extat & alius thesaurus concionatorũ, quem nuper doctissimus, mihique amantissimus Pater Truxillus Dominicanus, non sine maximo concionatorum fructu, in vulgus emisit. Euãgelicarum etiam institutionum liber extat Petri Garciæ à Galarza, qui primum promptuarium iuuabit. Denique permulti alij circunferuntur libri, quos si attentè legeris, materiam tibi ad concionandum subministrabunt. Interim tamen fruere hoc nostro tenui labore, & nostræ inopiæ ignosce, meq. iam senio confectum, & tot laboribus, & negocijs distractum, tuis orationibus Deo Opt. Max. commenda.

LIBER OCTAVVS IN QVO DE VSV, ET EXERCITATIONE HVIVS ARTIS differitur.

PRAEFATIO.



VÆ ad concionandi artem pertinent libris superioribus sumus persequuti: quibus concionatori aditum aperuimus ad concionem aggrediendam. Sed quoniam omnes artes exercitatione perficiuntur, antequam huic operi manum extremã imponamus, visum est mihi, hoc vltimo libro de huius artis exercitatione disputare. Postquam enim libro 2.3.4.& 5. concionatori arma subministrauimus; 6. verò & 7. ceteras res ad prelium committendum parauimus, oportet nunc vt eum consilijs iuuemus, quò possit certiùs victoriam reportare. Tot enim periculis, tot incommodis ex positus est is, qui multitudinem, maxima ex parte imperitam, conatur ad perfectionem Euangelicam deducere, vt quamuis multi de hoc argumento disseruerint, non tamen hæc nostra opera inutilis, sed admodum fructuosa debeat existimari. Quid enim prodest rationem inueniendi concionem probè tenere, ceteraq. artis præcepta percepisse, si artem, cùm opus fuerit, nescias in vsum reuocare? Neq. enim solùm artis ratio habenda est, sed prudentiæ methodus tenenda, vt omnia loco, tempori, & alijs rei conditionibus cõueniant. Iam igitur quoniam hæc pars tota ferè prudentiæ est, septem capita præcipua continebit: in quibus concionatorem de ijs rebus admonebimus, quæ ad suum munus rectè obeundum videntur quàm maximè spectare. Primo loco de præparatione concionatoris dicemus: Secundo explicabimus modum concionis excogitandæ: Tertio eius conficiendæ rationẽ aperiemus: Quarto ostendemus quid cùm eam confecerit,

præsta-

præstare concionator debeat: quinto demōstrabimus qua ratione illam de superiori loco recitaturus sit: sexto præscribemus, quid vbi concionandi finem fecerit, toto reliquo die eum facere oporteat: vltimo tandem exercitationes concionatori congruentes persequemur.

Capit. I. *De Concionatoris præparatione.*

QVod ad præparationem concionatoris attinet, consideret primùm concionator, se ad celsissimum, & sanctissimum munus vocatum esse: oporteretq. vt talem se præbeat vitâ, & moribus, qualis suscepti muneris ratio requirit; vt cũ Paulo possit dicere: *Obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostram.* Si enim idoneus non est ad tantum munus exercendum; caueat ne dicat Dominus: *Non mittebam Prophetas, & ipsi currebãt.* Orationi ergo seriò vacare debet, cor pusque suum affligere: hisce namque medijs Patres sancti, à Deo interiùs illustrati, sagittas acutas in auditorum corda transmittebant. Sacram deinde scripturam, & sanctos Patres sedulò debet euoluere: vt sanam doctrinam, omni gladio ancipiti penetrabiliorem hauriat, & ebibat: sic enim fiet, vt cùm eadem populo annunciabit, maiorem vim ad persuadẽdum obtineãt. Præterea eos libros, qui ad pietatem pertinẽt, siue illi antiqui fuerint, siue recentes, perlegat sæpe; eligens ex ijs, qui passim circunferuntur, præstantiores. Ad hæc, sit eius consuetudo cum viris sanctis, & senioribus; eosque loquentes de rebus sanctis, & ad populi ædificationem spectantibus, audiat libẽter. Retineat verò in colloquijs, & sermone, doctrinæ grauitatem, & sinceritatem, vt sana, & irreprehensibilis phrasis in naturam conuertatur. Quod assequetur facilè, si scripturam sacram assiduè meditetur. Et quoniam munus hoc supernum est, atque diuinum; certò sibi debet concionator persuadere, plura diuinitus à Deo data, quàm humano parta studio, sibi necessaria esse, vt hanc possit sustinere prouinciam. Vt enim hoc mun⁹ ad Christi gloriam, & Ecclesiæ

Ad Phi. 3.

Hiere. 23.

clesiæ ædificationē vehemēter pertinet:ita permittite, te Deo, acriùs dæmones pugnant, doloſq; machinātur, ne concionem effectus exoptatus conſequatur; tantoq; illū conātur impedire magis, quantò cenſent christiano populo fore fructuoſiorem. Multam igitur noctis partem debet concionator excubare, gratiamq; à Deo inſtantiſſimè petere. Atq; vtinam ad hanc gratiā petendam, orationem quandam in promptu quiſq; haberet, qua à Deo per Ieſum Christum illuſtrationem intellectus poſtularet. Fieret enim vt Deus, qui fidelis eſt, neq; ſe ipsum poteſt negare, illi omnia liberaliſſimè concederet, quæ ad ſanctum Euangelium populo rectè annūciandum neceſſaria ſunt. Iam verò quod ad peccatorum attinet remiſſionem, ſupplex à Deo veniam debet concionator petere: ita vt de comiſſis vehementer doleat, firmiſſimeq; ſtatuat nullum ſe ampliùs, Deo auxiliante, commiſſurum. Sanctum enim eſt concionādi munus; atq; ita non niſi ſanctè tractandum. Hactenus ergo de preparatione ante concionem faciendā: nunc aliud caput aggrediamur.

Cap. II, De ratione excogitandi cōcionem.

Concio excogitabitur cōmodè, ſi cōcionator, quæ dicēda erūt, ordine congruēti in cōmētariolū referat. Quod nō debet abſq; oratione præuia efficere. Si enī aliq̃ opus eſt, in quo mētē ad Deūſæpius attollere ſit neceſſe, illud maximè eſt ſacra cōcio. Quare ſi libri ſacri ad cōcionē excogitādā euoluēdi ſūt, oratio antecedat oportet: ſi ſtatus aliquis, aut ſcopus cōcionatori eligēdus, nō niſi præuia oratione id fieri debet: ſi Eccleſiæ ſpiritus eſt populo explanādus, rogāre oportet Dominū, vt congruā exhibeat concionatori doctrinam. Deniq; nihil excogitandū eſt, quod oratione imprimis à Deo poſtulari non debeat. Excogitanda item erunt loca vtriuſq; Teſtamenti, ac præſerrim Prophetarū, & B. Pauli, quæ ad confirmandum concionis ſtatum, & ad eundem amplificandum conducunt. His accedent ſanctorum Patrum te-

ſtimo

stimonia, & argumenta ab exemplo, vel à simili, vel alia huiusmodi, quibus tota concio solet illustrari. Hoc tamen vnum maximè laborandum, vt scripturam scriptura interpretemur, eaq; sæpe vtamur. Nihil enim est quod ad populi ædificationē possit pertinere, quod ex scriptura non corroboretur. Atq; vt vno verbo, quæ ad concionem excogitandam pertinent absoluam, is rectè concionem excogitabit, qui inuentionis artem probè fuerit assequutus.

Capit. III. De ratione componendi concionem.

Non minore opus est industria in disponēdis quæ inuētā sunt, quàm in excogitādis. Quare postquā concionator excogitauerit ea quæ concioni suæ visa fuerint accommodata, superest vt maius operi adiungat, & quæ sub diuersa sint cōmentarijs congessit, apta methodo distinguat, omnibus tentatis (si necesse fuerit) dispositionis rationē, vt quā aptiorē viderit eligat potissimùm. Postea verò, excogitata, & cōpositā cōcionem cōscribere debet, ac præsertim exordium & epilogum: magnum quippe inde emolumentū consequetur. Multa siquidem interscribendum corrigenda occurrent, multa immutanda, quæ nisi scriptis mandarentur, minimè forsan possent animaduerti. Cui accedit, quòd scriptio eiusmodi di, memoriam maximopere iuuat. Demum verò vbi hic labor absolutus fuerit; consequitur, vt ea quæ excogitata, disposita, & conscripta sunt, memoriæ mandentur. Quo tamen loco, caue ò concionator, ne si (vt accidere solet) excogitata tibi tua arrideant, in anī inimicas elatione, aut si displiceant, animo cadas. Quemadmodum enim neque in proprio labore, & diligentia, fiducia collocanda est, cùm non semper propriæ voluntati exitus respondeat: ita neque de concionis fructu despe randum est, si minùs quæ excogitata sunt, probentur. Quare humiliter nos in hoc gerere debem⁹: hoc est, quòd nostri muneris est, accuratè præstare: reliqua verò omnia Deo præstāda relinquere.

Sed ali-

Sed aliquis occinet fortasse: Tantus ne mihi in conficienda concione subeundus est labor? Tantus certè. Quis enim est, qui dignam Deo concionem facere, rem esse facilem audeat existimare? Profectò qui Dei nomine loquuturus est ad populum, quiq. publicè dicturus est, Hæc dicit Dominus: hunc dubitari non potest, maximum quoddam, & difficillium obire munus. Quare necessaria illi hæc sunt omnia, quæ hacte nus tradidim⁹: quæ vos, lectores, ne vestris excidant mentibus, obtestor.

Sed libet nonnulla hoc locò in memoriam reuocare ex ijs de quibus satis multa lib. 5. vbi de diuersis concionum generibus egimus, dicta sunt. Plura namque sunt ad illud præsertim concionis genus obseruanda, in quo, Euangelicę historię succinta narratio, exordij vice præponitur. Nam si aliquantò longius est Euangelium (qualia sunt Euangelia Samaritanæ, & Lazari) conceptis verbis id narrandum est, & in pauca cô ferendum: eiq. vel aliqua, si occurrant, acutè, & doctè excogitata, permiscenda; vel dogma aliquod, aut communis locus, breui proponendus, vt rei, aut rebus in concione trac tandis, commodus locus relinquatur. Semper autem Euangelij scopus præsertim inuestigandus est; etiam si plura sint, quæ velit concionator explicare. Quanquam Euangelij scopo, aut Ecclesiæ spiritui omnia accommodare non est necessarium: sæpe enim propter vnum duntaxat verbum, ab Eccle sia Euangelium proponitur. Ceterùm qua ratione sint in quo uis genere disponendæ conciones, ad artem potiùs pertinet, quàm ad vsum: nos autem nunc de artis vsu tantummodo loquimur.

Nihilominus tamen, vt in promptu habeat lector, quę iam lib. 3. 4. 5. tradidimus, eaque faciliùs ad praxim redigat, hæc modò accipiat.

Quo pacto conficienda sint exordia, suo loco dictum est: vbi à testimonio, à simili, ab exemplo, à figura, ab Euangelij expositione peti posse docuimus.

Deinde vbi insinuatus est in exordio orationis status, diximus

lij expoſitione peti poſſe docuimus.

Deinde vbi inſinuatus eſt in exordio orationis ſtatus; dixim' neceſſariū eſſe, vt in Narratione tota rei in cōcione tractādæ ſumma proponatur. ſumpto initio à ſimili, ſiue à figura, ſiue ab alicuius propoſitione quæſtionis, ſiue aliunde, ita vt ſcopum concionis Narratio contineat.

Adhæc (vti etiam diximus) cōfirmatio debet eſſe grauis, valida, neruoſa, aptè digeſta, diſtincta, perſpicua, integra, nihil improbatum prętermittens, plurimùm deniq. roboris habens. Similiter confutatio futura eſt acris, ſed mitis; futura eſt etiam ſeuera, pudica, & modeſta, dū nō ſolùm oblatis reſpondet obiectionibus, ſed in peccata etiā inuehitur. Neq. verò ſolum peccata detegat cōfutatio, ſed qua ratione declināda ſint etiā doceat; atq. ad virtutes cōtrarias aditū aperiat; ita, vt & peccatoribus timorē incutiat, & virtutū deſideriū in eorum animis excitet. Vnde fit, vt cōtinere debeat cōfutatio quædā verba, ignitæ cuiuſdā caritatis plena: ita vt accenſa potiùs amore viſcera, aliculiq. mali cōmiſeratione cōmota, quàm iracundiā, odiumq. in peccatorē præſeferāt. Sed in eſſe illi debet acerbitatis nonnihil: quod non tā intorua quadem actione, quàm in rationum pondere ſit poſitum. Licèt enim neceſſaria ſit (noſtris præſertim tēporibus) eiuſmodi actio, ad torpētia quędam corda excitanda: tamen cauendū eſt, ne modeſtiæ limites egrediamur. Duo itaq. imprimis in confutatione fugienda ſunt. Aliud eſt, ne ita exilis, & languida illa ſit, vt ridicula videatur, vel quandam peccandi occaſionem peccatoribus præbeat, qui peccatum frigidè reprehenſum, non eſſe magnū malum fortè arbitrabuntur. Aliud verò eſt, ne vel impatientia, vel crudelitas, vel præcipitatio, vel iracundia, ineptuſue increpandi modus in concionatore notetur. Cum patientia enim, & doctrina, cum ſancto zelo, iraque modeſtra progredi oportet.

Deniq. de Epilogis etiā actum à nobis eſt: in quibus eſt curādum, ne frigidam tantummodò rerū, quæ dictæ ſunt, repetitionē contineāt, aut verbis prorſus eiſdem, quę antea dicta ſunt, cōſtent: immò in ijs curandum eſt maximè, vt res maneant au-

ditorum animis infixæ. Sed esse debent prӕterea Epilogi suaues, efficaces, perspicuitatemq́. debent consolari, commouere, docere, atque conuincere.

Cap. IIII. De confecta Concione cum Deo conferenda.

PRaedictas partes, quarta iã in ordine subsequitur, neq. illa quidẽ vllo modo prætermittenda. Igitur constructa concionẽ, ò cõcionator, ab initio vsq. ad finẽ genibus flexis corã Deo Opt. Max. quasi eam ipsi recitans, propone, illũmque supplex ora, vt clementissimas tibi suas aures adhibens, suum iudicium interponat: & te doceat, an quæ excogitasti, ipsi grata sint, & an vtilitatem aliquã sint populo adlatura. Vbi verò conscientia tua bonum tibi reddiderit testimonium, maiori conatu Dominum obsecra, vt tibi præsto sit, ad ea quæ pro illius gloria excogitasti, in eiusdẽ etiam gloriam pronuncianda, vt labor iste tuus sit ipsi gratus; cunctis verò auditoribus, atque adeò ijs, qui ipsos auditores, concionem recitantes sint audituri, vtilissimus. Ad hæc, summis precibus contende, vt linguam tuam Dominus regat; orationis tibi aptum, & accommodatum genus tribuat: & inter concionandum alia suggerat, quæ Christianorum cordibus maximæ sint vtilitati futura. Facere autem potes orationem similem illi, de qua supèrius diximus; scilicet qua in exordio cõcionis petiturus es coram populo gratiam. Nam per Mariæ semper Virginis intercessionem petenda semper gratia est, vt & excogitentur dicenda, & excogitata, Dei spiritu pronuntientur; & alia noua vtiliora, & efficaciora vnà cum sancto dicendi modo diuino munere tribuantur. Qui verò parum vsu, & exercitatione concionandi valet, non tantùm secum tacitus quæ dicturus est, coram Deo attentè meditetur, sed etiam singulas voces, integrasque periodos perpendat, vt nihil concionatoris persona indignum proferat. Quod maximè obseruare debet is, qui naturæ impulsu, zelo, & feruore flagrat: scilicet

vt sib

vt sibi temperet: itemque is qui numquam ad dicendum prodijt. Sicut enim tyrones, antequam ad pugnam accedant, indigent iugi, & assidua exercitatione: ita in hoc spiritali certamine, oportet concionatores nouos, multis exercitationibus, & tamquam prolusionibus instrui, & preparari.

Cap. V De modo in ipsa Concione seruanda.

IAm aggrediamur quinctam partē nostro instituto magis propriā, & oppidò necessariam: in qua modus quē in concionibus habendis cōcionator seruare debet, est tradendus. Cuius rei cognitio accurata, cùm tā necessaria sit ad multos errores vitandos: hunc ordinem mihi obseruandum in ea præscripsi: vt vitia quæ in concionibus notari possunt, & pericula, quæ ipsis concionatoribus imminēt enumerē: atq. consilia, & admonitiones quasdā, quibus vitiā illa, & pericula declinari possint adiungam. Quod si ea quæ dixero, breuiùs quàm oporteat, & minùs exacto ordine perstrinxero: ignoscite mihi, angustia tēporis, & præpropera quorūdā typographiā vrgētiū festinatione, oppresso: prȩsertim cùm manifestū sit, huius tractatus fructum, non tam ex ordine, & disputationis serie, quàm ex ipsis consilijs, & obseruationibus pendere.

De vitijs Concionatorum.

IGitur vitia illa, quæ (vt verum fatear) tum in me, tum in alijs concionatoribus deprehendi, hæc sunt potissimùm.

Sæpe in reprehendendis peccatis exardescimus, & veluti extra nos ponimur: vnde fit, vt neque veniat in memoriam, neque vacet nobis, ad virtutis studium auditores excitare; & dum æstu orationis hùc illùc ferimur, sæpe eadem omninò verba repetamus, sępe etiam histrionicè, & non grauiter,

gno huius mundi flumine, in quo piscis ille erat antiquus, quē Domin⁹ sua morte superauit, & à quo fel extraxit, id est arma quibus in humanum genus irruebat; nostramq́; cęcitatem sanauit. Obsecremus ergo eum vt oculos nostros aperiat &c.

Prouerb. 16. *Cor hominis disponit viam suam, sed Dominus dirigit gressus eius.* Quare parùm prodest quempiam sibi concionem excogitasse; nisi Dominus cor eius per gratiam dirigat.

Prouerb. 10. *Qui tantùm verba sectatur, insipiens est.* Non enim est in sermone verbum Dei. Igitur ne verba tantummodò aures audiant, sed cor etiam res ipsas excipiat &c.

Prouerb. 20. *Aurem audientem, & oculū videntem, &c.* Dominus dat verbum prędicatori, & auditoribus aures. &c.

Totus ferè Sapientię liber exordijs conficiendis aptus est: monet enim à Deo esse sapientiam omnem petendam.

Item Iob. 12. 28. 32. 38. & Baruch. 3.

Eodem etiam spectat liber Ecclesiastici: vix enim in eo periodus reperitur, quę nō possit communibus exordijs inseruire.

Habes iam concionator, exordiorū communium copiam, quam non licet negligere. Nam etsi non ignorem posse alios plura, maioriq́ industria elaborata præstare: tamen tenuitas nostra, temporisq́, angustiæ ad meliora edenda locum non relinquunt. Quòd si rationem desideras tenere, qua possis exordia communia speciali argumento accommodare: facillimo negocio id facies, perpenso rectè subiecto argumēto. Vt si dicturus sis de Verbi Dei Incarnatione: facies sic exordium. Cùm omnia diuina mysteria non possunt sine lumine gratiæ aut intelligi, aut doceri; tum maximè Incarnationis mysteriū quod adeò vires ingenij nostri superat, vt nec angelicæ mentes illud valeant comprehendere. Quod si speciale aliquid habeat argumentum, quod cum exordio communi cohærere possit, plenior erit accommodatio. Vt si de virginitate dicturus sis, ita poteris exordium instituere. Misericordia Domini plena est terra. Inter multa beneficia, quæ ex Dei misericordia hominibus proueniunt, illud videtur præstantissimum, quod eis auxilium conferat, quo & animum, & corpus immaculatum

culatum possint custodire. Hoc ergo auxilium mihi hodierno die ideò velit dari, vt quibus decet laudibus virginitatē inter ceteras virtutes sydus fulgentissimum commenddare possim.

Hac ergo ratione si diligentiam adhibeas, facilè poteris à cōmunibus Exordijs ad ea quæ propria sunt descēdere. Sed quoniam de Exordijs iam satis; nunc de alijs concionis partibus dicamus.

De Narrationibus.

EXordium sequitur Narratio, si naturalem orationis ordinē spectemus. Sed quoniam hoc inter Narrationem, & ceteras partes videtur interesse, quòd in alijs partibus cōmunia quædam possunt assignari, quæ omnibus ferè concionibus conueniunt; Narratio verò non potest ferè non esse propria, cùm ipsum orationis statum, eiusq; partes contineat: proinde nihil est quod de Narratione dici pro præsenti instituto possit. Qui igitur Narrationis faciendæ modum à nobis hoc loco postulauerit, ei caput septimum libri tertij huius nostri operis adlegamus.

Exempla Confirmationum communium.

NArrationem statim sequitur Confirmatio. Parùm enim videntur habere firmamenti quæ narrantur, nisi statim cōfirmatio adhibeatur. Possem autem hoc loco innumerabiles adferre rationes, tum ad veritatem Fidei confirmandam, tum ad persuadendam virtutem: quia tamen tota sacra scriptura, ceteriq; libri sancti, & pij, atque etiam Philosophorum monimenta huiusmodi confirmationibus referta sunt, nonnullas tātùm hoc loco indicabo.

Ad Rom. 6. *Humanum dico propter infirmitatem &c.*

Iohan. 5. *Si testimonium hominum accipitis. &c.*

3. Reg. 18. *Si Deus est Dominus sequimini eum &c.*

Denique huiusmodi confirmationibus scatet scriptura, sca-

tent libri sancti: quos qui diligẽter euoluet, singulasq. confirmationes in locos communes conferet, thesaurum sibi ad confirmandum aptissimum comparabit.

Exempla Confutationum communium.

EIusdem artis est sua confirmare, & aliena refellere. Quapropter cõcionator non solùm debet confirmationes in promptu habere, sed quæ vel Fidei aduersa sunt, vel bonos mores corrumpunt refutare. Confutationum autem copiam parabit, si ea omnia diligenter euoluat, in quibus diximus confirmationes cõtineri. Nã sacra Biblia, sanctiq. Doctores, libri pij, atq. alij, magnã suppeditãt cõfutationũ copiam.

Esai. 1. *Cognouit bos possessorem suum. &c.*

Hierem. 5. *Quid debui facere vineæ meæ, & non feci. &c.*

Ezech. 16. *Peius Israël quàm Sodoma peccauit. &c.*

1. Corinth. 5. *Omninò auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes. &c.*

Lucæ 21. *Si cognouisses & tu. &c.*

Charta me deficeret, si eas quas possem confutationes adducerem. Quare de hoc iam satis.

De communibus Epilogis.

Præfatiuncula.

POterunt concionatores locorum communium subsidio etiam vti ad Epilogos conficiendos. Sed præmittendum est, debere Epilogum cõcionis generi conuenire. Siue enim concio in confirmandis Fidei dogmatis, siue in virtute afferenda, vitioq. oppugnando, siue in laudatione, siue in vituperatione versetur, eligendi erunt communes Epilogi, qui apposite cum concione cohæreant. Sumantur autem Epilogi (quemadmodum de Exordijs diximus) vel ex testimonio, vel ex figura, vel ex simili, vel ex quouis alio argumento.

Valent etiam ad Epilogos argumenta ab effectis; præmio scilicet, aut pœna; item à pulchritudine virtutis, & peccatorum ignominia. Effundendæ etiam eruntin Epilogis exclamationes ad Deum, ad Angelos, ad homines, ad dæmones, & ceteras creaturas; itemq. obiectiones crebræ, atq. comminationes pœnarum. Deniq. si vlla pars cōcionis est, in qua debeat concionator amplificare quæ docet, hęc maximè tota amplificatione debet constare. Subijcemus autem hoc loco quædam Epilogorum exempla, vt ex his possint facilè concionatores alia inuenire, & in suos commentariolos referre.

Exempla Epilogorum communium

PSal. 4. *Filij hominum vsq. quò graui corde. &c.*
Prouerb. 1. *Vsquequo paruuli diligitis infantiam. &c.*
Prouerb. 5. *Ne des alteri honorem tuum.*
Prouerb. 6. *Vsquequo piger dormis.*
Esai. 40. *Nunquid non scietis. &c.*
Psal. 118. *Maledicti qui declinant à lege tua Domine.*
Matth. 25. *Qui bona egerunt. &c.*
Ecclesiast. 7. *Deum time, & mandata eius serua. &c.*
Ecclesiast. 7. *Quæ præcepit Deus, illa cogita semper.*
Esai. 45. *Conuertimini, & salui eritis omnes fines terræ.*
Esai. 46. *Mementote, confundimini, reddite præuaricatores ad cor.*
Hiere. 6. *Erudire Hierusalē, ne fortè recedat anima mea à te.*
Hierem. 8. *Nunquid qui cadit non resurget?*
Hierem. 13. *Audite, & auribus percipite. &c.*
Ibidem. *Væ tibi Hierusalem non mundaberis post me.*
Ad Roma. 6. *Quem fructum habuistis. &c.*
Thren. 3. *Scrutemur vias nostras. &c.*
Psalm. 40. *Hodie si vocem eius audieritis. &c.*
Psalm. 118. *Cogitaui vias mea. &c.*
Deniq. tota sacra Scriptura Epilogis potest deseruire, modò curet concionator ea amplificare quę desumit.

acerbam, & mortem ignominiosam à potestate diaboli eripuit, qui te potest ad tenebrosa diaboli regna relegare, ita contemnis, vt contra eius voluntatem omnia tua facta ad Dæmonis, Carnis, & mundi voluntatem componas?

Denique nihil est quod ad virtutem parsuadendam, aut ad vitia detestanda possit afferri, quod non sit Epilogis accommodatissimum.

Septimi libri Peroratio.

HAbes iam, amãtissime Lector, breuia quorũdam Promptuariorum initia: quæ & augere tu potes, & ex ijs, alio rum quæ à me non traduntur, conficiendorum, artem colligere. Nos enim exhibere omnia nequaquam potuimus, cùm & liberum postulent hominem, & tempus ab occupationib' feriatum. Quod quidem cùm mihi minime concedatur, factum est, vt inuitus penè, ac multorum, efflagitationib' coactus, hos duos posteriores huius operis libros, scilicet septimũ & octauum, superioribus addiderim, quib' meum iam quodammodo pensum videbar absoluisse. Extat Bibiliorum thesaurus, ex quo nõ mediocrem habere poterunt promptuaria accessionẽ. Extat & alius thesaurus concionatorũ, quem nuper doctissimus, mihique amantissimus Pater Truxillus Dominicanus, non sine maximo concionatorum fructu, in vulgus emisit. Euãgelicarum etiam institutionum liber extat Petri Garciæ à Galarza, qui primum promptuarium iuuabit. Denique permulti alij circunferuntur libri, quos si attentè legeris, materiam tibi ad concionandum subministrabunt. Interim tamen fruere hoc nostro tenui labore, & nostræ inopiæ ignosce, meq; iam senio confectum, & tot laboribus, & negocijs distractum, tuis orationibus Deo Opt. Max. commenda.

Liber octauus

LIBER OCTAVVS IN QVO DE VSV, ET EXERCITATIONE HVIVS ARTIS differitur.

PRAEFATIO.

QVÆ ad concionandi artem pertinent libris superioribus sumus persequuti: quibus concionatori aditum aperuimus ad concionem aggrediendam. Sed quoniam omnes artes exercitatione perficiuntur; antequam huic operi manum extremã imponamus; visum est mihi, hoc vltimo libro de huius artis exercitatione disputare. Postquam enim libro 2.3.4.& 5. concionatori arma subministrauimus; 6. verò & 7. ceteras res ad preliũ committendum parauimus, oportet nunc vt cum consilijs iuuemus, quò possit certiùs victoriam reportare. Tot enim periculis, tot incommodis ex positus est is, qui multitudinem, maxima ex parte imperitam, conatur ad perfectionem Euangelicam deducere, vt quamuis multi de hoc argumento disferuerint; non tamen hæc nostra opera inutilis, sed admodum fructuosa debeat existimari. Quid enim prodest rationem inueniendi concionem probè tenere, ceteraq́. artis præcepta percepisse; si artem, cùm opus fuerit, nescias in vsum reuocare? Neq. enim solùm artis ratio habenda est; sed prudentiæ methodus tenenda, vt omnia loco, tempori, & alijs rei conditionibus cõueniant. Iam igitur quoniam hæc pars tota ferè prudentiæ est, septem capita præcipua continebit: in quibus concionatorem de ijs rebus admonebimus, quæ ad suum munus rectè abeundum videntur quàm maximè spectare. Primo loco de præparatione concionatoris dicemus: Secundo explicabimus modum concionis excogitandæ: Tertio eius conficiendæ rationẽ aperiemus: Quarto ostendemus quid cùm eam confecerit,

præstare concionator debeat; quintò demōstrabimus qua ratione illam de superiori loco recitaturus sit: sextò præscribemus, quid vbi concionandi finem fecerit, toto reliquo die eum facere oporteat: vltimo tandem exercitationes concionatori congruentes persequemur.

Capit. I. De Concionatoris præparatione.

QVod ad præparationem concionatoris attinet, consideret primùm concionator, se ad celsissimum, & sanctissimum munus vocatum esse: oportereq. vt talem se prębeat vitâ, & moribus, qualis suscepti muneris ratio requirit; vt cū Paulo possit dicere: *Obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostram.* Si enim idoneus non est ad tantum munus exercendum; caueat ne dicat Dominus: *Non mittebam Prophetas, & ipsi currebāt.* Orationi ergo seriò vacare debet, corpusque suum affligere: hisce namque medijs Patres sancti, à Deo interiùs illustrati, sagittas acutas in auditorum corda transmittebant. Sacram deinde scripturam, & sanctos Patres sedulò debet euoluere: vt vt sanam doctrinam, omni gladio ancipiti penetrabiliorem hauriat, & ebibat: sic enim fiet, vt cùm eadem populo annunciabit, maiorem vim ad persuadēdum obtineāt. Præterea eos libros, qui ad pietatem pertinēt, siue illi antiqui fuerint, siue recentes, perlegat sæpe; eligens ex ijs, qui passim circunferuntur, præstantiores. Ad hæc, sit eius consuetudo cum viris sanctis, & senioribus; eosque loquentes de rebus sanctis, & ad populi ædificationem spectantibus, audiat libēter. Retineat verò in colloquijs, & sermone, doctrinæ grauitatem, & sinceritatem, vt sana, & irreprehensibilis phrasis in naturam conuertatur. Quod assequetur facilè, si scripturam sacram assiduè meditetur. Et quoniam munus hoc supernum est, atque diuinum; certò sibi debet concionator persuadere, plura diuinitus à Deo data, quàm humano parta studio, sibi necessaria esse, vt hanc possit sustinere prouinciam. Vt enim hoc mun⁹ ad Christi gloriam, & Ecclesiæ

Ad Phi. 3.

Hiere. 23.

stimonia, & argumenta ab exemplo, vel à simili, vel alia huiusmodi, quibus tota concio solet illustrari. Hoc tamen vnum maximè laborandum, vt scripturam scriptura interpretemur, eaq; sæpe vtamur. Nihil enim est quod ad populi ædificationē possit pertinere, quod ex scriptura non corroboretur. Atq; vt vno verbo, quæ ad concionem excogitandam pertinent absoluam, is rectè concionem excogitabit, qui inuentionis artem probè fuerit assequutus.

Capit. III. De ratione componendi concionem.

NOn minore opus est industria in disponēdis quę inuēta sūt, quā in excogitādis. Quare postquā cōcionator excogitauerit ea quæ cōcioni suæ visa fuerint accommodata, superest vt magnus operi ad moueat, & quę sui Mineruâ in cōmentariolis cōgessit, apta methodo distinguat, omnesq; tentans (si necesse fuerit) dispositionis ratione, vt quā aptiorē viderit eligat potissimùm. Postea verò, excogitata, & cōposita cōcionem cōscribere debet, ac præsertim exordium & epilogum: magnum quippe inde emolumentū consequetur. Multa siquidem inter scribendum corrigenda occurrent, multa immutanda, quæ nisi scriptis mandarentur, minimè forsan possent animaduerti. Cui accedit, quòd scriptio eiusmodi, memoriam maximopere iuuat. Demum verò vbi hic labor absolutus fuerit, consequitur, vt ea quæ excogitata, disposita, & conscripta sunt, memoriæ mandentur. Quo tamen loco, caue ô concionator, ne si (vt accidere solet) excogitata tibi tua arrideant, in animum inescas elatione, aut si displiceant, animo cadas. Quemadmodum enim neque in proprio labore, & diligentia, fiducia collocanda est, cùm non semper propriæ voluntati exitus respondeat: ita neque de concionis fructu desperandum est, si minùs quæ excogitata sunt, probentur. Quare humiliter nos in hoc gerere debemus: hoc est, quòd nostri muneris est, accuratè præstare: reliqua verò omnia Deo præstanda relinquere.

Sed ali-

Sed aliquis occinet fortasse: Tantus ne mihi in conficienda concione subeundus est labor? Tantus certè. Quis enim est, qui dignam Deo concionem facere, rem esse facilem audeat existimare? Profectò qui Dei nomine loquuturus est ad populum, quiq. publicè dicturus est, Hæc dicit Dominus: hunc dubitari non potest, maximum quoddam, & difficillium obire munus. Quare necessaria illi hæc sunt omnia, quæ hactenus tradidim⁹: quæ vos, lectores, ne vestris excidant mentibus, obtestor.

Sed libet nonnulla hoc loco in memoriam reuocare ex ijs de quibus satis multa lib. 5. vbi de diuersis concionum generibus egimus, dicta sunt. Plura namque sunt ad illud præsertim concionis genus obseruanda, in quo, Euangelicę historię succinta narratio, exordij vice præponitur. Nam si aliquantò longius est Euangelium (qualia sunt Euangelia Samaritanæ, & Lazari) conceptis verbis id narrandum est, & in pauca cô ferendum: eiq. vel aliqua, si occurrant, acutè, & doctè excogitata, permiscenda; vel dogma aliquod, aut communis locus, breui proponendus, vt rei, aut rebus in concione tractandis, commodus locus relinquatur. Semper autem Euangelij scopus præsertim inuestigandus est; etiam si plura sint, quæ velit concionator explicare. Quanquam Euangelij scopo, aut Ecclesiæ spiritui omnia accommodare non est necessarium: sæpe enim propter vnum duntaxat verbum, ab Ecclesia Euangelium proponitur. Ceterùm qua ratione sint in quouis genere disponendæ conciones, ad artem potiùs pertinet, quàm ad vsum: nos autem nunc de artis vsu tantummodo loquimur.

Nihilominus tamen, vt in promptu habeat lector, quę iam lib. 3. 4. 5. tradidimus, eaque faciliùs ad praxim redigat, hæc modò accipiat.

Quo pacto conficienda sint exordia, suo loco dictum est: vbi à testimonio, à simili, ab exemplo, à figura, ab Euangelij expositione peti posse docuimus.

Deinde vbi insinuatus est in exordio orationis status, diximus

lij expositione peti posse docuimus.

Deinde vbi insinuatus est in exordio orationis status; diximus necessariũ esse, vt in Narratione tota rei in cõcione tractãdæ summa proponatur, sumpto initio à simili, siue à figura, siue ab alicuius propositione quæstionis, siue aliunde, ita vt scopum concionis Narratio contineat.

Adhæc (vti etiam diximus) cõfirmatio debet esse grauis, valida, neruosa, aptè digesta, distincta, perspicua, integra, nihil improbatum prętermittens, plurimùm deniq. roboris habens. Similiter confutatio futura est acris, sed mitis; futura est etiam seuera, pudica, & modesta, dũ nõ solùm oblatis respondet obiectionibus, sed in peccata etiã inuehitur. Neq. verò solum peccata detegat cõfutatio, sed qua ratione declinãda sint etiã doceat; atq. ad virtutes cõtrarias aditũ aperiat; ita, vt & peccatoribus timorẽ incutiat, & virtutũ desideriũ in eorum animis excitet. Vnde fit, vt cõtinere debeat cõfutatio quædã verba, ignitæ cuiusdã caritatis plena: ita vt accensa potiùs amore viscera, alienią; mali cõmiseratione cõmota, quàm iracundiã, odiumq. in peccatorẽ præseferãt. Sed inesse illi debet acerbitatis nonnihil: quod non tã intorua quadem actione, quàm in rationum pondere sit positum. Licèt enim necessaria sit (nostris præsertim tẽporibus) eiusmodi actio, ad torpẽtia quędam corda excitanda: tamen cauendũ est, ne modestiæ limites egrediamur, Duo itaq. imprimis in confutatione fugienda sunt. Aliud est, ne ita exilis, & languida illa sit, vt ridicula videatur, vel quandam peccandi occasionem peccatoribus præbeat, qui peccatum frigidè reprehensum, non esse magnũ malum fortè arbitrabuntur. Aliud verò est, ne vel impatientia, vel crudelitas, vel præcipitatio, vel iracundia, ineptusúe increpandi modus in concionatore notetur. Cum patientia enim, & doctrina, cum sancto zelo, iraque modestra progredi oportet,

Deniq. de Epilogis etiã actum à nobis est: in quibus est curãdum, ne frigidam tantummodò rerũ, quæ dictæ sunt, repetitionẽ contineãt, aut verbis prorsus eisdem, quę antea dicta sunt, cõstent: immò in ijs curandum est maximè, vt res maneant au-

V ditorum

ditorum animis infixæ. Sed esse debent præterea Epilogi suaues, efficaces, perspicuitatemq́. debent consolari, commouere, docere, atque conuincere.

Cap. IIII. De confecta Concione cum Deo conferenda.

Praedictas partes, quarta iā in ordine subsequitur, neq. illa quidē vllo modo prætermittenda. Igitur constructa concione, ô cōcionator, ab initio vsq. ad finē genibus flexis corā Deo Opt. Max. quasi eam ipsi recitans, propone, illumq́ue supplex ora, vt clementissimas tibi suas aures adhibens, suum iudicium interponat: & te doceat, an quæ excogitasti, ipsi grata sint, & an vtilitatem aliquā sint populo adlatura. Vbi verò conscientia tua bonum tibi reddiderit testimonium, maiori conatu Dominum obsecra, vt tibi præsto sit, ad ea quæ pro illius gloria excogitasti, in eiusdē etiam gloriam pronuncianda, vt labor iste tuus sit ipsi gratus, cunctis verò auditoribus, atque adeò ijs, qui ipsos auditores, concionem recitantes sint audituri, vtilissimus. Ad hæc, summis precibus contende, vt linguam tuam Dominus regat, orationis tibi aptum, & accommodatum genus tribuat: & inter concionandum alia suggerat, quæ Christianorum cordibus maximæ sint vtilitati futura. Facere autem potes orationem similem illi, de qua superius diximus, scilicet qua in exordio cōcionis petiturus es coram populo gratiam. Nam per Mariæ semper Virginis intercessionem petenda semper gratia est, vt & excogitentur dicenda, & excogitata, Dei spiritu pronuntientur, & alia noua vtiliora, & efficaciora vnà cum sancto dicendi modo diuino munere tribuantur. Qui verò parùm vsu, & exercitatione concionandi valet, non tantùm secum tacitus quæ dicturus est, coram Deo attentè meditetur, sed etiam singulas voces, integrasque periodos perpendat, vt nihil concionatoris persona indignum proferat. Quod maximè obseruare debet is, qui naturæ impulsu, zelo, & feruore flagrat: scilicet,

vt sib

vt sibi temperet: itemque is qui numquam ad dicendum prodijt. Sicut enim tyrones, antequam ad pugnam accedant, indigent iugi, & assidua exercitatione: ita in hoc spiritali certamine, oportet concionatores nouos, multis exercitationibus, & tamquam prolusionibus instrui, & preparari.

Cap. V. De modo in ipsa Concione seruanda.

IAm aggrediamur quinctam partē nostro instituto magis propriā, & oppidò necessariam: in qua mod' quē in concionibus habendis cōcionator seruare debet, est tradendus. Cuius rei cognitio accurata, cùm tā necessaria sit ad multos errores vitandos: hunc ordinem mihi obseruandum in ea præscripsi: vt vitia quæ in concionibus notari possunt, & pericula, quæ ipsis concionatoribus imminēt enumerē: atq. consilia, & admonitiones quasdā, quibus vitia illa, & pericula declinari possint adiungam. Quod si ea quæ dixero, breuiùs quam oporteat, & minùs exacto ordine perstrinxero: ignoscite mihi, angustia tēporis, & præpropera quorūdā typographiā vrgētiū festinatione, oppresso: pręsertim cùm manifestū sit, huius tractatus fructum, non tam ex ordine, & disputationis serie, quam ex ipsis consilijs, & obseruationibus pendere.

De vitijs Concionatorum.

IGitur vitia illa, quæ (vt verum fatear) tum in me, tum in alijs concionatoribus deprehendi, hæc sunt potissimùm.

Sæpe in reprehendendis peccatis exardescimus, & veluti extra nos ponimur: vnde fit, vt neque veniat in memoriam, neque vacet nobis, ad virtutis studium auditores excitare; & dum æstu orationis hûc illûc ferimur, sæpe eadem omninò verba repetamus; sępe etiam histrionicè, & non grauiter,

vt virum pium decet, agamus.

Solemus etiam aliquando auditorum vitia dissimulare, aut certè ita remissè, & leniter reprehendere, vt satiùs quidem futurum esset, si omninò taceremus.

Aliquando etiam ipsi nos laudamus; nostras cogitationes, aut meditationes, non antea vsquam auditas, aut lectas, sed nouas esse proferentes; indeque nobis attentionem conciliare conantes.

Præterea nonnumquam Hæreticorum ac Iudæorũ nomina in cõcionibus freqnẽtiùs, quàm par est, repetimus; vel auditoribus plus iusto infidelitatem comminamur.

Ad hæc, spiritalia quædã grauia, & apud viros sanctos subtilia negligimus; & quæ pia, & acuta in scriptura, & in Sanctis ipsis sunt, prętermittimus, vel obscurè tantùm, ac ieiunè tractamus; dum ijs solùm, quæ ab scholasticis, aut alijs similibus auctoribus traduntur, sumus intenti.

Ferocia potiùs, quàm testimonijs, aut rationum vi aduersus peccata sæpe insurgimus.

Digressiones interponimus nimis longas; atq. prætermissis illis, quæ tamquam rei præsentis propria excogitauimus, ad alia quæ se nobis aliunde offerunt, transimus: quibus afferendis neq. testimonia suppetunt, neque rationes, neque aliud deniq. quidquam ex ijs, quibus persuaderi homines solent.

Nonnumquam tardè, ac lentè nimis agimus: nonnumquã verò nimis concitatè.

Vocem quandoque nimis extollimus, quandoque verò remittimus: quorum alterum aures offendit, alterum verò nec attingit quidem.

Indecorè sępe agimus, atq. immodestè, vt pyrricharios vel gladiatores referre videamur.

Vociferamur abs re sæpissimè: quippe quia vel vehemẽtiorẽ vocis sonum materia de qua tractamus non exposcit; vel si exposcat, tamen Stentorea quædam vocalitas, qua vtimur, nulli est omninò materiæ accommodata.

Exordia sæpe facimus breuissima; sæpe prolixiora.

In narratione vagamur, neq. distinctè, perspicuè, atque e apta cum ratione id de quo sumus dicturi proponimus.

Confirmationes facimus parùm efficaces: Confutationesq. item infirmas, ac imbecillas.

In Epilogis, cùm prolixiores quàm par est, simus: tamen solùm quæ dicta sunt repetimus, nihilque auditorum animos cõmouemus.

Immoramur in manifestis; vt difficilioribus, & necessarioribus integrè explicandis locus reliquus non sit.

Nonnumquam eo vocis modulamine, ac veluti canore vtimur, vt non quidem concionari, sed aliquam canere cantilenã videamur.

Euangelium non ad populi vtilitatem, sed ad eruditionis nostræ, si qua est, ostentationem exponimus.

Sæpe quodam pio zelo commoti, eadem in vna, eademq́, cõcione ineptè refricamus: sæpe autem contrà, nostræ laudi inseruientes, cùm idem repetere oporteat, facere id erubescimus, ne ab auditoribus vitio nobis detur.

Nonnùmquam ipsi, nosmet prædicamus; verbumq́. Dei, vt B. Paul. ait, adulteramur.

Ceterùm quis est, qui possit omnia, quæ in concionatoribus deprehendi possunt vitia, oratione complecti?

Prçstat ergo iam, vt, his omissis, ad ea tradenda cõsilia, quibus hæc vitia declinari possint, sermonem cõuertamus. Nam ex ijs, quç diximus, quçq́. dicenda restant, quæq́. à suis vniusquisque amicis admoneri potest, non erit ei difficile, vitia, si quæ inter concionandum admittere solet, animaduertere.

Igitur primùm in genere constituimus, ea vitia, in quæ cõcionantes labimur, magna ex parte inde existere, quòd corde non simus satis mundo, ac mortificato; vel corpore non satis macerato; vel animo neq. piæ lectioni, neque sanctæ orationi verè & omnino dedito, vel quòd eam orationem, quæ ante excogitandam, & componendam concionem necessaria est, prætermittimus, ac illa quæ in superioribus de tota hac re tradita sunt præcepta contemnimus; vel quòd plura, quam par

fit, dicere conamur, neq. ijs potissimum contenti sumus, quæ futura videntur vtiliora.

Hoc constituto, erit veluti summum quoddam consilium, vt ea præstentur omnia, quæ, cum christiani concionatoris vita, studijs, & exercitationibus conueniāt: quod & toto hoc nostro opere millies repetimus, & adhuc etiam, atque etiam repetere non grauamur; nimirum; vt ne id nobis excidat, quod toties, & tanto cum animi affectu identidem commendatur.

Præterea sit secundum salutare consilium: eo præsertim die, quo concionaturi sumus, silentium seruare, & ab omni humana occupatione ante cōcionem abstinere; atq. ea tantùm, quæ dicturi sumus, meditari: item ad Templum congruo tempore, cum oculorum, totiusq. corporis modestò, humili, & graui quodam habitu accedere: & demùm, ante concionem Sacrū facere, ita vt paulò ante concionem absoluto Sacro, Christum Dominum intra pectus habeates, eiusq. præsentia accēsi, multò aptiùs, & vehementiùs concionemur.

Aliud consilium multiplex est, hęcq. maximè capita complectitur. Sit concionator in loquendo cautus, & modestus. Cautus quidem, ita vt si verba profert non nihil ambigua, quę ad prauum possint sensum detorqueri; illa explicet, sensumque catholicum amplectatur, impium verò reijciat. Modestiā verò, & in vocis sono, & in corporis situ, & motu, & in modo dicendi seruare debet: miserationemque potiùs, quàm rigorem presefer re; ac rationibus magis innitens, quàm nimis concitatus, ac veluti furore quodam, & iracundia percitus, peccata reprehendere. Nam etsi scimus Christum Dominum in Pharisæos acriter inuectum fuisse: tamen nullus credet, cùm ipse id faceret, aliquam præsetulisse iracundiæ, aut vindictæ speciem; quinimo præ dolore nimio ex Pharisæorum cæcitate suscepto, in acria illa verba prorupisse. Quod vel ex eo apparet, quòd voce illa, *Væ*, dolorem significante, sæpe vtitur. Decet verò Christianum concionatorem, cùm de peccatoribus verba facit, se in eorum etiam numerum referre; cùm

verò de

vero de sanctis, & iustis, in tertia persona loqui: hec enim sancta humilitas populum edificat.

Deinde conducit maximè, inter concionandum, publicè pro auditoribus orare: videlicet vel ad Dominum, vel ad sacram Virginem, vel ad Angelos, ac Sanctos oratione conuersa: item quę cælum ipsum, quandoque, & terram in testes appellare. Ad hæc mouere solet maximè, epiphonematis, atque exclamationibus (parcè tamen, & non sine modo) vti. Tū oportet prudenter exordiola, transitiones, & epilogos interponere: ita tamen, vt caueamus, ne eadem repetentes, prolixi videamur. Nam etsi repetere eadem, sæpe auditorum vtilitas cogit: tamen alio atque alio vocis sono, alijsque verbis, & nonnulla etiam facta additione, id est faciendum.

Præterea conuenit obsecrare auditores, vt quæ dicimus beneuoli excipiant: itemque, vt pro nobis Dominum precentur, quò vtilius ipsis diuinum verbum exponamus.

Vtile est etiam exempla nostræ ætatis in medium adducere: hæc enim, vt quæ sensibus patent, multò se magis cordibus insinuant, & auditores multò magis mouent.

Hyperbolis parcissimè, & cautè est vtendum.

Res creditu difficiles, aut grauissimæ, nunquam (vt alio admonui loco) absque testimonio proferendę.

Vtile est sæpe ea quę dicimus attemperare his vocibus: quodammodo, quadātenus, vt vulgo dici solet. Alioqui enim, quæ dicimus, sunt sæpę calumnijs multorum, præsertim improborum, exposita.

Si vehementiori aliquo impetu feraris: contine te, & aposiopesi vtere: quæ est dicendi ratio vtilissima, & efficacissima. Quare iterum, atque iterum eam omnibus commenda tam velim: sed ijs maximè, qui ardentiori zelo flagrant. Nam vbi exardescunt vehementiùs, multa illis è memoria excidunt, multa pretermittuntur vtilia, alia vero dicuntur, quę dixisse nihil oportebat.

Vtile est inter concionandum alloqui aliquādo Deum, vel sacram virginem, vel Angelos, vel Sanctos, hominesque omnis

gratulari. Quam ad vtramq; rem cōfert referre verba ex ipsa Scriptura sacra petita, quibus peccatorum maledictiones, & probra, atque iustorum benedictiones, & laudes continentur.

In testimonijs, & similitudinibus afferendis, cauere concionator debet, ne sit nimis multus. Quòd verò attinet ad testimonia, aliqua sunt sermone latino proponenda, plura verò sermone vernaculo declaranda: item aliquod ex ijs accuratè expendendum, cetera obiter, & succinctè, sed integrè, & clarè enarranda, summis tantùm capitibus indicatis. Est verò vtile, loca ex quibus testimonia sunt petita, notare.

Similia verò ne sint nimis vel alta, vel infima; sed mediocria. Itemq. neque latè nimis, neq. nimis breuiter explicētur.

Phrasis propria sit, pura, & nitida, neque affectata. Nam vt sermo rusticus, sic tumidus, grandis, & omninò quibuslibet oratorijs flosculis asperfus, dedecet concionatorem. Quare si naturâ vel arte is eloquens sit, sequatur ductum naturæ, ita tamē vt sibi ab affectatione caueat: si vero est rusticus, ex Sanctorum simul, ac doctorum hominum imitatione suum emēdare vitium conetur.

Nolit concionator vmquam phrasim, aut actionem propriam in alienam mutare. Si enim Ieremias proprium omitteret spiritum, & Esaiæ vellet fieri per similis; neqne terreret, neque alliceret. Retineat ergo vnusquisque quod à Domino accepit: neque si ad mediocrem concionandi modum vocatus est, credat se posse, vlla humana industria, ad summum peruenire. Non enim id litteræ præstant, non ars vlla humana; sed sola vocatio diuina. Quare neque illi quidquam perficient vmquam, qui si alienas conciones memoriæ mandauerint, vt tamquam suas proferant; putant se maximos concionatores euasuros. Hi enim non minùs ineptè faciunt, quàm qui exiguo corpori magnas aliquas vestes accomodant. Quamquam non eò hæc à me dicuntur, quòd in concionandi munere, imitationem plurimùm valere negem.

Consilia hæc omnia eo spectant, ut rectè concionator di-

cat,

cat, neque vel in actione, vel in oratione quidquam admittat tanto munere indignum. Sed his omnibus alia sunt addenda, quorum est vtilitas ad omnia concionatoris obeunda munera non mediocris.

Primùm igitur fingere sibi debet semper, & vbique, concionator, omnis generis auditores, suæ concioni interesse: scilicet calumniatores, ac seueros indices, illosque acutos, & doctos; atque adeo fortè nonnullos hæreticos occultos: item ex viris pijs permultos, vel incipientes, vel proficientes, vel in spiritu exercitatos: alios etiam, qui pulchra, & acuta audire cupiunt; nonnullos rudes, quos necesse est erudire: alios maleuolos, qui omnia quæ audiunt solent in deteriorem partem interpretari: quosdam qui sæpe eius concionibus inter fuerunt, alios, qui numquam eum audierint concionantem. Quod vbi secum imprimis cõstituerit: eam animo rationem inibit, vt omnibus, quoad facere possit, satisfaciat. Præterea existimabit Deum ipsum adesse; & multos Angelos, itemque malos spiritus, qui illum obseruent. Sic enim fiet, vt coram Deo reuerenter agens, & ab inimicis sibi cauens, circumspectè procedat.

Si quando accidat, vt quæ iam alias dixit, sint ei aliqua ex caussa repetenda: persuadere sibi debet, adesse multos, qui eadem illa iam ab eo audierint; itaque debet cauere, ne illis molestus, aut prolixus videatur. Sed & curare etiam debet, ne dum ab hac sibi auditorum molestia timet, sit præ nimia breuitate obscurus.

De periculis quæ inter concionandum imminent concionatoribus.

Incommoda quæ concionatoribus nõnumquam accidunt, hæc sunt. Sæpe contingit, vt vel concionatorem fessum vox deficiat; vel non ei Dominus adspiret; vel non tantum suppetat temporis, quantum est necessarium, ad omnia, quæ ex-

cogitata

cogitata sunt persequenda: ex quibus fit, vt excogitatus Epilogus non satis cum ijs quæ dicta sunt, conueniat. Sed vbi id accidat; possumus mutato vocis sono, ea quæ prætermittere cogimur, breuiter, & sumatim percensere: ijsque demum excogitatum addere Epilogum. Veluti in hunc modum. Hæc dicenda erant, Auditores, vt propositæ rei rationem totam intelligeretis: sed quando omnia explicare tempus non sinit, satis nunc fuerit insinuasse; dummodo vos ea cordibus excipiatis, & operibus præstetis. Quare obsecro vos. &c. Sed meminerit concionator, vbi hæc impendent discrimina, magno sibi adiamēto futurum, si Deum, quem sibi (vt superiùs monuimus) præsentem constituere debet, intentis animi oculis intueatur, & ab eo auxilium petat, quo, ad eius gloriam possit rectè absoluere concionem.

Hoc eodem vti debet adiumento, cùm viderit se, præ corporis defatigatione, nec memoria esse satis firma, nec promptō satis ingenio; præsertim si hoc inde proueniat, quòd negocijs, & occupationibus distractus, non potuit concionē satis præmeditari, vel ex negligentia, & infrequentia concionandi, factus est quōdammodo inhabilis. Tunc enim petere à Domino debet veniam, & misericordiam. Vtetur autem etiam hoc remedio antequam ad ipsam concionem accedat; curans Dominum aliqua pœnitentia, seu maceratione corporis, atque aliquibus misericordiæ operibus placare, spirituque principali ab eo confirmari. Quibus suam adiunget diligentiam, accuratè concionem excogitans, eamque vel totam, vel præcipua, & difficiliora capita conscribens, & mente volutans.


Hac igitur nos ratione, pericula, quæ nobis aliquando impenderunt, vitare Deo fauente potuimus.

Sed si appellatus, atque inuocatus Dominus in hisce periculis non videatur nobis præsto esse; sed vt amicos velle nos probare; patienter id feramus; eumque cum gratiarum actione benedicamus, & laudemus: nam post hanc humiliationem (quæ inter graues, grauissima est) exaltabit nos ipse, atque insperato aliquando fructu munerabitur. Sed si puniens, vt pater.

ter, commissa à nobis peccata, videatur nos derelinquere; humiliemus ipsi nos, culpam fateamur nostram, agamus poenitentiã, corrigamus mores, & si opus fuerit, recipientes nos in solitudinem, à prædicatione per aliquod temporis spacium abstineamus, donec propitium iam Dominũ promeruimus.

Hæc habui, quæ concionatoribus traderem, in ipsis habendis concionibus obseruãda.

Cap. VI. Quæ, per acta concione, obseruaturus concionator sit.



Lia hui⁹ instituti pars sequitur. In qua admonem⁹ primùm cõcionatorẽ, ne peracta cõcione, statĩ ẽ sugge stu descẽdat, si modò id liceat per corporis valetudinẽ: quinmò ibi manẽs, q̃ reliquũ est Missę audiat, & Dominũ oret, vt q̃ disseminatũ est verbũ, penetret in auditorũ viscera, altissimasq́. radices agat, & copiosissimum fructum ferat. Quod si concionator facit; circunstantem etiam populum eo ædificabit exemplo. Sed si hoc valetudo non permittit; maneat nihilominus vel tantillùm in suggestu: & inde silens, modestus, & humilis, nullamq́. gloriolę speciem præseferens, recedat. Toto verò eo die (si fieri potest) domi se contineat; nisi egrediẽdum fortè sit aliquam ob rem necessariam, & Deo specialiter gratam. Dum verò domi manet, salutantes, atque inuisentes, benignè excipiat, & christianis moribus instituat, semper, pro temporis, & aliarum circunstantiarum ratione, prudenter concionatorem agens. Item orationi vacet, atq. adeò lachrymas fundat: nimirum idquod seminauit verbum irrigãs. Quòd si serotina hora concionari expediãt, idq́. sine salutis iactura præstari possit; in cibo, & pòtu temperantiam adhibeat, & in silentio, solitudine, & quiete manens, operi se pręparet venturo. Oportet quippe populum intelligere, lectioni concionatorem, & orationi vacare; & non aliunde, quàm ab ipso Deo, ea quæ docet, accipere. Hæc enim si in eo auditores animaduertũt, atque simul eius sermoni mores (vt sæpiùs dictum est

conso-

consonare vident; fiet, vt quam doctrinam prædicat magnificiunt, atque amplectantur.

Cap. VII. De Concionatoris exercitationibus.

IN hac vltima parte, in qua dicturi sum⁹, quæ deceāt concionatorem Euangelicum exercitationes: primùm constituimus, ita illum debere erga publicam rem esse animatum, vt non solùm propriæ virtutis conscientia contentus sit, sed de proximorum etiam vtilitate spiritali, & corporali laboret. Itaque quamuis cauendum est ei, ne omnibus se immiscere negocijs videatur: tamen cùm publicę rei curam habere debeat antiquissimam, agere cum ijs debet qui Reipub. malis mederi possunt, de ijs rebus, quæ vel ad Xenodochia spectant, vel ad Orphanotrophia, vel ad Ptochotrophia, aliaue huiusmodi, vel pauperes carcerib⁹ eximendos, vel ad fœminas, quæ ex vitæ sordibus, ad meliorem frugem reduci volunt, honestè recipiendas. Quòd si his omnib⁹ in ciuitate, opportuno aliquo remedio publicè cōstituto, non consulitur; concionatoris erunt partes, curare, vt id fiat. Quod certè faciet is diligenter, si sæpe ei in memoriam vene Christi Domini, qui ex datis sibi eleemosynis, pauperibus subueniebat; atque etiam Beati Pauli, qui docuit nos concionatores, vt pauperum memores simus, quique ipse coactam à se eleemosynam ex longinquis Regionibus ad Hierosolymita nos Christi discipulos attulit. Igitur nullum opus misericordię publicum, vel priuatum est à concionatore omittendum: im mô ita seriò omnia præstanda, vt ad eos qui aliquo labore prę muntur subleuandos, sæpe Gubernatores, ac Patres Reipub. Principesq́. ac Reges ipsos adeat: ita tamen, vt neque lectionis, vel orationis quidquam prætermittat, neque plus iusto solicitus, aut importunus ijs cum quibus egerit, videatur.

Demum vt ijs quę diximus colophonem, & quasi summam omnia complectentem adiungamus, meminerit cōcionator, missum se esse tamquā agnū inter lupos; atq. esse debere prudentem

dentem vt ferpentem, fimplicem verò vt columbam. Quare Chiſtum crucifixum, vt propriũ ſibi ſcopum proponat, eiuſq. honorem, & gloriam, populiq. ædificationem totis viribus procuret. Quòd ſi hoc animo futur' nõ eſt; relinquat obſecro alijs concionandi prouinciam: etenim non prodeſſe, quàm obeſſe, minus eſt malum.

Hæc habui quæ toto hoc libro Octauo, ac vltimo, de concionandi vſu ſcriberem, cùm ex noſtris, tum etiam ex aliorum concionatorum experimentis deprehenſa. Quæ quamuis nõ dubito, quin ſuperuacanea, aut grauia nimis aliqui iudicent; vt pote quibus nihil aliud curæ eſt, quàm pulchram memoriæ commẽdare concionem, eamque, vti facere ſolent in ſcholis pueri, publicè recitare: tamen nos illis contulimus, qui Chriſti Ieſu amorem, & obſequium, vt finem ſibi, & ſcopum, in quem ſua omnia dirigantur, propoſuerunt.

Totius Operis peroratio.



QVidquid in toto hoc opere, nulli labori parcens, aſſequi, Deo adiuuẽte potui, id tuæ, cariſſime Lector, vtilitati, nõ meo nomini cõſulẽs, ĩ lucẽ proferre decreui. Faxit pijſſimus ille, qui & Magiſter, & Dñs, & Deus noſter eſt, Ieſus Chriſtus, vt ex hoc labore, magna illa gloria, tibi verò emolumentum non mediocre obueniat. Tu ergo, ſi concionatoris ſcopum, officia, & materiam; ſi excogitandi, & diſponendi artem, atque exornandi etiam aliqualem cognitionem, itemque concionis recitandæ, ac memoriæ iuuandæ modum; ſi alia quædam pecularia concionatoris inſtrumenta; ſi copioſam materiæ ſuppellectilem; ſi denique concionandi vſum tenere cupis: id totum ex ijs, quæ pro noſtrarum viriũ exiguitate, cùm ex noſtris, tum ex alienis experimẽtis tradimus, poteris deprehendere. Neque verò, ſi quicquam hac in re de te benemeriti ſumus, aliam gratiarum actionem deſideramus, quàm vt quamcũque ex noſtro hoc opere vtilitatem ceperis, Chriſto Ieſu acceptam referas; atque in ædificandis proximis, cetera omnia poſt habens, neque vllis ſæcularibus negocijs te

immiſcens

immiſcens, omnes ingenij & induſtriæ tuæ neruos cõtendas. Præcipit enim tibi ille viuorum, ac mortuorum iudex Chriſtus Ieſus, vt eas, & fructũ afferas; vt prædices opportunè, & importunè; vt arguas, obſecres, increpes in omni patientia, & doctrina, vt proximis exemplo ſis; vt denique Chriſti Ieſu miniſtrum te diligentem, atque myſteriorum eius fidelem diſpenſatorem oſtendas, Chriſtianoque populo tritici menſurã in Chriſti nomine tribuas.

Non autem ſine Dei munere factum eſt, vt quo tempore huius operis editionem cogitabam, ne vota noſtra felici exitu fraudarentur, præclarus ille, & verè aureus liber (cui titulus eſt Inſtructiones Prædicationis verbi Dei) editus nuper iuſſu perſancti, & doctiſſimi viri Caroli S. R. E. tituli ſanctæ Praxedis Cardinalis, in meas manus venerit. Statim enim atque illum vidi, ingentes Domino gratias egi, quòd tam præclarum mihi opus obtuliſſet; vt ſcilicet eo, meum hoc rude, atque impolitum, tanquam auro ferrum, decorarem. Curaui igitur illud hoc loco adiicere, vt & quæ à nobis dicta ſunt, videre ſtatim poſſit Lector tanti viri auctoritate confirmata, & alia multò plura, maioriſque momenti diſcat, ex quibus plurimum eivtilitatis ad concionandi vſum accedet. Docetur enim ibi, qualis eſſe debeat concionatoris vita, qualis doctrina, qualis ad concionandum præparatio, ſimulque concionum materia iuxta circunſtantias omnes deſignatur; vt tædere iam neminẽ debeat noſtratum opinionum, quandoquidem ſunt tam præſtantis viri doctrinæ perſimiles. Accipe igitur Lector has omnes elucubrationes, quæ in tui gratiam, diuino adſpirante numine, in lucem prodeunt; eaſque (ſi concionatoris munus in Chriſti gloriam, in tuam vtilitatem, & proximorum ædificationem obire cupis) attentè conſule, ſtudioſè euolue, tuiſque vſibus acommoda.

Finis totius Operis.

Excuſatio

Excusatio Auctoris, ac veluti Apologia, ad eos qui in hoc opere aliquid reprehensione dignum iudicauerint.

ETsi non dubito futurum, vt ex ijs præsertim, qui me de sacra ratione concionandi è Cathedra docētem audierunt, quique me de facie norunt, meumque ingenium, ac naturam perspectam habent, multi meum hunc laborem probent: tamen existimo futuros esse permultos, quibus plura in hoc opere reprehensione digna videantur Quidam enim phrasim, ac dictionem simplicem & inornatam reprehendent: quidam multa me ex humanis artibus petita immiscuisse conquerentur: nonnulli aduersus Promptuaria clamabūt; vel superuacanea illa iudicantes; vel (vt sunt varia hominum ingenia) perfecta, & absoluta potiùs requirentes: plerique nimiam eiusdem rei in pluribus locis repetitionem fastidibunt: multi conciones, vt indoctas, & nullo perfectas ingenio contemnent: aliqui denique hoc mihi superbiæ adscribēt, quòd post totà viris clarissimis edita de hoc argumento volumina, ausus sim ego omnium minimus hoc emittere foras. His ergo omnibus nunc ideò satisfaciendum censeo, ne vllus in me scandalizetur. Ego enim (ni fallor) nō philautia adductus pro me nunc certo; sed caritate commot' consilij mei rationem lectoribus expono.

Primùm ergo generatim, non solùm eos, qui hunc librum, sed eos etiam, qui alium quemlibet ex meis legerint, monitos volo, me ab amicis neque indoctis, neque imprudentiùs impulsum omninò fuisse ad scribendum. Quod cùm ita sit: mirari nemo debet, quòd ijs potiùs crediderim, quàm aliorum iudicia formidarim. Nam cùm nihil sit in rebus humanis certum, nihil non in varijs hominum controuersijs, ac opinionibus positum: non est, quòd vnam magis quàm aliam sequi opinionem cogar.

Sed vt de toto hoc genere iam speciatim differam; primùm quòd attinet ad phrasim; eo sum à Domino affect' beneficio, vt orationis elegantia, & splēdore non capiar: non quòd eloquentiam

quentiam damnem, vel parui faciam, sed quòd mediocritate quadam contentus, perspicuè magis, quam compte loqui nitor; quippe quia mihi iam diu persuasi, in maiori verborum exilitate, maiores fortasse ad proximorum ædificationẽ latere thesauros.

Deinde, vt ad obiectionẽ aliam, quæ facilior est, accedam: cùm videam hodie, à Theologis nostris (qui se totos ad scrupulosas quasdam, quas vocant scholasticas, disputationes conuerterunt) veram Dialecticam, quæ in inueniendo, & disponendo est posita, penitùs exsibilari; Rethoricam autem, vt peregrinam reijci, ac tandem Poëticę nec nomen quidem in eorum scholis audiri: conatus sum, harum artium, quæ haud dubiè Theologis concionatoribus necessariæ sunt, aliqua tradere precepta. Vtinam sic Latinam etiam, vel Græcam linguam, atque adeò Grammaticam ipsam, cunctis notam facere possem. Cur enim, vel si doctissim' ego Theologus essem, non me ad hæc leuiora, proximorum vtilitate commotus, demitterem?

Iam verò si Promptuaria tanquam inutilia damnẽt illi, qui non sunt in habendis concionibus exercitati; meminerint illius antiqui adagij: *Dulce bellum inexpertis*. Etenim qui frequentes cõcionari solent (prætertim si in eadem vrbe permultos annos commorentur) ij sunt qui intelligunt, quãtùm insit in promptuarijs adiumenti, atque præsidij. Sed si alij appellent me tanquam malum debitorem, quòd breuia quædam tantummodo promptuariorum initia tradiderim: his ego imprimis meam fateor tenuitatem, & inopiam; deinde etiam adijcio, mihi tantum tẽporis non fuisse, quantum huic operi absoluendo erat necessarium. Sed & aliud est præterea quod leuiorem hãc meam culpam facit: scilicet, quòd promptuariorum hæc est natura, vt extremam manum non admittant; quinimo nouam semper recipiant accessionẽ. Futurum autem est vtilius, initia tantùm eorum commonstrasse, & id totum, quod reliquum est operis, singulis concionari volentibus prætermisisse; cùm ea quæ proprio sibi quisq. labore pa-

rat, firmiùs hæreant memoriæ, & perfectiùs intelligantur.

Superfluæ autem repetitionis vitium, quod mihi opponi solet, hanc habet excusationem: quòd ea, quæ me penè obruunt negocia, subcisiuis me tantùm horis scribere permittunt: quo sæpe fit, vt multa iam alio loco dicta, quæ propter temporis intercapedinem mihi exciderunt, inutiliter repetã. Cui & hoc accedit, quòd cùm in schola publicè rationem concionandi docerẽ, reuersus domũ, singulis diebus, ea quę auditoribus prę legeram, scripsi: vnde accidit, vt cùm sæpe (methodo doctrinę, vel etiam prudentiæ id efflagitante) eadem varijs in locis eisdẽ auditoribus proposuerim; hanc non potuerim in libri scriptione repetitionem vitare. Sed fateor præterea, hũc scribendi modũ mihi numquã displicuisse: quem nõ solùm à sacris scripturis, sanctisque Patribus non esse alienum comperi; sed neque ab ipso Aristotele, qui diuersis in locis eadem sępe solet iterare. Quid enim est incõmodi, si quod ad exactã singularũ rerũ cognitionẽ cõducit, quodq; memoriã iuuat, & laborẽ alia loca inuestigandi minuit, mutatis verbis, & mutata methodo, breuiter repetatur? Si cui superuacaneũ hoc videtur, id omittat: si cui verò vtile, legat. Quò fiet, vt non possit vllus molestã hanc appellare repetitionem; cùm possit quicumque velit, superflua præmittens, ad vlteriora transire. Sed si quis dicat, hanc repetitionem non decere viros doctos: is intelligat, cum cui proposita est lectorum vtilitas, hoc tantùm fructu esse contentum. Vtinam tractatum alium de ratione intelligendi, interpretandi, & amplificandi sacram Scripturam, quem auditoribus etiam meis in Schola prælegi, in lucem edere possem: certè non puderet me, illa quæ de inuentione, & Dispositione in hoc opere scripsi, ibi repetere; quæ quidem propter auditorum recens aduentantium vtilitatem, coactus sum cùm prælegerem iterare. Quòd si quis, ad huc me vrgens, conferat totam hanc culpam in ignorantiam meam, & sterilem prolixitatem: huic ego non resistam: orabo tamen eum, vt mihi ignoscat; & intelligat, si non acutis, & doctis, atijs qui medio-

cri va-


cri valent ingenio, meam hanc vilem esse posse repetitionem. Ego enim ita mecum statui: nequaquam me ad res magnas, sed ad tenues, & humiles vocatum esse à Deo; si modo vocatus sum.

Nunc vt ad conciones accedamus, illæ quidem à me non solent haberi, vt ab alijs magni nominis concionatoribus, doctissimę, acutissimæ, multisq; similiũ, & allegationum millibus stipatæ, non item elegantes, & comptæ, neq. omni ex parte Rhetorum statera appensæ: at, quæ (Christo Iesu gratia) doctrinam contineãt piam, catholicam, solidam, ex Euangelij scilicet visceribus exortam, simplicibusque cordibus accomodatam.

Tandem commodam habet responsionem obiectio vltima, de alijs huius argumenti operibus, quæ aliqui ante me viri doctissimi conscripserunt. Sunt enim illa præstantis ingenij, ac perspicacis iudicij lectoribus accommodata, hoc verò meũ, alijs humilioribus, & minùs doctis aptum: quibus vtile (ni fallor) erit, non modò ad concionandum, sed etiam ad exomologeses audiendas, atque adeò ad omne gens disputationis.

Sed iam in nobis defendendis plùs fortasse quàm docuit sumus immorati.

Auctoris Responsum de Concionandi ratione, roganti cuidam Concionatori datum.


Berit nihil, immò proderit maximè, adiũgere hoc loco, veluti in modũ summæ, responsũ quoddã, quod memini me dedisse pio cuidã viro, atq. in cõcionãdi munere laudabiliter quidẽ exercitato. Is enim (vt erat singulari præditus humilitate) petijt à me, vt aliqua sibi consilia

præſcriberem, quibus adiutus Verbum Dei prædicare commodiùs poſſet. Quam ego petitionem, cùm ex corde quodã, ſancta humilitate imbuto, atque diuina caritate accenſo, profectã eſſe viderẽ: coactus ſum, viro alioqui perito, à quo me diſcere ſatiùs fuiſſet, hæc tradere conſilia, partim ab alijs accepta, partim à me ipſo proprijs experimentis deprehenſa.

Primum igitur ſtatuere ſecum concionator debet, ſe ad concionandi munus à Deo eſſe vocatum. Quomodo enim prædicabit, niſi (vt B. Paul. ait) à Deo mittatur?

Præterea vitam debet agere concionatore dignam. Quomodo enim arbor mala, fructus bonos faciet? Certè qui docuerit, & non fecerit, hic minimus vocabitur in regno cœlorũ: tantumq. aberit vt perficiat quidquam, vt potiùs contemnendi Verbi Dei cauſſam ſit daturus.

Debet item concionator non quærere quæ ſua ſunt: ſed quę Chriſto gloriæ, proximis autem vtilitati ſint futura: alioqui enim (vt inquit B. Paul.) Verbum Dei adulterabit.

Debet eſſe præterea ad ſuſtinendas quaslibet iniurias paratus: quippe cum veluti agnus inter lupos mittatur, modò hãc, modò illam acerbitatem perpeſſurus: adeò, vt ſi aliter illi cõtingat, videri poſſit, nõ euãgelicè prorſus ipsũ euãgeliũ prędicare.

Deinde habere debet ſibi maximè perſuaſum, in ſapiẽtia humana non eſſe confidendum: ne ſcilicet Chriſti crux euacuetur. Non enim ex humanæ ſapientiæ vi, ſed ex diuino ſpiritu, atque virtute, prædicationis fructum licet expectare. Verba ſiquidem grauia, ſolida, atque ſincẽra, ex intimis præcordijs, vnà cum Dei ſpiritu erumpentia: hæc ſunt veluti ſagittę potentis acutę, quæ vt à corde proficiſcuntur, ita ad vltimos vſque cordium receſſus penetrant.

Conſueuciſſe etiã cum oportet, ſingulis diebus caput aliquod ex ſacris litteris, præſertim ex B. Paul. aut etiam ex Prophetis, ſibi priuatim explicare: vt ita diuinum ſenſum, & phraſim imbibat.

Pręterea aliquem ex ſanctis Patribus ſibi potiſſimùm eligere debet in magiſtrum, quẽ ſemper ob oculos habeat, cuius ſcri-

pta numa

ptā numquam è manibus deponat, quem denique imitari nitatur. Non enim in oratione solùm, a'ijsque huiusmodi pijs exercitationibus, sed in sacra etiam lectione debet esse versatus, vt bonum è corde verbum eructet.

His ergo præsidijs munitus concionator, vbi concionem aliquā erit habiturus, contendat à Domino, peculiari quadam (præter ordinariam) adhibita oratione, vt & res, & phrasim, & modum, atque ordinem concionis illi inspiret. Deinde ex Patribus sanctis, vel interpretibus doctis, & pijs, aliquem præsertim consulat, notans tamen simul quæ illi Dominus inspirauerit. Eum enim (vt diximus) intenta consideratione consulere imprimis debet, vt ab eo accipiat, quæ pro præsenti tempore, & pro alijs circunstantijs, futura sint auditoribus vtiliora. Hoc enī si fecerit, sperare decet, Dominū illi haud dubiè affuturū.

Præterea, si quod, in proposito Euāgelio, Fidei dogma cōtineatur; si qua virtus cōmēdetur; si quod reprehēdatur vitiū; si qua de Sacramēto, rituq́ aliquo Ecclesiæ tradatur doctrina; si quis denique locus communis inducatur; inquirere debet diligenter, quæ figuræ, quæ similia, quę ex B. Paulo, aut ex Prophetis testimonia, in ipsum Euangelium aptè conueniant.

Si exordiū ex Euāgelio ipso, vel ex Epistola, vel ex alia Officij diuini parte sumere possit; erit illud quidē & vtile, & iucūdū. Sin minùs, cōmune faciet exordiū; dūmodò statui statibusúe cōcionis illud accomodet. Petere vero exordium potest à testimonio, à figura, à simili. Quòd si breuem ipsius Euangelij enarrationē (vt fieri solet) exordij loco prǫponat; addere debet in fine, quę sint ei, ex toto illo Euangelio, explicanda; quantāq́ & vtilitatem, & difficultatem contineāt: cui tamen addere debet, si auditores attenti adfuerint, & à Domino gratiam postulauerint, futura omnia esse intellectū facilia.

Si vnus sit concionis status; ab imis principijs ducendus est.

Vbi in Euangelio miraculum continetur: id totum ad ægritudinis spiritalis curationem est traducendum. Est verò in hoc, methodus communis, & iam satis nota: ostendere qualis ægritudo illa sit; itemq. ægritudinis caussas, effecta, signa, & remedia.

perse-

persequi.

Talis ergo futura est concio. Quam vbi præmeditatꝰ sic fuerit concionator; rursus spiritum ad ea quę excogitauit tractanda petat à Domino; librosq́, etiam, si opus fuerit, reuoluat.

Non debet concionator aut verborum splẽdorem, aut subtilia, & arguta, vel etiam deuota (vt dici solet) quædam dicta affectare: sed doctrinæ solidæ, sinceræ, graui, atque cum diuinis præceptis, & consilijs maximè cõsentaneę, totus incumbere. Equidem non omninò ea quæ pulchra, & subtilia sunt, reijcio: sicuti neq. Rhetoricæ, ac Dialecticæ vsum damno: sed modum in his esse adhibendum censeo. Omnis enim aut verborum, aut sententiarum splendor, rapit auditorum animos, & à rerum ipsarum, quæ prædicantur, consideratione abducit. Quantumuis enim mundus obganniat, & obijciat nobis, alliciendos esse huiusmodi lenocinijs homines, vt verbum Dei concupiscant: audiendus certè non est: cùm experimenta doceant, his blandimentis auditores ita capi, vt in ijs tantùm, nihil ampliùs attendentes, acquiescant. Quare ita se comparet concionator, vt & in rebus, & in vocibus, ipsam Scripturam sacram, quoad possit, sanctosque Ecclesiæ Doctores referat, atq. exprimat: nimirum pondus, grauitatẽ, & sinceritatem, non autem vllomodo venustatẽ affectans. Non enim licet nobis mundo iam senescente, prædicationis modũ mutare; quem exante mille, & quadringentos annos retinet Ecclesia; quemque & scriptura docet; & Sancti omnes suo exemplo suadent; & nascentium nunc Sanctarum Religionum vsus, viriq. omnes pij, & humiles retinent; & sancta denique Tridentina Synodus commendat. Quid enim? Plus apud nos poterit leuissimorum quorundam, & superborum hominum exemplum, quàm sancta, & apostolica auctoritas? Non est discipulꝰ supra magistrum, neq. legatus est maior eo, à quo missus est. Quare Christi Iesu, atque discipulorum eius doctrinam, & phrasim imittemur: præsertim verò D. Pauli, quem seminiuerbium (hoc est frequenter verbum Dei seminantẽ) non tamẽ in verbi sapiẽtia loquentẽ homines incusabat.

Esſis

Estis certè seminiuerbi, & ad Pauli similitudinem accedit, qui tametsi non eleganter loquatur, tamen seminat Dei verbum: quod quidem vtcunque seminatum, in æternum manet. Cui & hoc addendum est, quòd si Euangelica est doctrina; dubitari non potest, quin esse quoq. debeat phrasis Euangelica. Mũdo enim, vel etiam carni nostræ ad malum propẽsissimæ, nihil est indulgendum: cùm non flosculis, sed cãdenti ferro, grauia, & inueterata vulnerã sanentur. Neque verò verbum Dei humanis salibus indiget. Non enim aurum opus habet terra; non lux vmbris. Vnde in prędicatione Euangelica, humanæ artes nullum principem habent locum; sed tanquam ministrę, & ancillę, diuino verbo subseruiunt. Igitur nemo sit iam ex concionatoribus, qui ineptas mundi voculas audiat. Quis enim mundo auctoritatem dedit, ad ferendum de diuinã prædicatione iudicium? Quamquam neque ipsi certè mundani (præsertim si sint ex electis, propter quos omnia sustinenda sunt) sincerum, & graue Christi verbum fastidire audent; quinimò illud reuerentur: & aliquando tãdem, sępiùs eo audito, ad bonam mentem conuertuntur. Sed de his iam satis: de quibus etiã in nostri operis de Sacra ratione concionãdi lib. 1. cap. 6. & sparsim etiã per totũ opꝰ latè disseruimus.

Ad hæc vti debet concionator graui, & modesta actione; non histrionica, aut effœminata: non item cõcitata; sed quę caritatem potiùs, & animum in Dei gloriam, & proximorũ ædificationem propensum, quàm iracundiam, vel indignationem præseferat. Sed de hoc etiam nos sępe in quinque libris prioribus de sacra ratione concionandi, atque etiam in octauo diximus.

His omnibus addenda sunt alia duo, quæ consultò in hunc postremũ locum ideò reseruauimus, quia reliquorum veluti summam continent, suntq. totius concionandi rationis principium, medium, & finis.

Primum est; debere concionatorem intelligere, diuinum planè esse concionandi munus; itaque omnia quæ necessaria illi sunt, esse à Deo potissimùm implorãda. Nã etsi præter

spiritũ,& diuinã vocationẽ, humana & sciẽtia, & diligẽtia adhibẽda est: tamẽ postquã cõcionator id q ars præcipit effecerit, attollere ad Deum mentẽ, & cogitationem debet, omniaq. ab eo expectare: omnia inquam; hoc est res, methodum, memoriam, actionem, singulas etiam voces, atque id denique totum, quod tanto est obeundo muneri necessarium.

Alterum est: qualisquisque concionator fuerit, & qua fuerit ratione erga proximos affectus; talem eius futurã esse prædicationem. Nam qui verè Deum, ipsosque etiam proximos in Deo diligit; hic quemamodũ non à mortiferis solùm peccatis ipse cauet, sed omnibus in rebus placere Deo cupit; sic etiã proximos (vt potè quos ex intimo cordè diligit) conatur in hanc eandem inducere perfectionem. Quare Euangelium is prædicat; perfectam sanctitatem commendat; Christi consilia docet; & ad mandata (ut dici solet) minima homines adhortatur: contra verò, quæ mundani peccata minuta, atque adeò ferè non peccata reputant; hæc, vt Christi consilijs repugnantia, acriter reprehendit. Quod autem hæc sit doctrina Christiano concionatori potissimùm prædicanda, docet ipse Christus Dominus, qui in sermone, quem in monte habuit, clausulam tandẽ adhibuit dicẽs: *Estote ergo perfecti. &c.* Quem sequutus Paul. in hoc laborauit, vt omnẽ hominem in Christo perfectum redderet. Cui hoc accedit, quod Dominus ipse iussit Euangelium prædicari omni creaturæ: Euangelium autem, Fidei, & morum doctrinam perfectissimam, & legi præstantem, atque spiritum filiorum Dei comprehendere, nemo vel mediocriter doctus dubitabit.

Sed si quis, cùm omnia, quæ diximus, præstiterit, & gratiã à Domino petierit, ad hûc sentiat se quodammodo aridum, ac sterilem: ne, obsecro, animum despondeat; fidelis enim Deus negare se petentibus non potest: quinimo, quò quis perseuerauerit magis, & maiores difficultates superauerit; eò maius thesaurum, tametsi diu desideratum, inueniet. Vnde non absre vsq. ab antiqua illud acceperim? Ecclesia: *Facienti quod in se est Deus nõ denegat gratiã.* Igitur nullis huiusmodi difficultatibus

ficultatibus ò concionator, à suscepto concionandi munere deterrearis.


Porrò si postquam concionatus es, non tibi res ex animi sententia cedat, diuinumque non tibi videatur auxilium affuisse; vel si laboris tui fructum nullum colligas; vel si auditoribus displiceas; vel si ab ijs qui honestiori loco sint despiciaris; vel si à populari tantùm turba audiaris; vel si alia denique huiusmodi tibi accidere videas: noli quæso angi, aut mœrere: quinimò Deo tua omnia cõmitte, & quolibet euentu contentus esto. Nam cùm pro tua virili parte conatus fueris tuo muneri satisfacere; tametsi aliquid fortè imprudẽs admiseris: futurus non est tibi Dominus iudex rigidus, sed pius pater, & misericors. Non enim imparem tuis viribus à te operam requirit; sed diligentiam quandam humanam, scientiam mediocrem, & voluntatem ad prædicãdum in eius gloriam verbum maximè propensam. Hæc igitur si animaduertas, impositam tibi concionandi prouinciam non depones: immò alacriter sustinebis. Illucebit autem aliquis tandem dies, in quo diuinum tibi affulgeat numen: quod quidem ijs, qui corde afflicto sunt, semper adesse solet, rectosq́ & humiles spiritu saluare. Interim tamen fac, vt auditorum corda lacrymis (saltem spiritalibus) irriges, & fœcundes; petens scilicet à Domino vt illis gratiam impertiat suam: itemque cura, vt eadem publicis & priuatis misericordiæ operibus confirmes, candidisque moribus informes.

Neque verò te ad ferendos fructus maximos, sed ad mediocres, & fortè minimos vocatum esse à Domino credas: vllúmue tibi alium honorem, quàm eum quem tibi Dominus designauerit, assumas. Non enim Sancti omnes pari muneris dignitate, aut æquali prædicationis efficacia, & vi excelluerunt. Felix ille, qui humilis, & obediens, suo munere fungitur; & id ministerium, ad quod vocatus est, tametsi sit in Ecclesia minimum, honorificentissimum sibi, ac longè suis superius meritis existimat: itaque nihil aliud curat, quam vt diuinæ obsequatur voluntati; eiq́ si minùs se videt satis fecisse;

ter, commissa à nobis peccata, videatur nos derelinquere, humiliemus ipsi nos, culpam fateamur nostram, agamus poenitentiã, corrigamus mores, & si opus fuerit, recipientes nos in solitudinem, à prædicatione per aliquod temporis spacium abstineamus, donec propitium iam Dominũ promeruimus.

Hæc habui, quæ concionatoribus traderem, in ipsis habendis concionibus obseruãda.

Cap. VI. Quæ, per acta concione, obseruaturus concionator sit.



ALia hui⁹ instituti pars sequitur. In qua admonem⁹ primùm cõcionatorẽ, ne peracta cõcione, statĩ è suggestu descẽdat, si modò id liceat per corporis valetudinẽ: quinmò ibi manẽs, ꝙ reliquũ est Missę audiat, & Dominũ oret, vt ꝙ disseminatũ est verbũ, penetret in auditorũ viscera, altissimasq́. radices agat, & copiosissimum fructum ferat. Quod si concionator facit; circunstantem etiam populum eo ædificabit exemplo. Sed si hoc valetudo non permittit; maneat nihilominus vel tantillùm in suggestu: & inde silens, modestus, & humilis, nullamq́. gloriolę speciem præseferens, recedat. Toto verò eo die (si fieri potest) domi se contineat; nisi egrediẽdum fortè sit aliquam ob rem necessariam, & Deo specialiter gratam. Dum verò domi manet, salutantes, atque inuisentes, benignè excipiat, & christianis moribus instituat, semper, pro temporis, & aliarum circunstantiarum ratione, prudenter concionatorem agens. Item orationi vacet, atq. adeò lachrymas fundat: nimirum idquod seminauit verbum irrigãs. Quòd si serotina hora concionari expediat, idq́. sine salutis iactura præstari possit; in cibo, & potu temperantiam adhibeat, & in silentio, solitudine, & quiete manens, operi se pręparet venturo. Oportet quippe populum intelligere, lectioni concionatorem, & orationi vacare; & non aliunde, quàm ab ipso Deo, ea quæ docet, accipere. Hæc enim si in eo auditores animaduertũt, atque simul eius sermoni mores (vt sæpiùs dictum est

consonare vident; fiet, vt quam doctrinam prædicat magnificiunt, atque amplectantur.

Cap. VII. De Concionatoris exercitationibus.

IN hac vltima parte, in qua dicturi sum⁹, quæ deceāt concionatorem Euangelicum exercitationes: primùm constituimus, ita illum debere erga publicam rem esse animatum, vt non solùm propriæ virtutis conscientia contentus sit, sed de proximorum etiam vtilitate spiritali, & corporali laboret. Itaque quamuis cauendum est ei, ne omnibus se immiscere negocijs videatur: tamen cùm publicę rei curam habere debeat antiquissimam, agere cum ijs debet qui Reipub. malis mederi possunt, de ijs rebus, quæ vel ad Xenodochia spectant, vel ad Orphanotrophia, vel ad Ptochotrophia, aliaue huiusmodi, vel pauperes carcerib⁹ eximendos, vel ad fœminas, quæ ex vitæ sordibus, ad meliorem frugem reduci volunt, honestè recipiendas. Quòd si his omnib⁹ in ciuitate, opportuno aliquo remedio publicè cōstituto, non consulitur; concionatoris erunt partes, curare, vt id fiat. Quod certè faciet is diligenter, si sæpe ei in memoriam vene Christi Domini, qui ex datis sibi eleemosynis, pauperibus sub ueniebat; atque etiam Beati Pauli, qui docuit nos concionatores, vt pauperum memores simus, quique ipse coactam à se eleemosynam ex longinquis Regionibus ad Hierosolymita nos Christi discipulos attulit. Igitur nullum opus misericordię publicum, vel priuatum est à concionatore omittendum: im mò ita seriò omnia præstanda, vt ad eos qui aliquo labore prę muntur subleuandos, sæpe Gubernatores, ac Patres Reipub. Principesq. ac Reges ipsos adeat: ita tamen, vt neque lectionis, vel orationis quidquam prætermittat, neque plus iusto solicitus, aut importunus ijs cum quibus egerit, videatur.

Demum vt ijs quę diximus colophonem, & quasi summam omnia complectentem adiungamus, meminerit cōcionator, missum se esse tamquā agnū inter lupos; atq. esse debere pru-

dentem

dentem vt serpentem, simplicem verò vt columbam. Quare Chistum crucifixum, vt propriũ sibi scopum proponat, eiusq. honorem, & gloriam, populiq. ædificationem totis viribus procuret. Quòd si hoc animo futur' nõ est, relinquat obsecro alijs concionandi prouinciam: etenim non prodesse, quàm obesse, minus est malum.

Hæc habui quæ toto hoc libro Octauo, ac vltimo, de concionandi vsu scriberem, cùm ex nostris, tum etiam ex aliorum concionatorum experimentis deprehensa. Quæ quamuis nõ dubito, quin superuacanea, aut grauia nimis aliqui iudicent; vt pote quibus nihil aliud curæ est, quàm pulchram memoriæ commẽdare concionem, eamque, vti facere solent in scholis pueri, publicè recitare: tamen nos illis consulimus, qui Christi Iesu amorem, & obsequium, vt finem sibi, & scopum, in quem sua omnia dirigantur, proposuerunt.

Totius Operis peroratio.



QVidquid in toto hoc opere, nulli labori parcens, assequi, Deo adiuuẽte potui, id tuæ, carissime Lector, vtilitati, nõ meo nomini cõsulẽs, ĩ lucẽ proferre decreui. Faxit pijssimus ille, qui & Magister, & Dñs, & Deus noster est, Iesus Christus, vt ex hoc labore, magna illa gloria, tibi verò emolumentum non mediocre obueniat. Tu ergo, si concionatoris scopum, officia, & materiam; si excogitandi, & dispo nendi artem, atque exornandi etiam aliqualem cognitionem, itemque concionis recitandæ, ac memoriæ iuuandæ modum; si alia quædam pecularia concionatoris instrumenta; si copiosam materiæ supellectilem; si denique concionandi vsum tenere cupis: id totum ex ijs, quæ pro nostrarum virium exiguitate, cùm ex nostris, tum ex alienis experimẽtis tradimus, poteris deprehendere. Neque verò, si quicquam hac in re de te benemeriti sumus, aliam gratiarum actionem desideramus, quàm vt quamcũque ex nostro hoc opere vtilitatem ceperis, Christo Iesu acceptam referas; atque in ædificandis proximis, cetera omnia post habens, neque vllis sæcularibus negocijs te

immiscens

immiſcens, omnes ingenij & induſtriæ tuæ neruos cōtendas. Præcipit enim tibi ille viuorum, ac mortuorum iudex Chriſtus Ieſus, vt eas, & fructū afferas; vt prædices opportunè, & importunè; vt arguas, obſecres, increpes in omni patientia, & doctrina, vt proximis exemplo ſis; vt denique Chriſti Ieſu miniſtrum te diligentem, atque myſteriorum eius fidelem diſpenſatorem oſtendas, Chriſtianoque populo tritici menſurā in Chriſti nomine tribuas.

Non autem ſine Dei munere factum eſt, vt quo tempore huius operis editionem cogitabam, nę vota noſtra felici exitu fraudarentur, præclarus ille, & verè aureus liber (cui titulus eſt Inſtructiones Prædicationis verbi Dei) editus nuper iuſſu perſancti, & doctiſſimi viri Caroli S. R. E. tituli ſanctę Praxedis Cardinalis, in meas manus venerit. Statim enim atque illum vidi, ingentes Domino gratias egi, quòd tam præclarum mihi opus obtuliſſet; vt ſcilicet eo, meum hoc rude, atque impolitum, tanquam auro ferrum, decorarem. Curaui igitur illud hoc loco adiectere, vt & quæ à nobis dicta ſunt, videre ſtatim poſſit Lector tanti viri auctoritate confirmata, & alia multò plura, maioriſque momenti diſcat, ex quibus plurimum ei vtilitatis ad concionandi vſum accedet. Docetur enim ibi, qualis eſſe debeat concionatoris vita, qualis doctrina, qualis ad concionandum præparatio, ſimulque concionum materia iuxta circunſtantias omnes deſignatur; vt tædere iam neminē debeat noſtrarum opinionum, quandoquidem ſunt tam præſtantis viri doctrinæ perſimiles. Accipe igitur Lector has omnes elucubrationes, quæ in tui gratiam, diuino adſpirante numine, in lucem prodeunt; eaſque (ſi concionatoris munus in Chriſti gloriam, in tuam vtilitatem, & proximorum ædificationem obire cupis) attentè conſule, ſtudioſè euolue, tuiſque vſibus acommoda.

Finis totius Operis.

Excuſatio

Excusatio Auctoris, ac veluti Apologia, ad eos qui in hoc opere aliquid reprehensione dignum iudicauerint.

ETsi non dubito futurum, vt ex ijs præsertim, qui me de sacra ratione concionandi è Cathedra docētem audierunt, quique me de facie norunt, meumq́ue ingenium, ac naturam perspectam habent, multi meum hunc laborem probent: tamen existimo futuros esse permultos, quibus plura in hoc opere reprehensione digna videantur Quidam enim phrasim, ac dictionem simplicem & inornatam reprehendent: quidam multa me ex humanis artibus petita immiscuisse conquerentur: nonnulli aduersus Promptuaria clamabūt, vel superuacanea illa iudicantes, vel (vt sunt varia hominum ingenia) perfecta, & absoluta potiùs requirentes: plerique nimiam eiusdem rei in pluribus locis repetitionem fastidibunt: multi conciones, vt indoctas, & nullo perfectas ingenio contemnent: aliqui denique hoc mihi superbiæ adscribēt, quòd post totà viris clarissimis edita de hoc argumento volumina, ausus sim ego omnium minimus hoc emittere foras. His ergo omnibus nunc ideò satisfaciendum censeo, ne vllus in me scandalizetur. Ego enim (ni fallor) nō philautia adductus pro me nunc certo; sed caritate commotꝰ consilij mei rationem lectoribus expono.

Primùm ergo generatim, non solùm eos, qui hunc librum, sed eos etiam, qui alium quemlibet ex meis legerint, monitos volo, me ab amicis neque indoctis, neque imprudentibus impulsum omnino fuisse ad scribendum. Quod cùm ita sit: mirari nemo debet, quòd ijs potiùs crediderim, quàm aliorum iudicia formidarim. Nam cùm nihil sit in rebus humanis certum, nihil non in varijs hominum controuersijs, ac opinionibus positum: non est, quòd vnam magis quàm aliam sequi opinionem cogar.

Sed vt de toto hoc genere iam speciatim disseram; primùm quòd attinet ad phrasim, eo sum à Domino affectꝰ beneficio, vt orationis elegantia, & splēdore non capiar: non quòd eloquentiam

quentiam damnem, vel parui faciam, sed quòd mediocritate quadam contentus, perspicuè magis, quam comptè loqui nitor; quippe quia mihi iam diu persuasi, in maiori verborum exilitate, maiores fortasse ad proximorum ædificationē latere thesauros.

Deinde, vt ad obiectionē aliam, quæ facilior est, accedam: cùm videam hodie, à Theologis nostris (qui se totos ad scrupulosas quasdam, quas vocant scholasticas, disputationes conuerterunt) veram Dialecticam, quæ in inueniendo, & disponendo est posita, penitùs exsibilari; Rethoricam autem, vt peregrinam reijci, ac tandem Poëticę nec nomen quidem in eorum scholis audiri: conatus sum, harum artium, quæ haud dubiè Theologis concionatoribus necessariæ sunt, aliqua tradere precepta. Vtinam sic Latinam etiam, vel Græcam linguam, atque adeò Grammaticam ipsam, cunctis notam facere possem. Cur enim, vel si doctissim⁹ ego Theologus essem, non me ad hæc leuiora, proximorum vtilitate commotus, demitterem?

Iam verò si Promptuaria tanquam inutilia damnēt illi, qui non sunt in habendis concionibus exercitati; meminerint illius antiqui adagij: *Dulce bellum inexpertis*. Etenim qui frequenter cōcionari solent (prætertim si in eadem vrbe permultos annos commorentur) ij sunt qui intelligunt, quātùm insit in promptuarijs adiumenti, atque præsidij. Sed si alij appellent me tanquam malum debitorem, quòd breuia quædam tantummodo promptuariorum initia tradiderim: his ego imprimis meam fateor tenuitatem, & inopiam; deinde etiam adijcio, mihi tantum tēporis non fuisse, quantum huic operi absoluendo erat necessarium. Sed & aliud est preterea quod leuiorem hāc meam culpam facit: scilicet, quòd promptuariorum hæc est natura, vt extremam manum non admittant; quinimo nouam semper recipiant accessionē. Futurum autem est vtilius, initia tantùm eorum commonstrasse, & id totum, quod reliquum est operis, singulis concionari volentibus prætermisisse; cùm ea quæ proprio sibi quisq. labore parat,

cri valent ingenio, meam hanc vilem esse posse repetitionem. Ego enim ita mecum statui: nequaquam me ad res magnas, sed ad tenues, & humiles vocatum esse à Deo; si modo vocatus sum.

Nunc vt ad conciones accedamus, illæ quidem à me non solent haberi, vt ab alijs magni nominis concionatoribus, doctissimę, acutissimæ, multisq. similiũ, & allegationum millibus stipatæ, non item elegantes, & comptæ, neq. omni ex parte Rhetorum statera appensæ: at, quæ (Christo Iesu gratia) doctrinam contineãt piam, catholicam, solidam, ex Euanegelij scilicet visceribus exortam, simplicibusque cordibus accomodatam.

Tandem commodam habet responsionem obiectio vltima, de alijs huius argumenti operibus, quæ aliqui ante me viri doctissimi conscripserunt. Sunt enim illa præstantis ingenij, ac perspicacis iudicij lectoribus accommodata, hoc verò meũ, alijs humilioribus, & minùs doctis aptum: quibus vtile (in fallor) erit, non modò ad concionandum, sed etiam ad exomologeses audiendas, atque adeò ad omne gens disputationis.

Sed iam in nobis defendendis plùs fortasse quàm docuit sumus immorati.

Auctoris Responsum de Concionandi ratione, roganti cuidam Concionatori datum.

Berit nihil, immò proderit maximè adiũgere hoc loco, veluti in modũ summæ, responsũ quoddã, quod memini me dedisse pio cuidã viro, atq. in cõcionãdi munere laudabiliter quidẽ exercitato. Is enim (vt erat singulari præditus humilitate) petijt à me, vt aliqua sibi consilia

præscriberem, quibus adiutus Verbum Dei prædicare commodiùs posset. Quam ego petitionem, cùm ex corde quodã, sanctã humilitate imbuto, atque diuina caritate accenso, profectã esse viderẽ: coactus sum, viro alioqui perito, à quo me discere satiùs fuisset, hæc tradere consilia, partim ab alijs accepta, partim à me ipso proprijs experimentis deprehensa.

Primum igitur statuere secum concionator debet, se ad concionandi munus à Deo esse vocatum. Quomodo enim prædicabit, nisi (vt B. Paul. ait) à Deo mittatur?

Præterea vitam debet agere concionatore dignam. Quomodo enim arbor mala, fructus bonos faciet? Certè qui docuerit, & non fecerit, hic minimus vocabitur in regno cœlorũ: tantumq. aberit vt perficiat quidquam, vt potiùs contemnendi Verbi Dei caussam sit daturus.

Debet item concionator non quærere quæ sua sunt: sed quę Christo gloriæ, proximis autem vtilitati sint futura: alioqui enim (vt inquit B. Paul.) Verbum Dei adulterabit.

Debet esse præterea ad sustinendas quaslibet iniurias paratus: quippe cùm veluti agnus inter lupos mittatur, modò hãc, modò illam acerbitatem perpessurus: adeò, vt si aliter illi cõtingat, videri possit, nõ euãgelicè prorsùs ipsũ euãgeliũ prędicare.

Deinde habere debet sibi maximè persuasum, in sapiẽtia humana non esse confidendum: ne scilicet Christi crux euacuetur. Non enim ex humanæ sapientiæ vi, sed ex diuino spiritu, atque virtute, prædicationis fructum licet expectare. Verba siquidem grauia, solida, atque sincera, ex intimis præcordijs, vnà cum Dei spiritu erumpentia: hæc sunt veluti sagittę potentis acutę, quæ vt à corde proficiscuntur, ita ad vltimos vsque cordium recessus penetrant.

Consueuisse etiã eum oportet, singulis diebus caput aliquod ex sacris litteris, præsertim ex B. Paul. aut etiam ex Prophetis, sibi priuatim explicare: vt ita diuinum sensum, & phrasim imbibat.

Prętereà aliquem ex sanctis Patribus sibi potissimùm eligere debet in magistrum, quẽ semper ob oculos habeat, cuius scripta num.

pta nunquam è manibus deponat, quem denique imitari nitatur. Non enim in oratione solùm, a'ijsque huiusmodi pijs exercitationibus, sed in sacra etiam lectione debet esse versatus, vt bonum è corde verbum eructet.

His ergo præsidijs munitus concionator, vbi concionem aliquã erit habiturus; contendat à Domino, peculiari quadam (præter ordinariam) adhibita oratione, vt & res, & phrasim, & modum, atque ordinem concionis illi inspiret. Deinde ex Patribus sanctis, vel interpretibus doctis, & pijs, aliquem præsertim consulat, notans tamen simul quæ illi Dominus inspirauerit. Eum enim (vt diximus) intenta consideratione consulere imprimis debet, vt ab eo accipiat, quæ pro præsenti tempore, & pro alijs circunstantijs, futura sint auditoribus vtiliora. Hoc enĩ si fecerit; sperare decet, Dominũ illi haud dubiè affuturũ.

Præterea, si quod, in proposito Euãgelio, Fidei dogma cõtineatur; si qua virtus cõmẽdetur; si quod reprehẽdatur vitiũ; si qua de Sacramẽto, rituq́; aliquo Ecclesiæ tradatur doctrina; si quis denique locus communis inducatur; inquirere debet diligenter, quæ figuræ, quæ similia, quę ex B. Paulo, aut ex Prophetis testimonia, in ipsum Euangelium aptè conueniant.

Si exordiũ ex Euãgelio ipso, vel ex Epistola, vel ex alia Officij diuini parte sumere possit; erit illud quidẽ & vtile, & iucũdũ. Sin minùs, cõmune faciet exordiũ; dũmodò statui statibusúe cõcionis illud accomodet. Petere vero exordium potest à testimonio, à figura, à simili. Quòd si breuem ipsius Euangelij enarrationẽ (vt fieri solet) exordij loco pręponat; addere debet in fine, quę sint ei, ex toto illo Euangelio, explicanda; quantãq́; & vtilitatem, & difficultatem contineãt: cui tamen addere debet, si auditores attenti adfuerint, & à Domino gratiam postulauerint, futura omnia esse intellectû facilia.

Si vnus sit concionis status; ab imis principijs ducendus est.

Vbi in Euangelio miraculum continetur: id totum ad ægritudinis spiritalis curationem est traducendum. Est verò in hoc, methodus communis, & iam satis nota: ostendere qualis ægritudo illa sit; itemq. ægritudinis caussas, effecta, signa, & remedia.

persequi.

Talis ergo futura est concio. Quam vbi præmeditat' sic fuerit concionator; rursus spiritum ad ea quę excogitauit tractanda petat à Domino; librosq; etiam, si opus fuerit, reuoluat.

Non debet concionator aut verborum splẽdorem, aut subtilia, & arguta, vel etiam deuota (vt dici solet) quædam dicta affectare: sed doctrinæ solidæ, sinceræ, graui, atque cum diuinis præceptis, & consilijs maximè cõsentaneę, totus incumbere. Equidem non omninò ea quæ pulchra, & subtilia sunt, reijcio: sicuti neq. Rhetoricæ, ac Dialecticæ vsum damno: sed modum in his esse adhibendum censeo. Omnis enim aut verborum, aut sententiarum splendor, rapit auditorum animos, & à rerum ipsarum, quæ prædicantur, consideratione abducit. Quantumuis enim mundus obganniat, & obijciat nobis, alliciendos esse huiusmodi lenocinijs homines, vt verbum Dei concupiscant: audiendus certè non est; cùm experimenta doceant, his blandimentis auditores ita capi, vt in ijs tantùm, nihil ampliùs attendentes, acquiescant. Quare ita se comparet concionator, vt & in rebus, & in vocibus, ipsam Scripturam sacram, quoad possit, sanctosque Ecclesiæ Doctores referat, atq. exprimat: nimirum pondus, grauitatẽ, & sinceritatem, non autem vllomodo venustatẽ affectans. Non enim licet nobis mundo iam senescente, prædicationis modũ mutare; quem ex ante mille, & quadringentos annos retinet Ecclesia; quemque & scriptura docet; & Sancti omnes suo exemplo suadent; & nascentium nunc Sanctarum Religionum vsus, viriq. omnes pij, & humiles retinent; & sancta denique Tridentina Synodus commendat. Quid enim? Plus apud nos poterit leuissimorum quorundam, & superborum hominum exemplum, quàm sancta, & apostolica auctoritas? Non est discipul' supra magistrum, neq. legatus est maior eo, à quo missus est. Quare Christi Iesu, atque discipulorum eius doctrinam, & phrasim imittemur: præsertim verò D. Pauli, quem seminiuerbium (hoc est frequenter verbum Dei seminantẽ) non tamẽ in verbi sapiẽtia loquentẽ homines incusabãt

Estis

Estis certè seminiuerbi, & ad Pauli similitudinem accedit, qui tametsi non eleganter loquatur, tamen seminat Dei verbum: quod quidem vtcunque seminatum, in æternum manet. Cui & hoc addendum est, quòd si Euangelica est doctrina; dubitari non potest, quin esse quoq. debeat phrasis Euangelica. Mũdo enim, vel etiam carni nostræ ad malum propẽsissimæ, nihil est indulgendum: cûm non flosculis, sed cãdenti ferro, grauia, & inueterata vulnera sanentur. Neque verò verbum Dei humanis salibus indiget. Non enim aurum opus habet terra; non lux vmbris. Vnde in prędicatione Euangelica, humanæ artes nullum principem habent locum; sed tanquam ministrę, & ancillę, diuino verbo subseruiunt. Igitur nemo sit iam ex concionatoribus, qui ineptas mundi voculas audiat. Quis enim mundo auctoritatem dedit, ad ferendum de diuinâ prædicatione iudicium? Quamquam neque ipsi certè mundani (præsertim si sint ex electis, propter quos omnia sustinenda sunt) sincerum, & graue Christi verbum fastidire audent; quinimò illud reuerentur: & aliquando tãdem, sępiùs eo audito, ad bonam mentem conuertuntur. Sed de his iam satis: de quibus etiã in nostri operis de Sacra ratione concionãdi lib. 1. cap. 6. & sparsim etiã per totũ op⁹ latè disseruimus.

Ad hæc vti debet concionator graui, & modesta actione; non histrionica, aut effœminata: non item cõcitata; sed quę caritatem potiùs, & animum in Dei gloriam, & proximorũ ædificationem propensum, quàm iracundiam, vel indignationem præseferat. Sed de hoc etiam nos sępe in quinque libris prioribus de sacra ratione concionandi, atque etiam in octauo diximus.

His omnibus addenda sunt alia duo, quæ consultò in hunc postremũ locum ideò reseruauimus, quia reliquorum veluti summam continent, suntq. totius concionandi rationis principium, medium, & finis.

Primum est; debere concionatorem intelligere, diuinum planè esse concionandi munus; itaque omnia quæ necessaria illi sunt, esse à Deo potissimùm implorãda. Nã etsi præter

 spiritum

fficultatibus ô concionator, à suscepto concionandi munere deterrearis.

Porrò si postquam concionatus es, non tibi res ex animi sen tentia cedat, diuinumque non tibi videatur auxilium affuisse; vel si laboris tui fructum nullum colligas; vel si auditoribus displiceas; vel si ab ijs qui honestiori loco sint despicia ris; vel si à populari tantùm turba audiaris; vel si alia denique huiusmodi tibi accidere videas: noli quæso angi, aut mœrere: quinimò Deo tua omnia cõmitte, & quolibet euentu contentus esto. Nam cùm pro tua virili parte conatus fueris tuo muneri satisfacere; tametsi aliquid fortè imprudẽs admiseris: futurus non est tibi Dominus iudex rigidus, sed pius pater, & misericors. Non enim imparem tuis viribus à te operam requirit; sed diligentiam quandam humanam, scientiam mediocrem, & voluntatem ad prædicãdum in eius gloriam verbum maximè propensam. Hæc igitur si animaduertas, impositam tibi concionandi prouinciam non depones: immò alacriter sustinebis. Illucebit autem aliquis tandem dies, in quo diuinum tibi affulgeat numen: quod quidem ijs, qui cor de afflicto sunt, semper adesse solet, rectosq́ & humiles spiritu saluare. Interim tamen fac, vt auditorum corda lacrymis (saltem spiritalibus) irriges, & fœcundes; petens scilicet à Domino vt illis gratiam impertiat suam: itemque cura, vt eadem publicis & priuatis misericordiæ operibus confirmes, candidisque moribus informes.

Neque verò te ad ferendos fructus maximos, sed ad mediocres, & fortè minimos vocatum esse à Domino credas: vllúmue tibi alium honorem, quàm eum quem tibi Dominus designauerit, assumas. Non enim Sancti omnes pari muneris dignitate, aut æquali prædicationis efficacia, & vi excelluerunt. Felix ille, qui humilis, & obediens, suo munere fungitur, & id ministerium, ad quod vocatus est, tametsi sit in Ecclesia minimum, honorificentissimum sibi, ac longè suis superius meritis existimat: itaque nihil aliud curat, quam vt diuinæ obsequatur voluntati; eiq́ si minùs se videt satis fecisse;

pœnitet vehementer; corpus suum punit; sese castigat, & corrigit; ac tandem in sola diuina bonitate spem suam locans, eique omnia sua, seque omnino totum committens, in pace in idipsum dormit, & requiescit.

CHRISTO IESV GLORIA.

Index Librorum, & singulorum Capitū huius operis.

Cap,

Liber tertius de secundo Concionatoris Instrumento: scilicet de Dispositione in quo docetur Concionator qua ratione argumenta collocare, ijsq́ commodè vti possit.

Liber quartus de Specialibus concionatoris Instrumentis.

Liber Quinctus de Speciali proprioq; cōcionā di genere.

Liber Sextus In quo exempla Concionum aliqua proponūtur.

Liber Septimus in quo de Promptuarijs, quibus maximè possint iuuari Cōcionatores, disputatur.

Liber Octauus in quo de vsu, & exercitatione huius Artis disseritur.

.F I N I S.

DE IIS, QVIBVS VERBI DEI PRÆDICANDI MVNVS INcumbit. Cap. I.

TESTIFICOR coram Deo, & Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos, & mortuos, & per aduentum ipsius, & regnum eius, prædica verbum, inquit sanctissimus Apostolus Paulus in epistola, quam Timotheo Episcopo, & discipulo scribit. Quibus ex verbis perspicuum planè fit, quod & sacrarum litterarum monimētis perpetuò proditum, & aliorum Apostolorū, veterumq. Patrū exemplis demonstratū Oecumenica etiam Synodus Tridentina proximè censuit, verbi Dei prædicationē Episcopi esse munus præcipuum, idemq; maxime necessariū.

Toto igitur pectore in eam curā incumbens, gregem sibi cōmissum, tum per se ipse, tum per alios, verbo Dei pascet ad illius Tridentinæ Synodi, & Conciliorum prouincialium præscriptum.

Parochus præterea, animarūue curator, sollicitudinis pastoralis memor, in cuius sanè partem vocatus est, tamquam fidelis operarius ad messem missus, qui Episcopum opera sua adiuuet, eam præcipuam prædicationis verbi Dei curam sibi quoque impositā præstet, atque exequatur ex præscripto item decretorū, & œcumenicæ eiusdē Synodi Tridentinæ, & prouincialium conciliorum.

Si quis id aliquando præstare non poterit, subsidio omni, quod illis Synodis commostratum est, omnino vtatur, vt verbi Dei pabulum statis diebus nullo modo desit gregi sibi in curam tradito.

Et verò quamquam Episcopus assiduis officij sui pastoralis laboribus, muneribusq. occupatissimus, sæpe ad omnem populum sibi commissum concionem habere non potest: tamen tam veterem, atq. adeò ab Apostolicis vsq. temporibus deriua-

tam rationē adhibere studebit, vt diœcesis suæ populis à se distantibus per litteras pastorales aliquando concionetur. Hanc enim concionandi viam non modo sanctus Paulus Apostolus tenuit: sed etiā ceteri Apostoli, qui per epistolas absentibus prædicarūt. Idem ab antiquis, sanctissimisq. patribus factitatum esse constat: quorum animi eo caritatis amore flagrarunt, vt alij in exilium pulsi, alij in custodiam detrusi, vel alia ratione à grege cōmisso procul remoti, absentesúe, cum coram nō possent, epistolarum pastoraliū scriptione vterētur ad concionādum. Atq. hoc quidē concionis genere Episcopus cùm sæpe vtetur, tum maximè quo tempore solennes anniuersariæ mysteriorū nostræ redemptionis celebritates aguntur.

Cum autem id sæpe contingat, vt Episcopus non solum in Ecclesia cathedrali, sed in vniuersa diœcesi, verbi diuini ministeriū alijs deleget: quàm diligentissime videbit, cui illius facultatē det, ne tanto muneri iniuria fiat, neúe res sanctissima violetur; cum præsertim non cuiusuis sit (inquit Nazianzenus) de Deo, diuinisq. rebus disserere, concionariúe.

Non facile igitur illā ei concedet, qui sacerdos non sit, vt sanctissimi Leonis Pontificis canone constitutum est.

Si quādo verò ob iustam, aut necessariam caussam Diacono permittit, habebit rationem non solùm doctrinæ, & morum disciplinæ, quæ duæ res in cōcionatore requiruntur: sed etiam ætatis, quæ solida, & cōfirmata spectari in eo debet sanctissimi sapientissimiq. Pontificis Gregorij Magni iudicio.

Nullo autem modo concionandi potestatem faciet, permittetúe ei qui Diaconus non sit.

Neque item indocto, vel inepto, vel vitioso, vel vitij, criminisúe infamia notato, neq. secularibus negotijs implicito; quē Nazianzenus in primis ad hoc munus nequaquam idoneum esse existimauit.

Qua in re habenda est etiam ratio corporis. Ideò cui concionandi munus cōmittitur, non erit is turpiter gibbosus, distortus, vel aliqua corporis parte vsq. adeò deformis, vt cū à sacris quoq. ordinibus suscipiēdis, canonum iure repellatur iudicet

Epis-

Episcopus, illius deformitatem id generis esse, vt indecorè etiã & non sine aliqua inde populi offensione ille præstitur⁹ sit tam graue prędicationis ministerium. Solent enim in concionatore quædam corporis deformitates, præsertim si sint perinsignes, tum offensionem, tum risum afferre.

Regulares porro cuiuscunq. ordinis, qui tamquam Episcopi, parochiúe adiutores, in hoc munere vicariam operã nauãt, licèt ab illis, qui eorum curæ præsunt, concionandi facultatem habeant, ne in suis ecclesijs (vt Triden. Concilio sancitũ est) concionentur, nisi benedictionem ab Episcopo ante petierint: neque autem vllo sanè modo, eo contradicente, repugnãteúe.

In ecclesijs, quę ordinis sui non sunt, nullo præterea modo (vt eadem Tridentina sanctione cautum est) nisi, scripta facultate ab Episcopo concessa.

Facultatis verò & benedictionis testimoniũ, antequam côncionandi munus aggrediãtur, Rectori ecclesiastico oppidi, pagi, lociue, vbi concionaturi sunt exhibeant.

Qui præterea regulares non sunt, concionãdi munere, pręter parochum in ecclesia parochiali, numquam fungantur, sine illa Episcopi facultate scripta.

Nec verô quisquam, ne regularis quidem, etiam in sui ordinis ecclesia, ante concionari ingrediatur, quàm Episcopo fidei professionem ad sanctionis Pontificię pręscriptam formulam præstiterit: aut illius præstitæ testimonium obsignatum exhibuerit.

De disciplina virtutum, & vita innocentia Concionatoris. Cap. 2.

ILLud maximè tibi persuadebit, qui concionandi munus suscipit, se, nisi rectè, & Euangelij, quod prędicat, legibus congruenter vixerit, non magnam in audientium animis vim imprimere. Queãdmodum enim in arca testa mẽti duo illi Cherubin ita collocati erant, vt semper mutuò se aspicerent: ita vita concionantis, doctrinæ ex

altera parte respondere debet, vsque adeò, vt & vitam doctrina collustret, & doctrinam rursus vita corroboret, viresq. eidẽ perpetuò addat. Nã de abstinentia, ieiunio, lacrymis, oratione, eleemosyna, patientia, aliaq. christiana virtute cum concionatur, magnum certè pondus, maximumq. momentum apud auditores habet, si in omni eius vita virtus elucet, cuius præcepta concionando tradit.

Sciat item se exiguum porro fructum spiritalem fidelibus allaturum, nisi verè, ex animo, totoq. spiritu dicat. ita verò dicere is certè potest, q verè spiritualis est, sanctæq. vitæ institutis atq. vsui planè deditus.

Hoc præterea in animum inducet, se nõ posse vitiorum, nec verò virtutum vim, naturamq. satis planè ostẽdere, neque rursus docere, quemadmodum hæ amplectendæ sint, & illa fugiẽda, cum tamen in vtroq. eo genere officium cõcionatoris maximè eluceat, nisi depulsis primum vitijs, & mundi huius cupiditatibus abiectis, maximarum virtutum præsidium, vsu, atque exercitatione benè religioseq. agendi sibi comparauerit. Mundari enim priùs oportet, quàm mundare, inquit, beatissimus Pontifex Gregorius Magnus.

Erit igitur concionator singulari vitæ innocentia, moribus sanctissimis, & diuinis virtutibus instructus. Dei igitur timore, terrenarum rerum despicientia, animarum salutis zelo, humilitate, mansuetudine, patientia, charitate, cæterisq. religiosę disciplinæ ornamentis benè munitus sit.

Quo de genere toto audiet sanctissimum virum, Iohannem Chrysostomum ita monentem: Doctor, cõcionatorũe omnibus debet virtutib⁹ esse excultus: debet enim pauper spiritu esse, vt auaritiæ studium, atq. omnem quæstus cupiditatem liberè reprehendat. Debet perpetuò & sua, & aliena peccata lugere, vt eos exagitet, qui antequam peccent, peccare non verentur; & vbi peccauerint, dolorem non cõcipiunt scelerum, quæ admiserint. Debet esurire & sitire iustitiam, vt operum bonorum studio languescentes excitet verbo Dei, & exemplo suo accendat. Debet esse mansuetus, vt ametur potiùs quàm timea-

tur

tur. Debet esse misericors erga alios, & seueritatem sibi adhibere. Debet esse mundo corde, vt ne cogitationes quidem inanes & inutiles huius sæculi suscipiat, nedum sæcularibus negotijs se implicet. Debet esse pacificus, vt populus, quem docet, sollicitus sit seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Debet esse paratus ad omnes res, vel difficillimas pro gloria Dei, proq́. Ecclesia ferendas, non inani quodam animi impetu, sed solida, veraq́. constantia digna martyribus.

Neque sanè solum his Chrysostomi monitis se conformabit, sed disciplinam imitabitur aliorum duorum etiam Græcorum patrum, qui & sanctitatis & doctrinæ laude celebrantur, Basilij & Gregorij Nazianzeni. Hic in libro primo, quem de Theologia elucubratus est, ille in epistola, quam de vitæ solitudine ad eum ipsum scripsit aliquando docet, qualem eum esse oporteat, qui concionatoris officium, & personam sustinet.

At vero vitæ perfectæ, quam optimus quisq; concionator instituat, genus potissimum sequetur ad præscriptum Gregorij Magni pontificis: qui cùm sæpe concionatorem informat: tū verò & in libro Pastorali, & in Moralibus prçsertim lib. 30. cap. 21. & lib. 6. cap. 25. alijsq́. præterea locis, quibus perspicuum fit, qui verbi diuini ministerium suscipit, talem esse debere, qualem se fuisse sanctus Paulus Apostolus ostendit his verbis: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

De scientia Concionatoris. Cap. III.

IAM verò concionator, antequàm prædicationis officium aggrediatur, in omnis sacrç, ecclesiasticçq́. doctrinæ studijs, vt maximè potest, versari debet: prçsertim si adhuc nullum docēdi munus vnquam gessit.

Habebit omnes Theologiæ notos, & tractatos locos.

Traditionum apostolicarum, ecclesiasticarumq́. notitiam tenere studebit.

In sanctorum Patrum scriptis atq. sermonibus peritè versatus erit.

Sãctiorum item spiritualiumq́. interpretationum vsu litterate peritus erit.

Nec vero ignorabit sacros ecclesiæ ritus, qui in sacramentis, in diuinorũ officiorum cultu, in tota denique ecclesiastica ratione instituti sunt, eorumq́. mysteria & significationes, quibus explicandis mentes fideliũ accendantur ad pietatis studium.

Cognoscet item rerum in ecclesia sancta gestarum, ac memoriç veteris, & antiquitatis ecclesiasticæ ordinẽ: maximè autem sanctorum Patrum historiam, Summorumq́. Pontificũ & Episcoporum, quorum sanctitas præclarè eluxit, vitas.

Tenebit præterea aliquam veterum Canonum scientiã, summorumq́. Pontificum descripta iura, atq. instituta, & Conciliorum decreta.

Theologiæ illius, quæ tota in spiritalis vitæ institutis tradendis, quæq́. in purgandis affectibus, in reformationeq́. interiori versatur, atq. ob eam caussam Mystica atq. Therapeutica vocatur, præcepta atq. exercitationes benè norit.

Sanctarum meditationum, orationisq́. mentalis vsum, ac peritiam habebit: vt alios ad cælestium contemplationum studiũ erudire concionando possit.

Casuum conscientiæ doctrina instructus erit.

Morum, & virtutum christianarum locos, non solum ordine collectos, sed rectè notos habebit.

Locos item omnes sibi comparabit, quibus auditorum animi commoueri, atque excitari solent ad Dei amorem, ad cœlestis patriç desiderium, ad pœnitentiam, ad scelerum detestationẽ, ad virtutũ studium, ad metum diuini iudicij, ad spem misericordiç, ad misericordiam, caritatemque erga proximum, & ad cœteras præterea affectiones, quç ad cælum excitatç, christianas virtutes pariunt.

Locos etiam illos tenebit, qui sæpissimè vsu veniunt: vt pote de diuitiarum & honorum despicientia, de condonandis iniuriis, de rebus aduersis constanti christianoque animo ferendis, de immoderatis sumptibus, alijsque morum errroribus eripiendis.

Copio

Copiosa quasi suppellectile instructus erit doctrinarũ,quib' aliquando vtetur, cum opus erit,tum ad coarguendam impiorum hominum audaciam, qui de fide catholica male sentientes,ecclesiæ veritatem oppugnant; tum ad ecclesiæ dogmata rectè,pieque commostranda,tum verò ad alia multa eius generis.

Præcepta etiam rectè intelliget officiorum,quæ magistratuum,quæ ciuium, quæ seniorum,quæ adolescentum, quæ viri, quæ vxoris,quæ parentum,quæ liberorum,quæ dominorum, quæ seruorum,quæ deniq.præcipua singulorum: vt si quando vsuuenerit, de illis ex prescripto diuinarum litterarum,sanctorumq́. Patrum,quamoptimè concionetur.

Illud denique non parum expediet, si concionator etiam Græce,& Hebraice,nosce studebit:nam harum linguarum peritia,cùm ad alia multa vtilis est,tum maximè ad eliciendos ex eadem scriptura plures catholicos sensus, & ad explicandas illas sacrarum litterarum voces,ac dictiones,quę magnam vim, magnamq́. emphasim habent.

Vim & copiam habebit similitudinum, quæ ab agricultura, vinea,semẽte,Sole,Luna,alijsq́.rebus ducũtur,quæ sub sensum cadunt,atq. intelligẽtiam,prælertim eorum,etiam rudium, ad quos concio habetur.

Agricolis porrò si concionabitur,plurimùm ad rem proderunt similitudines ab agro,vinea,frumento, vitibus,lino, cannabi,arboribus,stirpibus,alijsq. agriculturæ partibus ductæ. Itidem eueniet,si alterius conditionis auditoribus aptè illas ita accommodabit,vt eorum ordo postulabit:qui sanè quidẽ, cùm ad certam quandam status sui cognitionem, doctrinamq́. natura ducantur,tum certè faciliùs multo trahuntur, si vel à vitæ, vel ab artis,vel ab alterius rei,quam profitentur, genere documenta sumuntur.

Multiplicem etiam,variamq. copiam argumentorum colliget,quę propriè,ac rectè accommodetur.Sunt vrbani,& rusticani,sunt nobiles,& ignobiles;sunt magistratus & priuati; sunt docti,rursusq. imperita multitudo.

Pro audientium igitur genere locos doctrinarum, ex quibus concionem conficiet, non modò distinctos, sed optimè explicatos habebit.

Atque in hoc quidem multiplici genere concionator videbit, ne quęcunque (vt sanctus Gregorius scitè monet) legerit, aut scientia comprehenderit, omnia enunciet, atque effundat: sed delectum habebit, ita vt documenta alia exponat, alia tacita relinquat, prout locus, ordo, conditioq. auditorũ deposcit.

Sicut autem rerum, quæ supra mox cõmemoratæ sunt, quarumq. prior cura esse debet, scientiã tenere cõcionatorẽ opor tet: ita etiam sibi parare necesse habet bene concionãdi modũ.

Ex præceptis igitur Rhetoricæ ecclesiasticę locos discet, vnde concionis exordium, quando eo vtendum esse iudicauerit, rectè ducat, vt à vitiosis exordijs longè refugiat.

Disponendæ concionis modum intelliget.

Dilucidè, districtéq. rei enarrandæ rationem percipiet.

Benè pronunciandi, decoreq. agendi vsum tenebit.

Verborum pondera, vimq. ita habebit, vt audientiũ animos penetret.

Quare priusquã concionandi munus aggrediatur, vires suas bene cognitas habebit: vt nec materiam, quæ ingenij sui virib9 præstet, nec formam dicendi sumat, ad quam appositus nullo modo videatur.

Ad quam sanè rem multùm adiumenti hoc affert, si amicũ, aut alium adhibebit prǽsertim, concionãdi vsu peritum, qui semel, iterũ, atq. adeo sępiùs publicè concionãtem audiat: quiq. non ambitiosè corrigat, sed liberè priuatim, remotisque arbitris moneat, siquid in aliqua parte erratum sit.

Ad imitandum etiam sibi constituet aliquem prędicãdi laude florentem.

Quo in genere illud accuratè cauebit, vt ne quod pleriq. faciunt, leuia quædam, ac sæpe etiam vitiosa imitetur: sed illa tantum quæ sapientum iudicio præclara, atq. egregia in eo potissimum cernuntur.

Verùm enimuero sicut diligentissimè videre debet, quem è con.

concionatoribus, qui nunc sunt, aut certè superioribus temporibus extiterunt, ad imitationem deligat: ita maximè sibi veteres patres proponat, quorũ in dicendo virtutes sequatur: Gregorij Magni, & Chrysostomi disciplinę moralis copiam: Leonis Magni & Basilij grauitatem: Nazianzeni vim: Nisseni subtilitatem: Augustini acumen: Ambrosij temperatum dicendi genus: Bernardi dulcem, deuotamq. orationẽ: atque omnino admirabilem, & diuinam eloquentiam sanctissimi Pauli Apostoli; cui vni omnia, quæ summi sunt concionatoris, atq. adeò oratoris multis præclaris exemplis tribuunt doctissimi patres, Augustinus & Chrysostomus.

In concione autem, quam habiturus est, illud sibi potissimũ ꝓponet, in quo omnes neruos, roburq. industrię suę adhibeat, & in quo munus suum versari cognoscat, vt auditorũ scilicet animos commoueat: cum prĕsertim peccẽt homines non tam quia verum ignorent, quàm quòd malè affecti sint.

Dabit igitur operam, vt quemadmodum per singula corporis membra sanguis diffunditur: ita in omnibus concionis suæ partibus quædam insint, quæ ad commouendum valeant.

Quare locos omnes optimè percipiet sanctarum affectionum, quæ mox supra commemoratæ sunt.

Postea verò quàm ijs doctrinarũ ornamentis, Deo benè iuuante, instructus ad prædicationis functionem accesserit, hæc quę sequuntur, omninò curabit, atque exequetur.

De præparatione, quam concionator vniuersè, generatimq. adhibebit ad concionandi munus salutariter exequendum. Cap. IIII,



QVO studiosiùs, atque adeò religiosiùs concionator muneris præstantissimi, quod sanctè, & suscipere, & gerere debet, partes exequatur, illius in primis dignitatem, auctoritatemq attente cogitabit.

Qua in cogitatione hæc quottuor facilè perspiciet.

Pri-

Primum,scilicet ad Dei omnipotētis gloriam,ad animarūq. salutem referri omnem concionandi vim,ac rationem.

Deinde se,qui prædicationis munus aggreditur,ministrū esse,per quem verbū Dei,ab ipso diuini spiritus fonte ducitur ad fidelium animas diuinitus irrigandas.

Post,res etiā sanctas,diuineq. traditas à se tractari oportere.

Tum præterea id prædicationis munus,quod capescet,non modò sanctissimis,ac diuinis viris Prophetis,Apostolisq. à Deo commissum:sed ab ipso etiam Dei filio Christo Domino præstitum esse.

Verum quò magis atque magis sese excitet,videbit diligenter,quanta & quam summa difficultas ei proponitur,qui in tāta,tamq. perpetua,& mundi,& Satanæ oppugnatione fidelium animas ad viam Domini reuocare contendit. Atque ijs quidē sempiternis aduersarijs cum ad resistendum se imparem esse senserit;non modo illis virtutum armis,vt ostendimus,se communiet,sed assidua prece, & ieiunio frequenti Dei auxilium implorabit ad impetus hostium adeò importunorum repellendos.

Cum autem benè,appositeq. dicere,sit omnium iudicio,vel maximè difficilè;huius sanè rei difficultatem aliquando,ac potius frequenter meditabitur,vt ardentiori studio confugiat ad Deum,qui diuini sui spiritus afflatu,omnia dicendi adiumenta subministrare potest.

Neque porrò viribus suis fidet,sed imbecillitatem suam rectè agnoscens,sese coram Deo abijciet:cuius cælesti benignitate ipse,quamuis abiectus,& prædicationis munere indignus adiuuetur.

Vtque ad omnia sancta studia,quibus iuuare possit, vehemētius accedatur,secum sæpe reputauit, quàm magnum præmiū consequatur,qui ab errore viæ suæ peccātem abduxerit. Qui enim conuerti fecerit peccatorem,inquit sanctus Iacobus,ab errore viæ suæ,saluabit animam eius à morte,& operit multitudinem peccatorum.

Hæc sæpe pieq. meditatus is,qui cælestis doctrinæ conciona

tor

Carolus S. R. E. tit. S. Praxedis Cardinalis Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Mediolani, vrbis, diœcesis, prouinciæq. Mediolanensis concionatoribus salutem in domino.

PRAEDICATIONIS verbi Dei officium in Ecclesia sancta tanti illud sane est, vt & ad Dei gloriam, & ad cælestis regni propagationem, & ad animarū salutem plurimum intersit, non solum quales sint, qui præstantissimo illo munere fungūtur, verū etiam qua via, quaue ratione illud præstent. Quare superioribus annis eo de genere nos decreta aliqua in concilio prouinciali primo confecimus: deinde alia concilio item prouinciali tertio, tū alia etiam quarto adiunximus ad rectā illius sacræ prædicationis disciplinam. Verū quò accuratius, vberiorq. spiritali fructu concionatores tantæ rei munus administrarēt, atq. exequerentur: nos de Episcoporū prouincialium, qui præsentes in eo tertio concilio adfuerant, sententia, & assensu, instructionem grauissimæ illius functionis, quæ vniuersæ nostræ prouinciæ vsui esset per nos illis edendam decreuimus. Itaq. certis regulis, quas partim ex eisdem nostris conciliis, partim ex sapientum virorum sanctorumq. hominū disciplina, partim ex optimorum concionatorum vsu accepimus, illam, Deo iuuante, confecimus: in eaq. concionatoris imaginem, si minus omnibus numeris absolutam, perfecteq. expressam, at certe aliquo modo adumbratā, iis omnibus, & singulis proponimus, qui vel pro pastorali officio, vel pro ratione datæ facultatis, munus prædicationis in vrbe, diœcesi, prouinciaq. Mediolanensi nostra obeunt. Multa sunt, quæ ad concionandi rectum officiū

pertinent: sed ea tantum breui complexi sumus, quæ opportuni ora videntur, quæq. contionandi rationibus accommodatiora concionatorem adiuuare, atq. ad ea imprimis instruere possunt, quæ proposuimus. Hæc enim, si ad vim illam diuinã, quam sacrarum litterarum verbis Spiritus sanctus inseuit, recte accesserint, vix dici potest, quam facile, cælesti imprimis ope, non modo bonorum mentes ad omnem partem pietatis, religionisq. inflamentur; verumetiam malorum, & peccantium durissima corda infringantur, animiq. hominum sceleratorum tenebricosa vitiorum nocte circumfusi, suauissima luce veritatis collustrentur. Huius igitur instructionis regulis cum illi omnes & se, suumq. officium, & ceteras actiones conformare debeãt; tum vero, vt id ipsum omni studio iidem præstent, in sua quisque diœcesi Episcopus prouinciæ nostræ, decreti etiam prouincialis auctoritate, curabit. Verum, quo instructio hæc omnis, ad singulas prouinciæ partes rectius accommodata, eo vberiorem pietatis fructum fidelium animis afferat; ab vnoquoq. prouinciali Episcopo aliquid ei, præterquam illa, quæ decretis nostris prouincialibus speciatim, sigillatimue cauta sunt, addi, detrahi, rursusq. mutari liceat, prout ex Ecclesiæ, diœcesisue suæ casu viderit. Et vero nos sicut diligentiam, quam eo in genere Episcopi prouinciæ ponent, magno his instructionibus adiumento fore arbitramur: ita non dubitamus, quin ex studio, quo ad eas ipsas exequendas concionatores vtentur, spiritualia illa commoda existant, quæ vehementer expetimus, cum ad Dei gloriã, tum ad animarum salutem procurandam.

tor futurus est, cum viderit, quanta res sit, quàm diuina tota cō cionandi ratio, tantæ rei quasi horrore quodam perfusus, ad eam suscipiendam, se diuina imprimis ope præparabit, atque muniet.

Hæc igitur supplex continenter petet, vt diuino adiumento propriæ laudis, aut gloriolæ non modò studio, sed ne opinione quidem efferatur, nullamq. illius rationem plane habeat: vt se vehementius indies inflammet, cùm ad præclaram illam diuinæ gloriæ cupiditatem, tum ad singularē erga proximos caritatem concipiendam: ad quas res duas potissimum, ipse omnes neruos intendet pietatis suæ.

Vt denique ope diuina, & rei, cuius tractandæ munus suscepit, sanctitati, & personæ, quam concionatoris sustinet, dignitati, atq. officio respondere possit.

Sibi verò, quàm maximam potest vim in eo adhibebit: vt tota mente, totoq. animo defixus in cælesti Christi Domini regno propagando, in procurandaq. animarum salute, suorum, & commodorum, & vtilitatum obliuiscatur omnino.

His igitur virtutibus, nempe sacris doctrinis, vitæ innocentia, morum sanctitate, & cælestium rerum contemplationibus, is, qui concionator futurus est, excultus idoneum se præbebit, vt ad prædicandum missus, populo valde prosit tribus his, quæ sanctus Bernardus commemorat, verbo, exemplo, & oratione.

Fugiet autem tamquam pestem, omnem ambitionem, omnemq. illius suspicionem. Ne loca insigniora, vbi prędicationis suæ semen spargat, ambiat, affectetú e memor Christi Domini, quem à Patre è cælo demissum ad erudiendū genus humanū, pagos, & vicos, & castella obijsse legimus.

Nunquam in opinionem inducet, maiori, atque nobiliori suggestu se dignum esse. Fuit hæc quondam incredibilis ambitio Ethnicorum Oratorum. Christianus autem concionator ab istius ambitionis suspicione alienus esse debet, qui ad prædicandum Christum crucifixum, non ad sui ingenij ostentationem vocatus est.

De

De præcipua vitæ ratione, quam scilicet speciatim concionator adhibebit, vbi concionandi munus susceperit. Cap. V.



VOD sanè verò iam initio positum est, quodq. Sanctus Augustinus scitè præscribit, in illud toto animo totisq. viribus, adiutrice diuina gratia, cōcionator cū concionandi munus susceperit, incumbat, vt verbis perpetuò æqualem, paremq. vitam agat. Est porro Euangelica doctrina, verbiq. Dei prædicatio, ignis ille semper in altari exardescens, cui perpetua sollicitudine, is subministrare debet ligna, nēpe optima, præclaraq. vitæ suæ sanctissimæ exempla, officia, atq. opera virtutū, quibus corda fidelium accendat ad sanctè agendi studium. De diuino illo viro Iohāne Baptista illud Euangelij litteris proditum est: quod lucerna erat ardens, & lucēs; quippe cùm cœlestem illam doctrinam, quam docuit, virtutum sanctarum splendore perenni collustrauit.

Quare perpetuam sanctissimæ vitæ consuetudinē seruabit.

In incessu, statu, accubatione, deiectione vultus, oculorū demissione, capitis inclinatione, genuum inflexione, in omni denique motu corporis tenebit grauitatem, & decorum à persona, quam sustinet non alienum.

Erit in omni colloquio grauis, mansuetus, ac salutaris.

In habitu, vestituq. religioso, sacerdotaliúe modestus.

In victu temperatus, & parcus, ac ciborum varietatē fugiēs, frugalitatis, abstinentiæq. studiosissimus.

Nec verò piæ concionum laboribus, aliaúe caussa, nisi necessaria, id studium remittat: tantum abest, vt à statis ieiunijs se eximat: immo verò illa religiosè colat, vt ceteros exemplo suo accendat ad leges abstinentię, ieiunijq. rectè seruandas.

Si quo autem in loco, vbi concionatur, moris est, cibum à fidelibus cōcionatori opiparè, prçterq. modum apparari, & verbis, & ipsa frugalitate, qua perpetuo vtetur, omniq́ alia ratione ab eo apparatu eos reuocare studebit.

Apud.

INSTRVCTIONES PRAEDICATIONIS VERBI DEI EX CONCILII PROVINCIALIS III DECRETO, OMNIBVS CONCIONANDI

munere in Vrbe Diœcesi, Prouinciaq; Mediolanensi fungentibus editæ.

Caroli S. R. E. Cardinalis tit. S. Praxedis, & Archiepiscopi Mediolanensis iussu.

Apud laicos cœnare, prandereúe, vt potest maxime, recusabit.

Venientium ad se hominum salutationes quotidianas, atq. frequentes, ne patietur.

Familiaritates, & consuetudines laicorum valde euitabit.

Cum autem eius vita debeat esse specimen virtutum omnium, non solum ne peccato, sed etiam ne exemplo vnquam nocebit.

Caueat quàm diligentissimè fieri potest, ne cuiquam etiam arripere volenti, vel obloquendi, vel male suspicandi quauis de re, quæ reprehendi merito possit, occasionem dictis aut factis præbeat: ne eius ministerium, quod sanctum est, vituperetur.

Quare cùm cetera, quæ supra præscripta sunt, accuratè seruet, tum hæc infra descripta.

In proprio monasterio, qui regularis est, habitet, aut in ædibus parochialis, collegiatæúe Ecclesiæ, vbi concionatur, aut saltem in alijs ecclesiasticis domicilijs, si vllo modo potest, ac distinctis omnino à laicali habitatione.

Ne eò fœminas ad colloquium secum ineundum introducat, admittatúe.

Ne ad mensam, & conuictum adhibeat aliquem præsertim laicum, nisi spiritualis, religiosæq. vitæ studiosum.

Ne ostentet quæ ad propriam laudem referri posse videntur.

Communi autem vtilitati seruiet.

Erit in omnes beneficus: vt quisq. adiumēto indiget, ita opitulabitur & consolando, & consulendo, & benigne faciendo.

Nihil, nisi quòd honestum, quod pium, quod religiosum, quod sanctum sit aut admirabitur, aut optabit.

Prædicationis porrò nomine, occasioneúe concionator regularis eleemosynam nullam pasciscetur: si quæ sponte datur, præter illum, quando extra monasterium degit, quotidianum cibum, monasterio ordinis sui eam in commune conferet, aut superiori pro instituti cuiusq. ratione, & regula tradet, memor

voti paupertatis, quo astrictus nihil proprium habere debet: immo illud proprietatis vitiũ in homine regulari detestabile fugiet, & corde & ore & opere.

Nihil sibi petet, nec verò extorquebit,

Non vestem, non indusia, nõ sudariola, non cetara id genus sibi quæritabit.

Nec vllum præterea munus, etiam cibarium cupiet: nisi valetudinis imbecillitas aliquid esculentæ, aut poculentæ rei donum requirit.

A superiore autem expectare debet indumenta, & alia necessaria vsui vel vitæ, vel studiorum.

Parochus etiam, aliusúe, quicumq. in sacræ prædicationis munere versetur, ididem rectè seruabit.

Omnis deniq. concionator quicunq. sit, cauebit, vt non solum crimine, sed etiam omni vel leuissima suspicione auaritiæ careat: quæ vbi in animum irrepserit, paulatimq illum occuparit, omnem sanctę agendi cursum, atque adeò progressum impedit.

Ne animo quidem appetat, nedum petat quicquam, quod sibi aliquam cupiditatis notam inurat.

Nullis etiam perturbationibus animi succumbet.

Ne iracundiæ cedet.

Non alij in eadem vrbe, eodemq oppido concionanti, frequentiorẽ auditorum multitudinem inuidebit. Et verò quod diligẽtissimè cauere debet, neque aut verbo, aut facto, aut aliò modo ei detrahet. Auditores ab illo auocare nõ studebit. Sed, vt est Apostoli præceptum, honore præueniens illum diliget, colet, obseruabit. Nec præterea despondebit animũ, si perpaucos auditores ad se conuenire viderit: quoniã summus ille magister vitæ Christus Iesus, cum Dei sapientiã, vitamq. æternam monstraret mundo, paucitate discipulorum cõtentus fuit: immo aliquando solam mulierem Samaritanam habuit, quę illum, & de diuino cultu, & de cælesti gratia loquentẽ audiret.

In rebus aduersis omnem animi abiectionem vitabit,

Pro gloria Christi, pro salute animarũ, in omni oppugnatione,

ne,nihil non fortiter,constanterq. aget.

Amore Dei inflammatus non modo probra, conuicia, contumelias patiēter feret,sed mortem ipsam,si opus fuerit,forti, inuictoq́ animo subibit, offeret,commēdabit se diuinæ luci,& preclusis sensibus,in illius infinito amore, immensáq. caritate conquiescet.

Superbiam,fastidium, atq. arrogantiam valde cauebit. Ac propterea illa tantùm sola proferre studebit, non quę, qualis, aut quantus ipse sit declarent, sed quę audientibus salutariter profutura sint.

In omni denique actione,functioneq. vniuerso populo spiritale gaudium,virtutumq́ sanctarum exemplum pręseferet.

Hæc verò,vt Dei beneficio,donoq́. rectè assequatur, id valde curabit,vt singulis diebus matutinas, & ceteras canonicarū horarū preces, officiumq. ritè distinctè,pieq́ ex instituto, atq. ex præscripto regulæ,quam profitetur, si regularis est,aut si secularis clericus,choro astrictus,ex illius disciplina, cùm potest, in Ecclesia,atq. in ipso choro vnà cum ceteris præstet.

Recitato officio,aliquid temporis in diuinarum rerum cōtemplatione,pioq́.tacitæ meditationis studio ponet.Ita enim fiet,vt diuini amoris ardore inflammatus,qui orando,meditādoq́. maximè exardescit,auditores suos ad caritatis, quę seminarium est omnium virtutum,studium incendat ardentius.

Missæ sacrificium quotidie offerre non prætermittet,nisi legitima caussa impediatur. Hoc sanctissimi sacrificij offerendi vsu frequenti cùm sibi in omnes sanctæ agendi partes plurimum proderit,tum fideles etiam excitabit,vt sacrificij sanctissimi sint cultores,& diligentiores,& religiosiores.

De praeparatione, qua Concionator vtetur ad singulas Conciones. Caput. VI.

PRimum cum prædicādi munus non humanæ scientiæ; aut

eloquentiæ, ſed diuinæ virtuti, ac Spiritus ſancti gratiæ inniti concionator intelligat, diligentiſſimè ſibi cauēdum exiſtimabit, ne mortali culpa affectus Spiritum ſanctum contriſtet, & Apoſtolicum opus, atq. adeò Domini noſtri Ieſu Chriſti munus attingat. Sed conſcientiā ante ab omni peccatorun impuritate pœnitentiæ ſacramento expurgabit, quàm ad verbi Dei tractationē accedat. Et verò grauiſſimam illam prophetæ obiurgationem vehementer pertimeſcendam ducat: peccatori, dixit Deus, quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum?

Deinde cum Concionis, quam proximè habiturus eſt, cauſſa, ſe ſtudio dabit, ſanctum Thomam Aquinatem, & alios ſanctitatis laude claros viros ad imitationem ſibi proponet, qui religioſa aliqua precatione niſi ſunt, priuſquam ſtudijs ſe dederent.

Poſt, breui oratione ad Deum vſus, id omnino ſtudebit, vt, quod in Concione dicturus eſt, antea bene cognitum habeat: vbi vero ex ſtudio, librorumq. tractatione cognouerit ac perceperit quod concionaturus eſt, tum ſingulas cōcionis partes, quas animo concepit, etiam atque etiam diligenter, pieq; meditabitur. Qua in meditatione ita religioſè ſeſe afficere conabitur, vt audientium animos, menteſq; ad illum ipſum pietatis affectum, ſancteq. agendi ardorem, quantum in ſe eſt, excitet.

Ad ſe ardenti pietate inflammandū, dum etiam in concionis ſtudio tractationeq. verſatur, Chriſti Domini cruci affixi, vel Apoſtoli Pauli prædicantis, vt ſanctus Chryſoſtomus feciſſe traditur, imaginem ſibi ob oculos ponet; quam tacita meditatione intueatur.

Maximè verò nocte, quæ concionis diem præcedit, eam præparationem adhibebit, vt ardenter Deum oret, omnis ſapientiæ, omniumq. ſanctarum virtutum auctorem, qui & ſibi & alijs, qui audituri ſunt, largiatur, vnde diuinus cultus, & ſalus animarum adiuuetur. Nec porrò noſtra ætate defuerunt, qui non ſolum profuſis lacrymis, ſed cæſo etiam verberib⁹ corpore, id à Deo petere conſueuerunt.

Ide-

Id etiam institutum habebit, vt antequam suggestum ascendit, perpetuo sibi proponat concionem eiusmodi, quę scilicet vel multitudo sit hominum esurientium, cibumq. à prædicatione sua expectãtium, vel cœtus claudorum, paralyticorum, hydroposi laborantium, mutorum, cæcorum, surdorum, malo dæmone æstuantium, leprosorum, valetudinis beneficium quærentium. Hûc cum spectare debeat, ita in omni concionãdi parte se comparet, vt eorũm rationibus, salutiq prospiciat & consulendo, & consolando, & omni officio præstantiq remedio.

Cõsideret prætерea se piscatorem hominum esse: ideò ner nos omnes intẽdere debet, atque adeo expiscari, vt sagenam euãgelicam impleat, nempe animas pereuntium, Christo domino lucrifaciat. Quare videat, ne in prædicationis officio languescat. Sed vt sanctas commotiones in alijs excitet, tales primum animo suo ipse concipiet, atq, in sese exsuscitabit: ita vt quales in aliorum mentes transfundi cupit, ipse illas animi sui sensibus recté conceptas quasi spectandas ceteris proponat.

Id assequi studebit primum ardenti precatione, deinde rei, de qua dicturus est, explorata cognitione, tum vehementi cogitatione, & quasi ob oculos posita specie ipsius rei, quã meditatione concepit: ac pręterea attenta lectione loci sacræ scripturę, qui cum re conueniat, quam animo excogitatam habet.

Et quoniam ad commouendos animos parùm valet concio alieno labore conscripta, nunquam ad affectionum excogitationẽ, alienę cõcionis industria vtetur: sed ingenio suo cõcipiet, ac gignet, quo vehementius primum se deinde alios afficiat. Disciplinæ enim cibus, qui populo proponitur, mẽte propria quasi stomacho concoctus, vires maiores habet ad omnẽ sanctam commotionem.

Ne igitur concionator se totum in alienas cõciones temerè ingurgitet: satius est, eas ex sanctissimorum ecclesię doctorũ Gregorij Magni, Ambrosij, Augustini, Chrysostomi, aliorũq. Patrum homilijs, sermonibus, & tractationibus confici &

quasi conflari.

Eam quoq. præparationem in omni concione rectè explicāda adhibebit, vt quem deuotionis ardorem ex religiosa diuinarum precum recitatione, sacra celebratione, & pia meditatione, Deo iuuante, conceperit, eundem studiosè curet secum in suggestum deferre.

De concionatoris officio in suggestu. Cap. VII


Tque hæc quidem sunt, ad quæ concionator se paret, antequam suggestum ad concionandum ascendat. Quem vbi ascendit, illud inprimis breui tacita oratione rursus à Deo precabitur, vt syncerum, castūq. sit prædicationis suæ studium, vt nemini noxium, vt & sibi & omnibus in commune salutare.

Hocq. etiam summa prece tacitus contendet, vt si fortasse in concionando se vel gloria inani, vel alio vitio attentari aliquando contigerit, id & alia omnia, quæ aliorsum, quàm ad diuinam gloriam, ad animarumq. salutem spectent, Deus diuinæ suæ gratiæ virtute deficiat, atq. planè auertat.

Deinde quod antiquissimi instituti est, ac non sine mysterio quidem Salutationē angelicam, non festinanter, non canerè, sed graui, piaq. pronūciatione, ac genibus flexis recitabit ad pręse ipsam verborum formulam, qua Ecclesia sancta vtitur: ita vt ne verbum quidem vel addat, vel detrahat, vel mutet, quod ab illius instituta ratione diuersum sit.

Si concionatur intra Missarum solennia, quæ ipse celebrat, Salutatione angelica non vtetur.

Dum in concione versatur, sibi ob mentis oculos perpetuo proponet, tanquam in aduerso pariete Christum Dominum in maiestate iudicantem: qui ab se quoq. iam iam villicationis rationem deposcat.

Post concionem verò, prout ratio valetudinis tulerit, antequā cibum capiat, paulisper orabit: sicq. quos progressus cōcionando

nando facere cœpit, eos orando prosequetur: & sic deinceps adiuuabit perpetuo opere sanctitatis, ac voce virtutis.

De ritu concionandi. Cap. VIII.

SAcram concionem, intra Missarum solennia, Euangelio, scilicet recitato, haberi antiqui instituti est. Id igitur seruabitur non solum ab Episcopo, parocho, animarumúe curatore, aut sacerdote Missam celebrante, sed à quocunq. alio concionaturo, etiam qui tunc celebrat sibi.

Episcopus in Missæ solennis sacrificio concionem habebit, mitra, Episcopaliq. sacro omni vestitutu indutus.

Ministros, sacris indumentis vestitos sibi concionanti ab vtroq. latere assistentes adhibebit, ex veteri canone septem, vbi potest: sin minus, pauciores.

Ministrum præterea pluuiali indutum: qui à latere sinistro baculum pastoralem ante se sustineat.

In Missæ sacrificio non solenni, cum concionatur, vtetur stato Missæ vestitu, mitra, baculo, & ministris saltem duobus superpelliceo indutis: qui si Canonici sint, canonicali chori vestitu induentur.

In alia actione, quàm in Missę sacrificio, alioúe tempore, pluuiale, mitram, baculumq́. adhibebit, & suos, pluresúe ministros sibi assistentes arbitratu suo, prout actio solennis, & frequentia populi, & Ecclesiæ, vbi concionatur, ratio postulat.

Quia etiam in actione cappam Episcopalem, & stolam potius quàm pluuiale, & mitram adhibeat licet, & duos item sibi assistentes superpelliceo, alioúe chori habitu indutos, & duos præterea ministros; vnum qui pastoralem baculum, & alterum qui mitram à dextero latere teneat.

In actione minus solenni, in Ecclesiaúe non insigni, rocheto, mozeta vtetur, stola adiuncta, adhibitis etiam assistentibus & ministris vt supra, cum insignibus Episcopalibus.

Sed in omni alia functione, præterquam in Missæ sacrificio, triplici hac indumentorum ratione, prout maluerit, vtetur: ita vt modò pluuiale, modo cappam Episcopalem, modò rochetum, mozetamq. cum stola induat pro temporis, loci, personarumúe ratione.

Si quando ex tempore vsu venerit, vt concionetur: vbiq. etiam sine stola gregem suum verbo Dei, salutaribusq. monitis pascet.

In Ecclesia cum concionatur, id muneris obibit, sedēs in medio altari in faldistorio, aut in sede loco eminentiori collocata, aut in cathedra Episcopali: aut etiam suggestum, ambonēue ascendet; vbi itidem sedens concionem habebit, mitra itē, ceterisq. vt supra, pro ratione adhibitis.

Si in oratorio alioúe loco concionem habebit de suggestu, si vllus est; aut de sede aliquanto altiùs collocata concionabitur.

De libro etiam vbique concionetur licèt, ad præscriptum Cōcilij prouincialis quinti, ita vt vel ipse, vel Archidiaconus, aliusúe quem maluerit, ei per clausulas sacræ scripturæ verba distinctè de libro pronunciet, quæ ipse deinceps ordine sigillatim explicet.

Parochus autem, animarumúe curator, qui inter Missarum solennia concionem habet, aut in altari ab Epistolæ latere, capite aperto concionando stabit; aut opportuniùs suggestum ascendet, vt faciliùs præsertim cum populus frequens conuenit, ab omnibus exaudiri possit. Quo in loco capite operto erit, & stabit, aut sedili inhærebit, casula dum concionatur indutus, vel exutus prout maluerit.

Alius verò sacerdos cum non celebrat, inter Missarum sollennia concionaturus, non in altari, sed de suggestu concionē habebit.

Quod si Parochus, animarumúe curator, aut alius sacerdos aliquando intra Missarum solennia, quæ alter sacerdos celebret, aut alio tempore, quàm in Missa concionatur; ad eius muneris functionem superpelliceo, & stola vtetur. At vero regula

ris

ris,qui parochus non eſt,ſtolæ & ſuperpellicei loco veſtitum adhibebit,qui ex regulæ præſcripto in Choro ad diuinorum officiorum celebritatem adhibetur.

Diaconus,ſi quando ex facultate permiſſa concionatur, ſuperpelliceo etiam vtetur,& ſtola intranſuerſum ducta.

Si præterea parochus,aliuſúe concionator, in oratorio, aut ſacello,alibiúe cõcionem habiturus eſt,vbi ſuggeſtus nullus ſit: aptiorem,decentioremúe locum ibi deliget, vnde concionetur.

Poterit autem idem parochus aliquando,cum ita expedire viderit,concionando,libro Euangeliorum vti:de quo libro ipſe ſacra verba per clauſulas, & ſententias diſtinctè pronunciabit,tum ordine ſigillatim explicabit.

Quibus temporibus concionandum eſt. Cap, IX.

PRædicationis munus nullo,neque tempore, neque loco ſibi Chriſtus Dominus præfiniuit: neque Apoſtoli item,qui omni loco,omniq. tempore ſacro ſanctum Euangelium diſſeminarunt.Huncq. prædicandi morem ſanctiſſimi viri,Dominicus,Franciſcus,& Vincẽtius ſecuti ſunt:qui vel in ipſis agris conciones habuiſſe dicuntur. Cum igitur vel temporis vel loci opportunitas tulerit:non ſolũ in Eccleſia, qui locus prædicationis proprius eſt,ſed vbiq. omniq. tempore ſacra concione populus Dei paſcendus erit.

Quamobrem Epiſcopus inprimis oblata ſibi occaſione,ſemper & vbiq. gregem ſuum verbo Dei,ſalutaribuſq. documentis paſcet pro munere ſuo paſtorali:cum eius & dicta & facta, quaſi perpetuam quandam prædicationem miniſtrare, præbereúe debeant.

Omnibus autem ſaltem Dominicis & ſolennibus diebus feſtis,in Quadrageſimaq.& Aduentu quotidie,aut ſaltem tribus hebdomadæ diebus, quemadmodum Oecumenica Synodus Tridentina ſanciuit,ſacras ſcripturas,diuinamq.legem annunciabit:& aliàs quotieſcunq. id opportune fieri poſſe iudicauerit.

uerit.

Idem officium præstabit in sacris quattuor Tēporibus, statis anni solennitatibus, supplicationibus solennibus, Iubilęi Indulgentiæúe celebritatibus, in synodalibus actionibus, in omni sacramentorum administratione, in omni consecratione & benedictione solenni, & in omni denique muneris Episcopalis functione, quæ mysterij quod agit explicationem postulare videatur.

Quo in pascendi munere vsque adeò diligens erit, vt si quādo Episcopum, qui aliunde venerit, hospitio acceperit, hanc etiam occasionem nactus, cum eo agat, vt concionem populo habeat: id quod ex Clementis Pontificis, & martyris constitutione, in Concilio prouinciali quinto cautum est.

Parochi verò, omnesq. animarum curatores itidem omnibus Dominicis & solennibus diebus festis, & in Quadragesima, Aduentuq. diebus singulis, aut tribus saltem, quibus Episcopus iusserit, ex Tridantina sanctione & prouinciali decreto, verbo Dei populum pascent.

Cum item Quattuor ieiuniorum Tēpora, Aduentus Domini, Septuagesima, & anniuersariæ Domini solennitates instant: idq. constitutis aliquot ante diebus, ad præscriptum prouincialis tertij.

Idem præstent quoties sacramenta ministrabunt: idq. pręsertim Catechismo Romano. ijs etiam diebus, cum proximè sacramentum Confirmationis ab Episcopo ministrandum erit: ac præsertim de eo sacramento; quò populus ad illud religiose suscipiendum instructior accedat.

Id ipsum etiam agere non omitrent, cum aliquę statę processiones, vel aliæ supplicationes, ob publicam caussam extra ordinem indictæ agentur.

Cum Iubilęum item celebratur,

Quo præterea die, vel exequias agent vel ædium benedictionem, vel alterius rei benedicendæ, vel piæ societatis instituendæ, vel cuiusuis rei agendæ, quæ parochi, sacerdotisúe officium attingat, munus aggredientur.

Nemo

Nemo autem præter parochum, animarumúe curatorem, cuiuscunq. ordinis sit, aut quocunq. loco concionetur, concionem habebit, vt à Clemente quinto Pontifice in Concilio Viennensi sancitum est, qua hora Episcopus in eadem vrbe, oppido, locoúe concionatur: nisi aliter is concesserit.

Nec verò etiam parochus, quando Episcopus ita iusserit. Illud enim Episcopo, cui prædicationis munus præcipuè incumbit, tribui æquissimum est. Proinde ceteri concionatores quibus prædicatio delegata est, id etiam non est, cur ægrè ferant, si in Quadragesima, Aduentu Domini, alioúe tempore, certos aliquos dies potissimùm Episcopus aliquando deligat, quibus in Ecclesia Cathedrali, alioúe loco, vbi illi concionentur, oues sibi commissas, ipsemet pabulo verbi Dei pascere, aut reficere velit.

Dum concio habetur in Ecclesia, vbi habetur, Missa non celebretur: ne in loco quidẽ subterraneo, quæ concessio dicitur.

Videbit etiam concionator, ne à prãdio, qua hora doctrinę Christianæ scholæ habentur, concionetur: neque item qua hora diuina officia in cathedrali Ecclesia vel parochiali celebrantur, à quibus populus abduci non debet.

Ne noctu vnquam concionem habebit. Sicubi verò concionem de passione Domini haberi de nocte moris est, in matutinum tempus sextæ feriæ transferat.

Materia sacræ concionis vnde sumenda. Cap X.

PRimo concionator ita suam instituet concionem, vt ex doctrina constet Euangelica: quæ vbiq. gentiũ & terrarũ, omni creaturæ, à Christo Domino & magistro vitæ iubetur prędicari. Ita verò constabit, vt ad illam ipsam pręclarè contexendã, alia diuinæ legis, diuinarũq. litterarum testimonia, sanctorum Patrũ disciplinas & exẽpla, sacras Ecclesiæ traditiones, sanctiores interpretationes, & totius Ecclesiasticæ antiquitatis cognitionem rectè, appositeq.

vt vſu venerit accommodet.

Euangelicæ igitur hiſtoriç commemorationem nunquam omittet: vt quod ſæpe fit, aliud dicendi argumentum non ſumat: niſi vel temporis, vel celebritatis, vel officij, quod peragitur, ratio aliter aliquando depoſcere videtur. aut opportuniùs aliquando cenſuerit, alias Miſſæ partes tractare, vt mox infra.

Epiſtolæ etiā, quæ in Miſſa ex inſtituto Eccleſiæ recitata eſt, explicationem dilucidam cum Euangelij interpretatione interdum coniunget.

Ex vna & altera explicatiōe locos aliquot cōmunes deliget: quibus populum ad Dei caritatem, ad proximi dilectionē, ad vitç chriſtianç inſtituta, ad pietatis opera atq. officia inflāmet.

Proponet itē ſæpius fidelibus, quid eo die Eccleſia Dei precetur, quidq. potiſſimùm oret. Quāobrem aliquando precationes, ſeu orationes, quæ collectæ nominātur, præſertim quæ primo loco ponuntur, fidelibus accuratè, pieq exponet. Sacrificij etiam Miſſç, diuinorumq. officiorum, & anniuerſariarum ſolennitatum, ac temporum myſteria auditoribus diligenter explanabit: vt ritè, recteq. inſtructi Eccleſiæ filij à matre in tanta myſteriorum celebritate non modò operibus non diſcordēt, ſed ad omnem religioſum eorum, quæ ſanctè aguntur, cultū ardentiùs inflammētur: atque adeò vberiorem ſpiritalem fructum ex rebus diuinis capiant.

Inſtituta præterea Eccleſiç, ſanctasq conſuetudines, vt occaſio tulerit docebit.

Sancti cuius dies feſtus agitur, vitam verè, grauiterq. conſcriptam, Patrum iudicio comprobatam, vt infra præſcribitur, cō memorare non omittet, aliquo delectu exemplorum, quibus animos conformet in omnes benè ſanctèq. agendi partes.

Digredietur interdum, vt & occaſio & argumēti ratio feret, ad Symboli, Orationis Dominicç, Salutationis Angelicæ, decē præceptorum, & ſacramentorum explicationem.

In omni porro materia, genere cōcionis, tractationisue, hçc cauebit, vt mox infra.

Ne a veteri, vulgataq Bibliorum editione, perpetuo ſanctç

Ec-

Ecclesiæ vsu comprobata, proferendis diuinarum litterarũ sententijs, discedat: sed illam pro auctẽtica habeat, vt decreto Tridẽtino cauetur. Ad planiorem tamen illius explicationem vberioremq. vti etiam licebit Græca & Hæbraica lectione,

Ne sacram scripturam ad suos sensus contorqueat contra eum sensum, quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia, aut contra vnanimem Patrum consensum, vt sapiẽter eadem Tridentina Synodus cauit.

Si quam verô nouam interpretationem ab Ecclesiæ sensu, Patrumq. sententijs non alienam, quæ vel fidei catholicę doctrinam illustret, vel pietatis studium excitet, aliquando afferre cogitat, aliquid breui præfabitur, quo id sibi licere, humiliter præsertim, ab Episcopo pręsente petat.

Subtiliores quæstiones apud imperitã multitudinem ne attingat.

Ne de beatissimę Virginis immaculata Cõceptione disputare ausit, contra pręscriptum sanctionis pontificiæ Pij Quinti.

Ne hæreticorum nomina, portenta illa quidem, & monstra in vulgus dicat; nisi cùm aliquando, & in locis eorũ finitimis, vbi ea nota, peruulgataq. sunt, istorum nefaria doctrina exagitanda & explodenda est.

Ne facetias, ridiculeúe dicta afferat.

Ne res ineptas, vel superuacaneas, vel parum fructuosas afferat: sed eas tantum quæ dignæ Dei templo, dignæ caritatis moribus, auribus iudicentur.

Ne nouas allegorias comminiscatur: sed eas seligat ex receptis ab Ecclesia scriptis.

Ne quidquam ab Ecclesia, eiusq; institutis, ritibus, cõsuetudine, perpetuoq. vsu alienum, quodq. cum probatis Ecclesię doctoribus consentiens non sit, proferat.

Ne historias ex apocryphis scriptoribus narret.

Ne vulgaria, ac minùs comprobata, cùm de sancto cõcionatur in medium afferat: sed quę vera, grauiumq. virorum litteris prodita, fidem augent doctrinæ catholicæ, atq. audientium mẽtes ad pietatis studium incendunt.

Proinde

Proinde aliquod peculiare, præcipuumq. donum diuinitatis ei datum, exquirat, quod auditoribus enunciet. Neque id in omni loco, sed potissimùm in extrema parte concionis.

Ne miracula narret, quæ certi auctoris testimonio non cõmendentur.

Ne incerta, quæq. speciem falsi præseferunt, commemoret.

Ne futurorum prædicationem sibi sumat.

De extremo iudicij die, & Antichristi aduentu, ita ad populũ verba faciat, vt ea expectatione peccatores terreantur. De tẽpore autẽ quo illud futurũ sit, nihil pro certo affirmare audeat.

Ne ex prophanis libris, qui non sine reprehensione ab hominibus religiosis legi posse videntur, quidquã in mediũ afferat.

Ethnicorum doctrinam, Poëtarum versus, Philophorũ disciplinas, quæ religioni christianæ nõ alienæ, sed accommodatę videntur, ad vtilitatem & vsum reuocari, sancti doctores Augustinus, & Hieronymus, alijq. censuerunt. Sed concionator hoc faciat quàm rarissimè, neq. vbi primo disputationem aliquam est aggressus est, sed posteaquam sacrarum litterarum testimonia attulerit. Nec vero in illis doctrinis longior sit, quã deceat; sed paucis quicquid ab eis afferet, complectatur; atq. ita quidẽ, vt multæ cognitionis ostentationem caueat.

Ne Patrum sentẽtiam temerè vnquam refutet. Cum autem in medio attulerit, ante sapienter perpendat, pręsertim Grecorum Patrum, quorũ interpretatio fidei catholicę hostibus contaminara, aut deprauata est.

Ne singulares quasdam opiniones, quamquam illæ quidem in scholis afferuntur, ad concionem adhibeat.

Si quãdo doctrinam scriptoris alienæ scholę afferret, de eo honorificè aliquid paucis præfabitur.

Ne doctores, & auctores neotericos in mediũ afferat. Ea est enim suggestus auctoritas, vt sacram scripturã inprimis, & sanctorum veterum Patrum doctrinam requirat.

Ne sanctorum doctorum prolixas sententias, sed breues, latino sermone recitet.

Si eos complures aliquando nominatim appellare cõtigerit

rit: primò veteres, tum ordine deinceps alios, ab illorum ætate recentes nominabit.

Ne prophanum quicquam, ne edicta laicalia, ne cetera id genus de suggestu enunciet.

Ne pauperem quidem eleemosynæ nomine commendet, nisi Episcopi eiusue ministrorum auctoritate.

Ne Indulgentias item populo promulget, nisi vt per Episcopum iussus erit.

Ne quemquā nominatim insectetur, vel ita verbis depingat, vt de quo loquatur, facilè possit auditor animaduertere.

Ne in ordinem vllum aut statū, aut vitæ genus ab Ecclesia receprum inuehatur.

Ne Episcopos, aliosúe Prælatos, nec verò ciuiles magistratus in cōcione asperiùs obiurget: sed si quando occasio tulerit, piè potiùs admoneat. Ne cū reprehendit, id hominū, sed peccatorum odio, immo pietatis, & caritatis studio ductus, faciat.

Ne vitijs exagitandis quasi furenter iratus excādescat nimis.

Ne iniuriosa verba proferat, neúe ignominiosa.

Ne obtrectationibus, quæ aliquando fiunt, & querimonijs de suggestu respondeat.

Ne de suggestu vnquam conqueratur sibi coronam non adesse frequentium auditorum. Reprehendat tamen, licèt præsertim parochus, negligentiā populi, si quando non frequens ad concionem conuenit.

Ne aures facile præbeat laicis clericorum vitę detrahentibus, aut ciuitatis rectorum, præsidumúe culpam aliquam calumnātibus: sed omnia ante diligenter, diuq. perpendat, quàm ad reprehensionem descendat.

Ne statim cum concionari aggressus est, sed postquā aliquot concionibus habitis, prudentis, docti, & religiosi concionatoris nomē adeptus est, ad vitia acriùs insectanda se conferat.

Sed in eo genere, in omniq. admonitionis, atq. exhortationis officio, eā beneuolentiam & caritatem auditoribus suis ostēdat, atq. adeò præstet, qua parens liberos amplectitur. Assidueq. secum reputet quod B. Apostolus Paulus scripsit:

Filioli,quos iterum parturio,donec formetur Christus in vobis.

Peccata studio concionatoris tollenda,quæ frequentius contra diuinæ legis praecepta committuntur. Cap, XI,

ET quoniam animarum salus in eo posita est,vt populus fidelis,quæ mala,peccataq. sunt, fugiat; & rursus quæ bona,virtutumq. officia,pietatis studio consectetur:ideò hæc genera assiduè concionator vrgeat,atq. instet pro conditione loci,rationeq. personarum, quibus prædicat.

Vniuersè verò peccata omni increpatione exagitet: cruciatus,tormentaq. perennia,ac sempiterna damnatorum exageret:sæpe mundi res caducas,breuiq. interituras,& eius infinita incommoda ad omnem exagitationem studiosè proponat, ac recenseat calamitates.

Atque mala quidem,vitia,ac peccata,quæ concionator tollere studebit,permulta sunt: sed quæ contra legis diuinæ præcepta committuntur, quæq. eripere omni perpetuò prædicationis officio contendet,hæc frequentiora sunt.

Detestabile blasphemiæ scelus,ac nefaria maledicta, quæ in Deum,sanctosq. conijciuntur.

Superstitiones,auguria,diuinationes,veneficia,cantiones, & cetera id genus,quibus castissimus Dei cultus violatur.

Dierum festorum violatiò.

Immodestus,ac parum pius quorumdam accessus ad Ecclesias,indulgentias,stationes,& supplicationes publicás:quò omni religiosa pietate frequentissimus concursus esse debet ad vberiorem gratiam promerendam.

Impura in illis item,aut in earum atrijs & cæmiterijs conuersatio,ac nequaquam cum pietatis christianæ rationibus conueniens,præsertim cum diuina celebrantur.

Nefarium rei familiaris cum alterius iniuria parandæ,atq. augendæ studium.

Pecuniæ conficiendæ sitis,& omnis deniq. auaritia.

Tot

Tot contractuum genera, quæ excogitata sunt in fraudem legis omnem vsuram prohibentis.

Litium, & controuersiarum immoderatum illud studium, christianoq. nomine indignum.

Improbitas eorum qui malas caussas defendunt.

Auaritia atq. negligentia illorum, qui lites longiùs ducunt.

Nequitia item illorum, qui litibus iurgijsq́. odia & inimicitias alunt.

Malitia præterea quorundam, qui tanquam hirudo litigantium, omni litigandi arte immoderatos sumptus exhauriunt.

Calumniæ, quæ passim in foro versantur.

Adulteria, strupa, incesta, fornicationes, operaq. carnis.

Impia licentia falsi testimonij dicendi, aut falso jurandi, etiã in re aut vita cuiuscunq́. tuenda.

Impurus vsus ganeas frequentandi, heluandiq́. auiditas, atq. omne gulæ & ventris explendi vitium.

Nec vero satis putet vniuersè generatimq́. peccatum & vitiũ reprehendere: sed ad species, præcipuasq́. actiones, quæ prauæ inde existunt, in vsuq. sunt, descendat, quò rectiùs auditores peccata cognoscant, multoq́. cautiùs fugiant.

Et quoniam pleriq. sunt, qui certis vulgaribus argumentationibus disciplinæ christianæ repugnantibus vtuntur ad peccatorum excusationem; de industria aliquando, prout vsuuenerit, concionator, piè docteq. ostendat, quàm magnopere isti argumentationis, atq. opinionis humanę errore decepti, à via salutis aberrent.

Atq. ij quidem alij sunt qui honorum studijs, ambitioniq. seruiunt, propterea quod & mundo, & propinquis satisfaciendum putent.

Alij angustam illam viuendi viam ad Euangelij præscriptum minime tenent, quia communem vitæ consuetudinem amplectendam arbitrentur.

Alij pietatis opera multa aspernantur, quoniam anicularum ea potiùs esse arbitrantur, quàm virorum.

Sunt qui à perfectiori vitę ratione, atq. a frequenti sacramẽ

torum vſu ſe, atque adeò alios abducent, quòd ſine eo diligentiori ſtudio homo ſalutem conſequi poſſit.

Sunt item qui peccata excuſent adoleſcentiæ nomine, vel aliam cauſſam prætexunt. Atque ita quidem multi male agere pergunt vulgi opinionibus falſis, ineptiſq. argumentationibus ducti: quæ à concionatore coarguendæ, atque refutandæ ſunt.

Officium concionatoris in perpetuo reprehendendis, tollendiſq. prauis conſuetudinibus, vnde peccandi ſeminaria extant. Cap. XII.

PVblicorum peccatorum illecebras, quas homines deprauatæ conſuetudinis errore decepti, pro nihilo putant, concionator perpetuò reprehendat, atq. in ſummum odium adducere contendet, oſtendetq. quàm grauiter Deum offendant, quàm multa mala, atque adeò publicæ etiam calamitates, infinitaque detrimenta inde exiſtant.

Spectacula, ludos, ludicraſq. res id generis, quæ ab Ethnicorum moribus originem ducunt, diſciplinæq. chriſtianæ aduerſantur, perpetuò deteſtabitur, execrabitur: demonſtrabit incõmoda, publicaſq. ærumnas inde in Chriſtianum populum dimanare. In quam ſententiam valde populum confirmabit argumentis, quæ grauiſſimi viri Tertulianus, Cyprianus martyr, Saluianus & Chryſoſtomus afferunt.

In eoq. argumenti genere nullum alium omittet, quò tanta corruptela radicitus extirpetur.

Choreas, ſaltationes, ac tripudia, è quibus mortiferæ cupiditates excitantur, de ſuggeſtu ſæpe grauiter reprehendet, atq. inſectabitur.

Scenicæ perſonatæq. actiones, vnde tanquam è quodam ſeminario, ſemina malefactorum, ac flagitiorum pænè omnium exiſtunt, quàm à Chriſtianæ diſciplinæ officijs abhorrentes, quàm

quàm valde cum paganorum inſtitutis conuenientes,atq. diaboli aſtu inuentæ,omni officio à populo Christiano exterminandæ ſint,qua maximè poteſt religioſa contentione aget.

Omnem in muliebri veſtitu luxum,caudatas veſtes,ſuperbū ornatum,deformem illam capitis ornandi ſpeciem,muliebres fucos ac pigmenta,ceteraq. ad mollitiem,atq. adeò ad libidinis incitamentum fædè excogitata,omni perſuaſionum vi, & argumentorum quaſi telis oppugnabit:quæ multa ſubminiſtrabunt magni illi Eccleſię viri,Cyprianus martyr,Baſilius,Auguſtinus,& Ambroſiusinprimis.

Effuſam etiam virorum impenſam,& omnem intemperantiam,quæ ad barbararum gentium à fide alienarum ſimilitudinem tam valdè accedit,omni ſtudio coarguet.

Seruorum,quorum opera nulla eſt,neque domi,neque foris multitudinem inutilem,ac deſidem ſuperuacaneam diſſuadebit.

Epulas illas ſumptuoſas, & comeſſationes immoderatas à frugalitate chriſtiana alienas,omnis intemperantiæ,impudicitiæ,libidinis,aliorumq́. vitiorum illecebras arguet, increpabit, atq. planè diſſuadebit.

Omnem aleam, omnemq́. eius generis ludum,vnde iurgijs, furto,maledictis,ac alijs malis,maleficijſq. quaſi fores aperiuntur,grauiter obiurgabit,atq. exagitabit.

Eorum peccatum inſectabitur,qui ædes ſuas, quaſi ludum aleatorium exponunt.

Multorum otioſam vitam,ac voluptariam ita facile peccatis expoſitam reprehendet quàm ſępiſſimè.

Concionatoris officium in inſtituendis fidelibus ad ſanctiſsimum Sacramentorum vſum.

Cap. XIII.

CVm autem nihil possit esse populo christiano vtilius, quàm scientia, & rectus vsus sacramentorum: quàm religiosè, quàm piè, quàm humiliter ad illa accedendum sit, accuratè docebit.

De Baptismo cum loquetur, cetera cùm exposuerit, quæ ex cathechismo Romano sapienter præscripta sunt, tum in eo versabitur, vt deprauatum vitæ morem fidelium exagitet, qui, contra quàm in Baptismo spoponderint, viuant & carni, & mũdo, pompisq́. eius, & Sathanæ, atq. illius operibus, Deo autem mortui sint: & quâm laboriosa putent quæ Dei sunt, quàm rursus facilia quæ mundi, quæ carnis, quæ sathanæ. Quo in genere omnem concionis suæ vim concionator adhibebit.

Neque præterea omittet, compatres docere, ac monere, quã solliciti esse debeant, vt quos in Baptismo susceperunt, fidei christianæ rudimẽtis, sanctarum virtutum officijs, quibus ad salutem via munitur, rectè instituant.

De Confirmationis sacramento concionem instituet, in qua diuina illa dona cum commemorauerit quæ Deus illis impartitur, qui ritè, sanctéq. hoc sacramentum suscipiunt, tum ostendet, quàm sollicitè, quantaq́. religiosi animi præparatione fideles ad id suscipiendum conuenire debeant.

Exponet item, ad quæ vsui sint ea Spiritus Sancti munera.

Arguet qui negligentes sint, at planè desides in ijs accipiendis.

Admonebit & hortabitur ad illa rectè obeunda.

Monebit, vt qui ad hoc sacramentum accedunt, in primis instructi sint fidei Christianæ rudimentis, & virtutum Christianorum officijs.

Cohortatione itẽ aget, vt cùm hoc sacramẽtum ministratur, & pro ijs qui suscipiunt, & pro illis qui eosdem adducunt, offerunt attente, pieq́. orent.

Cetera præstabit ex præscripto litterarum Episcopalium.

Excellentiæ, & sanctissimæ Eucharistiæ frequentiam esse

fructu

fructuosissimam & maximè commendandam, rationibus multis, & sacræ scripturæ testimonijs comprobabit.

Eam consuetudinem concionando inducere studebit, vt populus, si minus dominico quoq. die, saltem semel in singulis mensibus confiteatur, & sacram communionem sumat. At in Quadragesima, & in Aduētu, vt singulis diebus dominicis hoc faciat: id quod antiquæ fidelium pietatis est.

De Ordinis sacramento cùm tempus postulat, aget quàm diligentissimè.

Quo in genere cùm cetera commemorabit, quæ multa cathechismi Romani litteris prodita sunt, tum clericorum vitæ instituta, muneris sui partes ac functiones. Quamq; ab omni labe puros esse oportet.

Quàm à perturbationibus animi alienos.

Quàm continentes & quàm abstinentes.

Quàm castissimis moribus præditos.

Quàm spiritalis vitæ studiosos.

Quàm omni virtutum exemplo præstantes.

Quàm imprimis caritatis, quæ seminarium omnium virtutum est, amantes.

Quàm diuini cultus zelo accensos.

Quàm salutis animarum cupidos & appetentes.

Quàm doctos, omnisq. disciplinæ sanctæ peritos.

Quàm liberales eleemosynis dandis, qui præsertim vberes fructus ex Ecclesiasticis prædijs capiunt.

Quàm hospitales item.

Quàm benignos salutaribus consilijs dandis.

Quàm munificos ac promptos in omni spiritali dono, opereq. misericordiæ.

Quàm valde diligentes & sollicitos in ordinis sui functione.

Hæc omnia, longeq. plura, prout in Domino expedire viderit, piè, doctè, sapienterq. ita explicabit, vt populus accendatur ad honorem & obseruantiam, quam nauare, præstareq. ijs debent, qui Ecclesiasticis ordinibus adscripti sunt.

Quod argumenti genus nactus concionator, fideles docebit

officia erga clerũ. Ostendetq. imprimis, quàm magnus honor tribuẽdus sit Episcopo, vt patri, vt dño, vt pastori, vt spiritualiũ cõmodorũ auctori, salutemq. populi omni sollicitudine pro curãti. Quam in sentẽtiam multa dicet cùm ex sacris litteris, tũ ex sanctorum Patrum documentis, ex doctrinaq. præsertim beatissimi Pontificis, & martyris Clementis.

Eius præterea monitis, iussis, edictis, decretorum sanctionibus, quàm prompta voluntate, & obsequio parendum sit, sępe numero grauiter docebit. Episcopo enim, inquit diuinus Ignatius martyr, subiecti estis velut Domino; nàm ipse vigilat pro animabus vestris, vt qui rationem deo redditurus sit. Reueremini, alio loco scribit, Episcopum sicut Christum, quemadmodum nobis præceperunt Apostoli. Episcopus enim typum Dei patris omnium gerit. Sed hæc & alia id generis concionator è fontibus hauriet diuinarum, Ecclesiasticarumque litterarum.

Quanta sit sacerdotij dignitas demonstrabit, qua reuerentia, quo honore populus eos prosequatur, qui sacerdotio initiati sunt.

Parochos præsertim quàm valde colet, qui curatores animarum sunt, qui pastores, qui parentes spirituales, quiq. paterna sollicitudine in populi salute, salutaribusq́. commodis euigilant.

Quàm grato propterea animo, quàm pia liberalitate, quàm libenter decimas, primitiasúe eis debitas soluat.

Quàm paratissima ad obediendum voluntate eorum cohortationibus, monitis, præceptisq́; obtemperet.

Quàm frequenter, cum vsu uenerit, eos adeat, â quibus salutaria consilia petat.

Quàm sæpe præsertim diebus dominicis, festisq́. ad parochialem Ecclesiam conueniat, vbi salutariter erudiatur ad omnem benè, recteq. agendi disciplinam.

Rursus concionando mouebit parentes, quàm diligentem educationem filijs adhibere debeant, quos ordini Ecclesiastico destinant. Qua in re multa, quę his temporibus necessaria sunt,

tum

tum ad parentum instructionem, tum ad filiorum rectã in disciplina clericali educationem, illos commonefaciet grauiter, & accuratè.

Populum hortabitur, vt statis illis quattuor anni temporibus, & priuatim in suis quisq. ædibus, & publice in Ecclesia oret, ad litanias conueniat, Deum precaturus pro ijs, qui Ordinis sacra menro initiãtur, ceteraq. præstet ex præscripto litterarum Episcopalium.

Tractationem de sacramento matrimonij quàm sæpissimè suscipiet, cùm ad omnem licentiã prolapsa sit hominũ libido.

Docebit illius sacramenti vim, & sanctitatem.

Monebit, quam religiosa præparatione idem sit ineundũ.

Hortabitur Thobiæ exemplo ad orationem, ad ieiunium, tum ad confessionem, & communionem, antequam matrimonium conficiant.

Instruet inprimis fideles, cur nubendum: quo in genere multa dicet de educatione filiorum.

Commonefaciet etiam, vt antequam matrimonium contrahant, rectè discant, se filios esse, nempe parentibus obedientes esse, illisq. se amorem, metum, obseruantiam, & venerationem debitam præstare. Quo fiat, vt cùm ex matrimonio liberos susceperint rectè, sanctèq. educent: alioqui si contra faciãt, inde & sibi, & alijs infesta proles existet.

Admonebit item, vt videant cui nubant: à Deo precentur, vt rectè nubant, ne tribulationem carnis, quam habituri sunt, habeant ad perniciem, sed ad salutem: nam proprium donum Dei est vxor bona & prũdens.

Vt in re tanta parentum consilium adhibeant. Quod quam uis necessarium non sit, lex tamen naturalis, humanaq. suadet, & sacrarum litterarum exempla docent.

Vt considerent ætatem, & mores.

Vt pro dote magna virtutem putent.

Vt qui se continere non possunt, melius esse doceat vt nubant.

Alia multa speciatim admonebit, prout opportuna esse

uerit.

Idem officium præstabit in sacris quattuor Tēporibus, statis anni solennitatibus, supplicationibus solennibus, Iubilęi Indulgentiæúe celebritatibus, in synodalibus actionibus, in omni sacramentorum administratione, in omni consecratione & benedictione solenni, & in omni denique muneris Episcopalis functione, quæ mysterij quod agit explicationem postulare videatur.

Quo in pascendi munere vsque adeò diligens erit, vt si quādo Episcopum, qui aliunde venerit, hospitio acceperit, hanc etiam occasionem nactus, cum eo agat, vt concionem populo habeat: id quod ex Clementis Pontificis, & martyris constitutione, in Concilio prouinciali quinto cautum est.

Parochi verò, omnesq́. animarum curatores itidem omnibus Dominicis & solennibus diebus festis, & in Quadragesima, Aduentuq. diebus singulis, aut tribus saltem, quibus Episcopus iusserit, ex Tridantina sanctione & prouinciali decreto, verbo Dei populum pascent.

Cum item Quattuor ieiuniorum Tēpora, Aduentus Domini, Septuagesima, & anniuersariæ Domini solennitates instant: idq. constitutis aliquot ante diebus, ad præscriptum prouincialis tertij.

Idem præstent quoties sacramenta ministrabunt: idq́. pręsertim Catechismo Romano. ijs etiam diebus, cum proximè sacramentum Confirmationis ab Episcopo ministrandum erit: ac præsertim de eo sacramento; quò populus ad illud religiose suscipiendum instructior accedat.

Idipsum etiam agere non omittent, cum aliquę statę processiones, vel aliæ supplicationes, ob publicam caussam extra ordinem indictæ agentur.

Cum Iubilęum item celebratur.

Quo præterea die, vel exequias agent vel ædium benedictionem, vel alterius rei benedicendæ, vel piæ societatis instituendæ, vel cuiusuis rei agendæ, quæ parochi, sacerdotisúe officium attingat, munus aggredientur.

Nemo

Nemo autem præter parochum, animarumúe curatorem, cuiuſcunq. ordinis ſit, aut quocunq. loco concionetur, concionem habebit, vt à Clemente quinto Pontifice in Concilio Viennenſi ſancitum eſt, qua hora Epiſcopus in eadem vrbe, oppido, locoúe concionatur: niſi aliter is conceſſerit.

Nec verò etiam parochus, quando Epiſcopus ita iuſſerit. Illud enim Epiſcopo, cui prædicationis munus præcipuè incumbit, tribui æquiſſimum eſt. Proinde ceteri concionatores quibus prædicatio delegata eſt, id etiam non eſt, cur ægrè ferant, ſi in Quadrageſima, Aduentu Domini, alioúe tempore, certos aliquos dies potiſſimùm Epiſcopus aliquando deligat, quibus in Eccleſia Cathedrali, alioúe loco, vbi illi concionentur, oues ſibi commiſſas, ipſemet pabulo verbi Dei paſcere, aut reficere velit.

Dum concio habetur in Eccleſia, vbi habetur, Miſſa non celebretur: ne in loco quidē ſubterraneo, quæ conceſſio dicitur.

Videbit etiam concionator, ne à prādio, qua hora doctrinę Chriſtianæ ſcholæ habentur, concionetur: neque item qua hora diuina officia in cathedrali Eccleſia vel parochiali celebrantur, à quibus populus abduci non debet.

Ne noctu vnquam concionem habebit. Sicubi verò concionem de paſſione Domini haberi de nocte moris eſt, in matutinum tempus ſextæ feriæ transferat.

Materia ſacra concionis vnde ſumenda. Cap X.

PRimo concionator ita ſuam inſtituet concionem, vt ex doctrina conſtet Euangelica: quæ vbiq. gentiū & terrarū, omni creaturæ, à Chriſto Domino & magiſtro vitæ iubetur prędicari. Ita verò conſtabit, vt ad illam ipſam pręclarè contexendā, alia diuinæ legis, diuinarūq. litterarum teſtimonia, ſanctorum Patrū diſciplinas & exēpla, ſacras Eccleſiæ traditiones, ſanctiores interpretationes, & totius Eccleſiaſticæ antiquitatis cognitionem rectè, appoſiteq.

vt

vt vſu venerit accommodet.

Euangelicæ igitur hiſtoriç commemorationem nunquam omittet: vt quod ſæpe fit, aliud dicendi argumentum non ſumat: niſi vel temporis, vel celebritatis, vel officij, quod peragitur, ratio aliter aliquando depoſcere videtur. aut opportunius aliquando cenſuerit, alias Miſſæ partes tractare, vt mox infra.

Epiſtolæ etiã, quæ in Miſſa ex inſtituto Eccleſiæ recitata eſt, explicationem dilucidam cum Euangelij interpretatione interdum coniunget.

Ex vna & altera explicatiõe locos aliquot cõmunes deliget: quibus populum ad Dei caritatem, ad proximi dilectionẽ, ad vitç chriſtianç inſtituta, ad pietatis opera atq. officia inflãmet.

Proponet itẽ ſæpius fidelibus, quid eo die Eccleſia Dei precetur, quidq́. potiſſimùm oret. Quãobrem aliquando precationes, ſeu orationes, quæ collectæ nominãtur, præſertim quæ primo loco ponuntur, fidelibus accuratè, pieq́ exponet. Sacrificij etiam Miſſç, diuinorumq́. officiorum, & anniuerſariarum ſolennitatum, ac temporum myſteria auditoribus diligenter explanabit: vt ritè, rectéq́. inſtructi Eccleſiæ filij à matre in tanta myſteriorum celebritate non modò operibus non diſcordẽt, ſed ad omnem religioſum eorum, quæ ſanctè aguntur, cultũ ardentiùs inflammẽtur: atque adeò vberiorem ſpiritalem fructum ex rebus diuinis capiant.

Inſtituta præterea Eccleſię, ſanctasq́ conſuetudines, vt occaſio tulerit docebit.

Sancti cuius dies feſtus agitur, vitam verè, grauiterq́. conſcriptam, Patrum iudicio comprobatam, vt infra præſcribitur, cõmemorare non omittet, aliquo delectu exemplorum, quibus animos conformet in omnes benè ſanctéq́. agendi partes.

Digredietur interdum, vt & occaſio & argumẽti ratio feret, ad Symboli Orationis Dominicę, Salutationis Angelicæ, decẽ præceptorum, & ſacramentorum explicationem.

In omni porro materia, genere cõcionis, tractationiſue, hęc cauebit, vt mox infra.

Ne a veteri, vulgataq́ Bibliorum editione, perpetuo ſanctę

Ec-

Ecclesiæ vsu comprobata, proferendis diuinarum litterarũ sen tentijs, discedat: sed illam pro auctẽtica habeat, vt decreto Tridẽtino cauetur. Ad planiorem tamen illius explicationem vberioremq. vti etiam licebit Græca & Hæbraica lectione,

Ne sacram scripturam ad suos sensus contorqueat contra eum sensum, quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia, aut contra vnanimem Patrum consensum, vt sapiẽter eadem Tridentina Synodus cauit.

Si quam verô nouam interpretationem ab Ecclesiæ sensu, Patrumq. sententijs non alienam, quæ vel fidei catholicę doctrinam illustret, vel pietatis studium excitet, aliquando afferre cogitat, aliquid breui præfabitur, quo id sibi licere, humiliter præsertim, ab Episcopo pręsente petat.

Subtiliores quæstiones apud imperitã multitudinem ne attingat.

Ne de beatissimę Virginis immaculata Cõceptione disputare ausit, contra pręscriptum sanctionis pontificiæ Pij Quinti.

Ne hæreticorum nomina, portenta illa quidem, & monstra in vulgus dicat; nisi cùm aliquando, & in locis eorũ finitimis, vbi ea nota, peruulgataq. sunt, istorum nefaria doctrina exagitanda & explodenda est.

Ne facetias, ridiculeúe dicta afferat.

Ne res ineptas, vel superuacaneas, vel parum fructuosas afferat: sed ea stantum quæ dignæ Dei templo, dignæ caritatis moribus, auribus iudicentur.

Ne nouas allegorias comminiscatur: sed eas seligat ex receptis ab Ecclesia scriptis.

Ne quidquam ab Ecclesia, eiusq. institutis, ritibus, cõsuetudine, perpetuoq. vsu alienum, quodq. cum probatis Ecclesię doctoribus consentiens non sit, proferat.

Ne historias ex apocryphis scriptoribus narret.

Ne vulgaria, ac minùs comprobata, cùm de sancto cõcionatur in medium afferat: sed quę vera, grauiumq. virorum litteris prodita, fidem augent doctrinæ catholicæ, atq. audientium mẽtes ad pietatis studium incendunt.

Proinde

Proinde aliquod peculiare, præcipuumq́. donum diuinitatis ei datum, exquirat, quod auditoribus enunciet. Neque id in omni loco, sed potissimùm in extrema parte concionis.

Ne miracula narret, quæ certi auctoris testimonio non cōmendentur.

Ne incertá, quæq. speciem falsi præseferunt, commemoret.

Ne futurorum prædicationem sibi sumat.

De extremo iudicij die, & Antichristi aduentu, ita ad populū verba faciat, vt ea expectatione peccatores terreantur. De tēpore autē quo illud futurū sit, nihil pro certo affirmare audeat.

Ne ex prophanis libris, qui non sine reprehensione ab hominibus religiosis legi posse videntur, quidquā in mediū afferat.

Ethnicorum doctrinam, Poëtarum versus, Philophorū disciplinas, quæ religioni christianæ nō alienæ, sed accommodatę videntur, ad vtilitatem & vsum reuocari, sancti doctores Augustinus, & Hieronymus, aliję́. censuerunt. Sed concionator hoc faciat quàm rarissimè; neq. vbi primo disputationem aliquam est aggressus est, sed posteaquam sacrarum litterarum testimonia attulerit. Nec vero in illis doctrinis longior sit, quā deceat; sed paucis quicquid ab eis afferet, complectatur; atq. ita quidē, vt multæ cognitionis ostentationem caueat.

Ne Patrum sentētiam temerè vnquam refutet. Cum autem in medio attulerit, ante sapienter perpendat, pręsertim Gręcorum Patrum, quorū interpretatio fidei catholicę hostibus contaminara, aut deprauata est.

Ne singulares quasdam opiniones, quamquam illæ quidem in scholis afferuntur, ad concionem adhibeat.

Si quādo doctrinam scriptoris alienæ scholę afferret, de eo honorificè aliquid paucis præfabitur.

Ne doctores, & auctores neotericos in mediū afferat. Ea est enim suggestus auctoritas, vt sacram scripturā inprimis, & sanctorum veterum Patrum doctrinam requirat.

Ne sanctorum doctorum prolixas sententias, sed breues, latino sermone recitet.

Si eos complures aliquando nominatim appellare cōtigerit

rit: primò veteres, tum ordine deinceps alios, ab illorum ætate recentes nominabit.

Ne prophanum quicquam, ne edicta laïcalia, ne cetera id genus de ſuggeſtu enunciet.

Ne pauperem quidem eleemoſynæ nomine commendet, niſi Epiſcopi eiuſúe miniſtrorum auctoritate.

Ne Indulgentias item populo promulget, niſi vt per Epiſcopum iuſſus erit.

Ne quemquā nominatim inſectetur, vel ita verbis depingat, vt de quo loquatur, facilè poſſit auditor animaduertere.

Ne in ordinem vllum aut ſtatū, aut vitæ genus ab Eccleſia receptum inuehatur.

Ne Epiſcopos, alioſúe Prælatos, nec verò ciuiles magiſtratus in cōcione aſperiùs obiurget: ſed ſi quando occaſio tulerit, piè potiùs admoneat. Ne cū reprehendit, id hominū, ſed peccatorum odio, immo pietatis, & caritatis ſtudio ductus, faciat.

Ne vitijs exagitandis quaſi furenter iratus excādeſcat nimis.

Ne iniurioſa verba proferat, neúe ignominioſa.

Ne obtrectationibus, quæ aliquando fiunt, & querimonijs de ſuggeſtu reſpondeat.

Ne de ſuggeſtu vnquam conqueratur ſibi coronam non adeſſe frequentium auditorum. Reprehendat tamen, licèt præſertim parochus, negligentiā populi, ſi quando non frequens ad concionem conuenit.

Ne aures facile præbeat laicis clericorum vitę detrahentibus, aut ciuitatis rectorum, præſidumúe culpam aliquam calumnātibus: ſed omnia ante diligenter, diuq. perpendat, quàm ad reprehenſionem deſcendat.

Ne ſtatim cum concionari aggreſſus eſt, ſed poſtquā aliquot concionibus habitis, prudentis, docti, & religioſi concionatoris nomē adeptus eſt, ad vitia acriùs inſectanda ſe conferat.

Sed in eo genere, in omniq. admonitionis, atq. exhortationis officio, eā beneuolentiam & caritatem auditoribus ſuis oſtēdat, atq. adeò præſtet, qua parens liberos amplectitur. Aſſidueq. ſecum reputet quod B. Apoſtolus Paulus ſcripſit:

Filio

Tot contractuum genera,quæ excogitata sunt in fraudem legis omnem vsuram prohibentis.

Litium,& controuersiarum immoderatum illud studium, christianoq. nomine indignum.

Improbitas eorum qui malas caussas defendunt.

Auaritia atq. negligentia illorum,qui lites longiùs ducunt.

Nequitia item illorum,qui litibus iurgijsq́. odia & inimicitias alunt.

Malitia præterea quorundam,qui tanquam hirudo litigantium,omni litigandi arte immoderatos sumptus exhauriunt.

Calumniæ,quæ passim in foro versantur.

Adulteria,strupa,incesta,fornicationes,operaq́. carnis.

Impia licentia falsi testimonij dicendi,aut falso jurandi,etiā in re aut vita cuiuscunq́. tuenda.

Impurus vsus ganeas frequentandi , heluandiq́. auiditas,atq. omne gulæ & ventris explendi vitium.

Nec vero satis putet vniuersè generatimq́. peccatum & vitiū reprehendere:sed ad species,præcipuasq́. actiones,quæ prauæ inde existunt,in vsuq. sunt, descendat, quò rectiùs auditores peccata cognoscant,multoq́.cautiùs fugiant.

Et quoniam pleriq.sunt,qui certis vulgaribus argumentationibus disciplinæ christianæ repugnantibus vtuntur ad peccatorum excusationem;de industria aliquando,prout vsuuenerit, concionator,piè docteq. ostendat,quàm magnopere isti argumentationis,atq. opinionis humanę errore decepti,à via salutis aberrent.

Atq. ij quidem alij sunt qui honorum studijs, ambitioniq. seruiunt, propterea quod & mundo,& propinquis satisfaciendum putent.

Alij angustam illam viuendi viam ad Euangelij præscriptum minime tenent,quia communem vitæ consuetudinem amplectendam arbitrentur.

Alij pietatis opera multa aspernantur,quoniam anicularum ea potiùs esse arbitrantur.quàm virorum.

Sunt qui à perfectiori vitę ratione,atq. a frequenti sacramē

torum vsu se, atque adeò alios abducent, quòd sine eo diligentiori studio homo salutem consequi possit.

Sunt item qui peccata excusent adolescentiæ nomine, vel aliam caussam prætexunt. Atque ita quidem multi male agere pergunt vulgi opinionibus falsis, ineptisq. argumentationibus ducti: quæ à concionatore coarguendæ, atque refutandæ sunt.

Officium concionatoris in perpetuo reprehendendis, tollendisq. prauis consuetudinibus, vnde peccandi seminaria extant. Cap. XII.

PVblicorum peccatorum illecebras, quas homines deprauatæ consuetudinis errore decepti, pro nihilo putant, concionator perpetuò repræhendat, atq. in summum odium adducere contendet, ostendetq. quàm grauiter Deum offendant, quàm multa mala, atque adeò publicæ etiam calamitates, infinitaque detrimenta inde existant.

Spectacula, ludos, ludicrasq. res id generis, quæ ab Ethnicorum moribus originem ducunt, disciplinæq. christianæ aduersantur, perpetuò detestabitur, execrabitur: demonstrabit incõmoda, publicasq. ærumnas inde in Christianum populum dimanare. In quam sententiam valde populum confirmabit argumentis, quæ grauissimi viri Tertulianus, Cyprianus martyr, Saluianus & Chrysostomus afferunt.

In eoq. argumenti genere nullum alium omittet, quò tanta corruptela radicitus extirpetur.

Choreas, saltationes, ac tripudia, è quibus mortiferæ cupiditates excitantur, de suggestu sæpe grauiter reprehendet, atq. insectabitur.

Scenicæ personatæq. actiones, vnde tanquam è quodam seminario, semina malefactorum, ac flagitiorum pæne omnium existunt, quàm à Christianæ disciplinæ officijs abhorrentes, quàm

quàm valde cum paganorum institutis conuenientes, atq. diaboli astu inuentæ, omni officio à populo Christiano exterminandæ sint, qua maximè potest religiosa contentione aget.

Omnem in muliebri vestitu luxum, caudatas vestes, superbū ornatum, deformem illam capitis ornandi speciem, muliebres fucos ac pigmenta, ceteraq. ad mollitiem, atq. adeò ad libidinis incitamentum fœdè excogitata, omni persuasionum vi, & argumentorum quasi telis oppugnabit: quæ multa subministrabunt magni illi Ecclesię viri, Cyprianus martyr, Basilius, Augustinus, & Ambrosius inprimis.

Effusam etiam virorum impensam, & omnem intemperantiam, quæ ad barbararum gentium à fide alienarum similitudinem tam valdè accedit, omni studio coarguet.

Seruorum, quorum opera nulla est, neque domi, neque foris multitudinem inutilem, ac desidem superuacaneam dissuadebit.

Epulas illas sumptuosas, & comessationes immoderatas à frugalitate christiana alienas, omnis intemperantiæ, impudicitiæ, libidinis, aliorumq. vitiorum illecebras arguet, increpabit, atq. planè dissuadebit.

Omnem aleam, omnemq. eius generis ludum, vnde iurgijs, furto, maledictis, ac alijs malis, maleficijsq. quasi fores aperiuntur, grauiter obiurgabit, atq. exagitabit.

Eorum peccatum insectabitur, qui ædes suas, quasi ludum aleatorium exponunt.

Multorum otiosam vitam, ac voluptariam ita facile peccatis expositam reprehendet quàm sępissimè.

Concionatoris officium in instituendis fidelibus ad sanctissimum Sacramentorum vsum.
Cap. XIII.

CVm autem nihil possit esse populo christiano vtilius, quàm scientia, & rectus vsus sacramentorum: quàm religiosè, quàm piè, quàm humiliter ad illa accedendum sit, accuratè docebit.

De Baptismo cum loquetur, cetera cùm exposuerit, quæ ex cathechismo Romano sapienter præscripta sunt, tum in eo versabitur, vt deprauatum vitæ morem fidelium exagitet, qui, contra quàm in Baptismo spoponderint, viuant & carni, & mũdo, pompisq. eius, & Sathanæ, atq. illius operibus, Deo autem mortui sint: & quàm laboriosa putent quæ Dei sunt, quàm rursus facilia quæ mundi, quæ carnis, quæ sathanæ. Quo in genere omnem concionis suæ vim concionator adhibebit.

Neque præterea omittet, compatres docere, ac monere, quã solliciti esse debeant, vt quos in Baptismo susceperunt, fidei christianæ rudimẽtis, sanctarum virtutum officijs, quibus ad salutem via munitur, rectè instituant.

De Confirmationis sacramento concionem instituet, in qua diuina illa dona cum commemorauerit quæ Deus illis impartitur, qui ritè, sanctéq. hoc sacramentum suscipiunt, tum ostendet, quàm sollicitè, quantaq. religiosi animi præparatione fideles ad id suscipiendum conuenire debeant.

Exponet item, ad quæ vsui sint ea Spiritus Sancti munera.

Arguet qui negligentes sint, at planè desides in ijs accipiendis.

Admonebit & hortabitur ad illa rectè obeunda.

Monebit, vt qui ad hoc sacramentum accedunt, in primis instructi sint fidei Christianæ rudimentis, & virtutum Christianorum officijs.

Cohortatione itẽ aget, vt cum hoc sacramẽtum ministratur, & [illegible] ijs qui suscipiunt, & pro illis qui eosdem adducunt, offeru[illegible], attente, pieq. orent.

Cetera [illegible] præstabit ex præscripto litterarum Episcopalium.

Pœnitentiæ, & sanctissimæ Eucharistiæ frequentiam esse

fructu

fructuosissimam & maximè commendandam, rationibus multis, & sacræ scripturæ testimonijs comprobabit.

Eam consuetudinem concionando inducere studebit, vt populus, si minus dominico quoq; die, saltem semel in singulis mensibus confiteatur, & sacram communionem sumat. At in Quadragesima, & in Aduētu, vt singulis diebus dominicis hoc faciat: id quod antiquæ fidelium pietatis est.

De Ordinis sacramento cùm tempus postulat, aget quàm diligentissimè.

Quo in genere cùm cetera commemorabit, quæ multa cathechismi Romani litteris prodita sunt, tum clericorum vitæ instituta, muneris sui partes ac functiones. Quamq; ab omni labe puros esse oportet.

Quàm à perturbationibus animi alienos.

Quàm continentes & quàm abstinentes.

Quàm castissimis moribus præditos.

Quàm spiritalis vitæ studiosos.

Quàm omni virtutum exemplo præstantes.

Quàm imprimis caritatis, quæ seminarium omnium virtutum est, amantes.

Quàm diuini cultus zelō accensos.

Quàm salutis animarum cupidos & appetentes.

Quàm doctos, omnisq; disciplinæ sanctæ peritos.

Quàm liberales eleemosynis dandis, qui præsertim vberes fructus ex Ecclesiasticis prædijs capiunt.

Quàm hospitales item.

Quàm benignos salutaribus consilijs dandis.

Quàm munificos ac promptos in omni spiritali dono, opereq; misericordiæ.

Quàm valde diligentes & sollicitos in ordinis sui functione.

Hæc omnia, longeq; plura, prout in Domino expedire viderit, piè, doctè, sapienterq; ita explicabit, vt populus accendatur ad honorem & obseruantiam, quam nauare, præstareq; ijs debent, qui Ecclesiasticis ordinibus adscripti sunt.

Quod argumenti genus nactus concionator, fideles docebit

officia erga clerū. Ostendetq. imprimis, quàm magnus honor tribuedēus sit Episcopo, vt patri, vt dño, vt pastori, vt spiritualiū cōmodorū auctori, salutemq. populi omni sollicitudine pro curāti. Quam in sentētiam multa dicet cùm ex sacris litteris, tū ex sanctorum Patrum documentis, ex doctrinaq. præsertim beatissimi Pontificis, & martyris Clementis.

Eius præterea monitis, iussis, edictis, decretorum sanctionibus, quàm prompta voluntate, & obsequio parendum sit, sępe numero grauiter docebit. Episcopo enim, inquit diuinus Ignatius martyr, subiecti estis velut Domino; nam ipse vigilat pro animabus vestris, vt qui rationem deo redditurus sit. Reueremini, alio loco scribit, Episcopum sicut Christum, quemadmodum nobis præceperunt Apostoli. Episcopus enim typum Dei patris omnium gerit. Sed hæc & alia id generis concionator è fontibus hauriet diuinarum, Ecclesiasticarumque litterarum.

Quanta sit sacerdotij dignitas demonstrabit, qua reuerentia, quo honore populus eos prosequatur, qui sacerdotio initiati sunt.

Parochos præsertim quàm valde colet, qui curatores animarum sunt, qui pastores, qui parentes spirituales, quiq. paterna sollicitudine in populi salute, salutaribusq. commodis euigilant.

Quàm grato propterea animo, quàm pia liberalitate, quàm libenter decimas, primitiasúe eis debitas soluat.

Quàm paratissima ad obediendum voluntate eorum cohortationibus, monitis, præceptisq. obtemperet.

Quàm frequenter, cum vsuuenerit, eos adeat, à quibus salutaria consilia petat.

Quàm sæpe præsertim diebus dominicis, festisq. ad parochialem Ecclesiam conueniat, vbi salutariter erudiatur ad omnem benè, recteq. agendi disciplinam.

Rursus concionando mouebit parentes, quàm diligentem educationem filijs adhibere debeant, quos ordini Ecclesiastico destinant. Qua in re multa, quę his temporibus necessaria sunt,

tum ad parentum instructionem, tum ad filiorum rectā in disciplina clericali educationem, illos commonefaciet grauiter, & accuratè.

Populum hortabitur, vt statis illis quattuor anni temporibus, & priuatim in suis quisq. ædibus, & publice in Ecclesia oret, ad litanias conueniat, Deum precaturus pro ijs, qui Ordinis sacramento initiātur, ceteraq. præstet ex præscripto litterarum Episcopalium.

Tractationem de sacramento matrimonij quàm sæpissimè suscipiet, cùm ad omnem licentiā prolapsa sit hominū libido.

Docebit illius sacramenti vim, & sanctitatem.

Monebit, quam religiosa præparatione idem sit ineundū.

Hortabitur Thobiæ exemplo ad orationem, ad ieiunium, tum ad confessionem, & communionem, antequam matrimonium conficiant.

Instruet inprimis fideles, cur nubendum: quo in genere multa dicet de educatione filiorum.

Commonefaciet etiam, vt antequam matrimonium contrahant, rectè discant, se filios esse, nempe parentibus obedientes esse, illisq. se amorem, metum, obseruantiam, & venerationem debitam præstare. Quo fiat, vt cùm ex matrimonio liberos susceperint rectè, sanctèq. educent: alioqui si contra faciāt, inde & sibi, & alijs infesta proles existet.

Admonebit item, vt videant cui nubant: à Deo precentur, vt rectè nubant, ne tribulationem carnis, quam habituri sunt, habeant ad perniciem, sed ad salutem: nam proprium donum Dei est vxor bona & prūdens.

Vt in re tanta parentum consilium adhibeant. Quod quamuis necessarium non sit, lex tamen naturalis, humanaq. suadet, & sacrarum litterarum exempla docent.

Vt considerent ætatem, & mores.

Vt pro dote magna virtutem putent.

Vt qui se continere non possunt, melius esse doceat vt nubant.

Alia multa speciatim admonebit, prout opportuna esse

viderit. Præcipuè vero in id incumbet,vt si quæ morum corruptelæ nuptijs celebrandis,ex deprauato vsu adhibentur, radicitùs extirpentur,præsertim saltationes, choreæ, cyathorum confractiones,vocum à prophano gentilium more non abhorrentium, strepitus in vijs, plateisq. ac præterea fascinationes,veneficiaq. in ijs impediendis.

De sacramento quoq. Extremæ vnctionis dicet accuratè, præsertim cum de morte concionem habet. Qua in tractatione fideles docebit,vt quando in febrim,morbumue incidunt, ipsi statim tum Confessionis, & sanctissimæ Eucharistiæ sacramenta,tum hoc Extremæ vnctionis in tempore petant,& præsertim cum integra mente sunt.

Docebit vim sacramenti:ex qua consolationem illis inijciet, cùm viderint nullum sibi remedium defuisse,quod mater Ecclesia adhibet ad filiorum salutem. Ostendet religiosas preces quæ in eo sacramento peragũtur,salutariter prodesse,&cetera multa adiunget ad sanctam spem excitandam.

De virtutum officijs,bonisq. operibus exponendis. *Cap. XIIII.*

SIcut autem in vitijs dissuadendis atq. exagitandis,nõ modo vniuersè sed speciatim singulas partes, vitiosasq. actiones persequi concionator debet:ita virtutes,earumq. præcipua officia exponet non modo in vniuersum,sed sigillatim ac diligenter.

Quare ad certas species descendet, quæ ad verum Dei cultum,quæq. ad animarum salutem pertinent. Hocq. diligentiùs,atq: enucleatiùs præcepta,institutaq. huius generis præcipua tradet,quò negligentiùs his temporibus tractari solent.

Spiritalis vitæ partes atq. officia,quæ ex intima sanctissimorum virorum disciplina depromentur,exponere studebit præclarè,atq. vsque adeò accuratè,vt nullum spiritalis sanctæq. institutionis locum relinquat.

Ad

Ad Euangelica consilia amplectenda, ad perfectioris vitæ disciplinam suscipiendam, ad mundi contemptum audientiũ animos sæpe impellet: quò studiosiùs cęlestis spiritualisq. vitæ instituta amplectantur. Atq. hic quidem amplissimus campus est, in quo sæpe christiani concionatoris excurrat sermo.

Nec prætermittet auditores ad misericordię, eleemosynęq. opera perpetuo excitare. Nam hic locus latè patet, pertinetq. ad omnes.

Huic consequens est, concionari aliquando de hospitalitatis officijs, de hospitalibus, de societatibus, seu sodalitatibus caritatis, atque de omni cura pauperum.

Alter locus etiam, atque is quidem vberrimus est, de eleemosyna spiritali. Qui locus à concionatore nunquam omittatur, cùm vsuuenerit, veniet autem sæpissimè.

Correctionis igitur fraternæ, quæ ad eleemosynæ spiritualis speciem refertur, necessitatem demonstrabit: corrigendi fraternè modum docebit: præcepta atque instituta vtiliter, prudenterq. tradet.

Ad pœnitentiæ exercitationes, corporis macerationem castigationemq. populum sæpe accendet.

Ad ieiunium, prout vigiliæ, & Aduentus, Quadragesimęq. tẽpora incidunt, sæpe concionem transferet: qua & ieiunij necessitatem, & salutares fructus qui inde existunt, vberrimè exponet. Et, quod plurimum interest, docebit sancti ieiunij certas leges, quas religiosi viri non modo instituerunt, sed executi sunt diligentissimè. Atque in hoc genere versabitur & sæpiùs, atque diligentiùs, quò grauiùs ab omnibus fere peccatur.

Quò autem frequentiùs, atq. adeo studiosiùs non modo sermonibus suis, sed etiam tractationibus ad pietatis opera, & spiritalis vitæ studia, exercitationesq. populus excitetur, quàm sæpissimè concionator piorum librorum lectionem suadebit, ostendetq. salutares vtilitates, quæ inde vberrimæ existent. Contraq. nihil non agat, vt librorum inutilium, atq. adeo turpium, quorum studio morum disciplina corrumpitur, vsus omnis

plane

planè extinguatur.

Idem aget de turpibus,obſcænisq́. imaginibus,atq. alia ratio ne improbatis.

Sacras tantum imagines,quæ ad pietatẽ animos inflammẽt, domi,& vbiq. haberi debere docebit.

Ethnicorum libri,qui in falſorum deorum, commentitiarumq́ue fabularum commemoratione verſantur, vt ex omni puerorum ſchola,litterariaque infantium exercitatione tollantur, cùm occaſio tulerit,concionando ſuadere ne deſiſtet.

At doctrinæ chriſtianæ inſtitutionem, qua pueris prima fidei rudimenta traduntur,quàm ſæpiſſimè atq. maximè populo ſuadebit,& commendabit.Quo in genere oſtendet,quò nobiliores ſunt,in illius doctrinæ ſcholas eò frequentiores conuenire debere,& ad docendum,& ad perdiſcẽdum quæ in Chriſtiana nobilitate præſtantiſſima ſunt,ſalutis noſtræ neceſſaria inſtituta,ac præcepta.

Nec vero verbis ſolum & cohortatione aget, ſed exemplo ſuo accendet.

Ideò eas ſcholas ſæpenumero ipſe adibit: ſuam item operã illis nauabit,prout Epiſcopus,epiſcopaleſúe vicarij eandem ab ipſo requiſierint.

Porrò illud omnino præcipuum munus ſuum eſſe putabit, vniuſcuiuſq. ſtatus homines docere, atque inſtruere beati Pauli exemplo,qui excellens, omnibuſq́. numeris abſolutus vniuerſarum gentium concionator, omnes ad officij ſui functiones erudiuit.

Monebit igitur ſæpiſſime parentes,liberos,virum,vxorem, dominum,ſeruum,clericum,laicum,priuatum,magiſtratum, eius officij quod cuiuſq. propriũ erit, quaúe ratione fieri poſſit,vt bonis animi,corporis,&externis ad conſequendam ſempiternam beatitudinem vtantur,qua moderatione proſpera, qua patientia rurſus aduerſa ferre debeant.

De filiorũ autem educatione,& totius familiæ cura quã diligẽtiſſime aget & crebrò: itẽ cum optima hæc inſtitutio maximè

interſit

intersit ad omnes totius christianę disciplinę rationes. Quo in officio matrum ad vanitatem filias instruentium, & dominarum in pudicitia ancillarum tuenda negligẽtium, culpas valde coarguet.

Commendabit, vt supra, obseruantiam & obediẽtiam, quæ præstanda est pastoribus, & sacerdotibus, ac quæ item principibus & magistratibus, & denique maioribus.

Monebit quàm crebrò pro illis Deum precentur.

Qua moderatione de eis loquantur, cùm in hoc sæpissime peccetur.

Rursus magistratus, cum opus est, & alios qui præsunt, commonefaciet, populi commoda, non sua spectare debere, exẽplo & auctoritate ad veras virtutes, ad optimamq́. disciplinam illum dirigere, paterno amore eundem amplecti, religionem imprimis, iustitiam, clementiam, fortitudinem, & temperantiã in omni vita colere.

Nobiles, humilitatis officia, modestiæ partes, ceterasq́ virtutes, quæ nobilitatis splendore prælucẽt, accuratè docebit: nullam nobilitatem esse ostendet, quæ cum christiana nobilitate sit conferenda.

Proinde homines nobiles, præsertim qui ruri habitant, cùm aliquando insolentiùs se gerant, admonebit, quàm benignè quàm modestè cum rusticis cum pauperibus, cum ceteris inferioris ordinis agant, ac docebit, quàm valdè indecorum sit atque adeo turpe, & christiana nobilitate indignum, imbecilliores iniuriosiùs tractare, opibus oppugnare, & (quod flagitiosissimum est, & ad infamiæ notam insigne) puellarum pudicitiam attentare.

Ignobiles ad veram nobilitatẽ, quæ in religionis, pietatisq. cultu, & in pręclaris humilitatis, patientiæ, christianarumq. aliarum virtutum officijs elucet, vehementer accendet.

Diuites monebit quomodo ad salutem dirigant diuitiarum vsum.

Quo item modo omnia misericordiæ opera.

Doce-

Docebitq́ omnes diuites esse, quia participes diuitiarum & thesaurorum cælestium fecit nos Christus cæli & terræ rex, & bonorum omnium Dominus. Pauperes frequenter ad patientiam cohortabitur, cōsolatione leniet: atq. excitabit ad sanctarum virtutum copiam & vsum.

Pro hominum deniq. conditione varia salutis præcepta illis tradet, ita vt & rusticanis hominib⁹ & colonis, ceteris cuiusuis ordinis ac status deesse nolit, neque cohortatione, neq. admonitione, neq. officio ad vniuscuiusq́. institutionem christianā accommodato.

Hæc atq. adeò alia multa, vt & locorū & temporum, & personarum ratio postulabit, sibi ad concionandum piè prudendenterq. concionator comparabit: ad quæ item sicut expedire viderit, ab Euāgelij tractatione opportunè, apteq. digredietur; cùm digressionis locus erit.

Denique id concionator sibi statuet; ad auditorum salutem quidquid dicturus est referre. itaque omnia planè cauebit, quęcunq. ab eo proposito aliena sint. Quę vero meditanti sibi in mentem venerit, omnia ad eum finem referet.

De Ecclesiæ instituti, & precandi studio, fidelibus proponendo. Cap. XV.

CVM cetera Ecclesiæ instituta, vt paulò ante cōmemoratum est, ritusq́. pro ratione temporum populo concionator proponet: tum sæpe in omni concione illū docebit, quādo, pro quibus, & modo oret.

Vt mane saltē & vesperi precari ne omittat, ex instituto vespertinę, & matutinæ orationis.

Vt statis canonicis horis, cum diuinorum officiorum significatio campanis datur, si minùs ad Ecclesiam conuenire potest cum intelligat eo signo se ad orationem vocari, saltem paulū se mente colligens, tacitè precetur, vel orationem, salutationemq́. angelicam piè attenteq́. pronunciet.

Vt cum datur & vesperi, & mane, & meridie signum salutationis angelicæ, genibus flexis, vbi vbi sit, oret, ,vt sanctissimi instituti est.

Idem faciat feria sexta ad nonam, cum cāpanæ pulsantur ad orandum, & ad passionem Domini paululum pia mentis cogitatione recolendam.

Vt certum diem sumat, quo pro defunctis oret: secundā scilicet quamq. feriam.

Vt cum orationis signum campana parochiali datur pro eo, qui nuper ex hac vita migrauit, illius animam pia precatione commendet.

Absoluta item concione, præsertim diebus festis, fideles excitabit ad orationem, preces adhibendas pro fidei christianæ propagatione, pro summo Pōtifice Romano, pro Episcopis, pro Principibus, pro magistratibus, pro emendatione vitę peccatorum, pro extirpatione hæreticorum, pro conuersione infidelium, pro auersione calamitatis, si quę impendet, ac deniq. pro publicis alijs necessitatibus, si quæ vnquam præcipuę sunt: ac pro alijs etiam caussis, quas pro temporum varietate Episcopus indixerit, aut significauerit.

Docebit, quomodo oret piè, attentè, perseueranter, humiliter, toto spiritu, & quo statu etiā corporis tam in Ecclesia quā domi, nempe genibus flexis, iunctis manib⁹, aut erecto aut prostrato corpore & capite demisso, aut rursus brachijs expāsis in star crucis, sublatis in cælum oculis.

Si quid in eo genere peccatur, vt ab ijs fit qui vnum tantum genu in oratione flectunt, aut certè quicquam id generis committunt, quod precantis pietati non conueniat, id graui sermone coarguet. oratio enim humilē & religiosam corporis positionem requirit.

Cura Concionatoris in eripiendis corruptelis, instituendis operibus pietatis, in concione accommodanda ad episcopalis gubernationis rationem. Cap. XVI.

CVM

VM verò ad concionandum aliquò concionator venerit, vel ab Episcopo vel a Parocho, aliove Ecclesiæ rectore, accuratè illius loci morum corruptelas conquiret, quas vt occasio feret, verborum vi, & sententiarum pōdere, & inprimis sacrarum litterarum testimonijs, exemplisq. constantissime vsq. adeo exagitabit, vt funditus, quantùm in se est, extirpet, Deo benè iuuante.

Eas item consuetudines, quæ etsi malæ non videntur, tamen occasionem præbent peccandi. Nec verò semel atq. iterum, sed sæpenumero, prout vsuuenerit, illas ipsas detestabitur.

Immo perenni quadam doctrinæ, ardentisq. cohortationis perseuerantia, & perpetua quasi contentione, id quod olim sanctissimos viros, Ambrosium, Augustinum, & Chrysostomū fecisse traditum est, inueteratos male viuendi mores, deprauatamq. consuetudinem radicitus euellere studebit.

Curabit etiam rursus in omni loco vbi cōcionatur, aliquod pietatis opus ei loco ad pie agendi studium, Episcopi iudicio, aptiùs, cōuenientiusq. institui, aut institutū vehemētius excitari.

Pia item instituta, religiosasq. consuetudines quàm diligentissimè, ac perpetuo retinendas esse, ac si quæ vel antiquatæ sunt, vel intermissæ, ad vsum reuocandas ostendet.

Id vero omne persuadere non desistet, quoadrem confecerit, quam salutariter in Domino optat.

Omnem præterea concionū suarum vim ad Episcopalis, pastoralisq. gubernationis rationes accōmodabit: Episcopi monita, iussa, edicta, decreta, instituta, ac disciplinam omnem perpetuò commendabit, atq. adeò tuebitur, vt & clerus & populus concionibus suis benè excitatus ei obtemperet, pareat omni sanctę obedientiæ spiritu.

Sanctę præterea Inquisitionis perpetuo se studiosissimum præbebit, illius officij partes acri defensione tuebitur: illorum qui præsunt, auctoritati, edictis, decretis quàm diligentissimè parendum sit, crebrò, vt vsuuenerit, præclare ostendet: populum docebit, quanta vnicuique necessitas imposita sit deferendi illorum nomina, qui vel factis vel dictis, vel alio quouis

modo

modo à doctrina catholica aberrant,quiq. contra sanctiones, decreta,edictáue,eiusdem officij caussa,nomineúe promulgata,agunt,aut dicunt.

Si vero ipse aliquando,vt euenire potest,vel verbo vno labetur,errabitúe:confestim,nullaq.mora interposita ex Episcopi Inquisitorisúe præscripto,sententiam aut concionem retexat,atq.adverum fidei,doctrinęq.orthodoxę dogma reuocet, quicquid fuerit,in quo ab illius doctrinæ decretis aberrarit.

Idq.non obscurè agat,neque aliqua verborum circuitione,sed apertissimè,planissimeq. erratum suum emendet, aut sententiam,si ambiguè dixerit, explicet ad illorum præscriptum.

Concionator quoq. regularis parochorum curæ omninò prodesse studebit:ita scilicet,vt non modò nihil quicquã proferat,quod parochialis curationis officia interturbet: sed omne studium adhibeat,quo populus in omnes parochialis curæ partes piè,sanctéq. conformetur.

Facultate autem,si qua sibi dabitur,vel sacræ confessionis audiendæ,vel etiam absoluendi à casibus reseruatis, ita vtetur,vt & parochialem vtilitatem,& populi disciplinã nusquam vllo modo labefactet:sed communiat omni studio,atq. officio.

Quo in genere toto instructiones de ministerio pænitentiæ quãm accuratissime adhibebit.

Et verò inprimis proponet sæpe auditoribus Concilij Tridentini decreta: ex quo tamquam è purissimo fonte hauriet, quæ pertinent ad mores omnium ordinum corrigendos, fidem explicandam, & christianam disciplinam restituendam, Conciliorum item prouincialium nostrorum,&episcopalium Synodorum constitutiones,ac decreta non modò ad populi memoriam reuocet,sed docebit,quàm vtilis eorum executionis vsus,quàm inde vberrimus fructus.Proinde crebrò in hoc officij genus incumbet,ac nullam planè occasionem prætermittet.

De ijs quæ ad formam concionis pertinent. Cap. XVII.

Mate-

MAteriam concionis cum ex Euangelij tractatione, aliisq. locis aptè appositis, digressionibusq. concionator sibi parauerit, ita eam disponat, vt oratoriæ illius concionis partes, quatenus vel Euangelij vel rei alterius, de qua dicturus est, ratio patitur, nullæ desiderentur, præsertim quæ illustriores sunt, quæq. ad commouendum pertinent.

Instruat autem, atq. exornet non verborum vel lectissimorum inani sonitu, & sermone nimis elaborato, & pænè calamistrato, ac fucato; quo nihil potest esse infructuosius: sed graui, plenoq. sanctæ doctrinæ, ac referto disciplina, quæ vere christiana, præstansq. sit ad salutem.

Ita præterea quæcunque ad dicendum piè meditatus est, distinctè partiatur, vt auditores omnia & facilè percipiant & memoria teneant, quô maiorem inde fructum capere queant.

Memoriæ cuncta ita mandare studeat, vt fugiat tamen memoriæ ostentationem, vt pote in sententijs quamplurimis pronunciandis, aut certè rebus permultis recensendis.

Vbi ad finem concionis venerit, breui Epilogo sæpe vtetur, quo partes concionis breuiter repetat. Tum concionem concludet, more sanctorum Patrum, breui precatione, gratiarum actione, & laudibus benignitatis Christi Iesu Domini nostri.

Absoluta concione, paululum de suggestu, vel apud altare genibus flexis tacitus orabit; tum auditores aliquãdo moneat, vt itidem faciant.

Si apud rudem multitudinem concionatur, Orationem dominicam, Salutationem Angelicam, & Symbolum Apostolorum à populo vnà secum purè, ac distinctè toto corde pronunciari, tum Dei misericordiam humiliter voce implorari, aliquãdo curet.

De decoro. Cap. XVIII.

Primò

PRimò totam concionem accommodabit concionator ad ingenium, conditionemq́. hominum, apud quos concionaturus est. Nihil enim ineptiùs, & absurdiùs dici fingiúe potest, quàm si in pauperrimo pago apud rusticos fame, frigoreq́ue confectos ita concionatur, vt in opiparas epulas, splendidissimas vestes auro, argento intextas, quas homines indigentissimi ne somniarunt quidem, perpetuò inuehatur.

Concionaturo igitur hæc erunt cogitanda omnia; non solùm scilicet auditorum status, sed etiam locus, tempus, res de qua dicturus est, & personæ suæ auctoritas, & vitæ genus, vt aptè decorè, conuenienter, & cum dignitate concionetur.

Itaq. quæ inuoluta, vt commonuimus, quæq́. explicatu difficilia sunt, de ijs apud rudes nullam concionem instituet: nec verò Græce, Hæbraice, Chaldaicæ, Syræq́. dictionis vim, quando cum ijsdem aget, interpretari studebit.

At contrà, si ad eruditissimam quamq. explicationem apti sunt qui audiunt, nullum genus prætermittet differtæ interpretationis, quam ipse rectè norit.

Sed quando non æqualis est omnium conditio, vt diximus, non idem vitę modus, certè concionis argumentum non dissimile erit à statu eorum qui audiunt.

Et verò quemadmodum ab audientium conditione discrepare non debet, ita talem etiam esse conuenit, qualem eorum mores requirunt. Mendaces cretenses, malæ bestię, ventres pigri, inquit sanctus Paulus. Omnis porro obiurgatio vel acerrima ad eorum emendationem adhibenda fuit. Duri certè obiurgandi sunt, & tractandi duriùs: at mitiùs qui in pestifera viuendi consuetudine non persistunt. Hoc docet idem sanctissimus Pontifex Gregorius exemplo galli: qui vt media nocte in arctissimo hominum somno raucè quodammodo canit, deinde sub auroram suauiùs cantum emittit, ita concionator homines in peccatorum quasi somno grauissimè dormientes, obiurgationibus acribus excitet; cum ijs vero, qui in via virtutis tā quam vigilantiores facti sunt, cohortationum suauitate alliciat

ad omnem in rectè,sanctèq. agendo progressionem.

Neque præterea concio diuersa erit ab Euangelij, quod eo die à populo auditum est, historia:quæ si subministrat genus concionandi de pœnitentia,non aliud cōcionator sumet,quod nullo modo cōueniat cum illius diei Euangelica lectione: nisi aliquando à re proposita digrediendi materiā aliquis locus, aut occasio præbeat.

De elocutione concionatoris. Cap. XIX.


Locutionis genus exquisitum ne affectet.

Fucum omnem fugiat.

Imperitæ multitudinis consuetudinem loquendi ne sequatur:cum in ea sint multa absurda, multaq. indigna concionantis grauitate.

Dicendi forma vtatur,cui per artem,atq. exercitationem par esse potest.Verba antiqua & peregrina fugiat.

Fati,fortunæ,infortunij nomina, aliaq. id generis ab Ecclesię vsu iam pridem explosa,omninò cauebit.

Epithetorum item nimium vsum,& poëticum dicendi genus ne consectetur.

Anicularum non adhibeat prouerbia.

Inflata oratione ne vtatur,sed graui.

Exordiatur moderato,& temperato dicendi genere:in quo exordio vitentur similitudines, præsertim poëtico more explicatæ.

Vocabulorum frequentem synonimā omnino caueat, nisi cum vnum altero significantius,aut magis proprium fuerit.

Metaphoras,similitudines,& exempla à rebus maximè notis,& insignibus sumat:nam deijcit maiestatem orationis,qui à rebus humilibus similitudines frequenter trahit.

Vim illam dicendi vehementem & concitatam ne affectet importunè:sed ijs præparationis vijs, quæ supra commostratæ sunt,ad eam Spiritus sancti ope,atq. auxilio feratur, vt auditoribus prosit.

Eiusdem

Eiuſdem rei repetitionem vitet: quoniam moleſta eſt, & affectum reſtinguit.

Cùm de peccatis ad luxuriam pertinentibus agit, cautionẽ adhibeat, ne imprudens in obſcœna verba incidat.

Et videat imprimis, ne loquendo, turpes cogitationes inijciat.

Exclamationes videat, quo loco adhibeat: ac raró quidem certè.

Adulationis verba omninò fugiat, cùm de magiſtratibus, aut apud eos verba facit.

Ambitioſum dicendi genus caueat.

Splendidos titulos, & nomina adiuncta illuſtria, vt sereniſſimus Dauid, planè reijciet.

Honorifica tamen, breuiq. præfatione eos viros excipiet, quorum exempla proponit ad imitationem: id quod aliquos antiquos Patres, præſertim Gregorium Nazianzenum facere animaduertimus.

Verba Eccleſiaſtica, & ſi minùs elegantiæ habent, ne dicere recuſet: at prophana, & noua repudiet omninò.

Apoſtolos, Martyres, Virgines, Confeſſores, & qui cæleſti gloria perfruuntur, ſancti nomine ſemper appellet.

Dictionem vitet, quæ indignationem, & faſtidium parit: præſertim cum de incommodis ſuis loquitur.

Attentionem cùm petit, ne arroganter faciat: neúe ſe magna dicturum & admirabilia polliceatur.

Ne ambiguè loquatur, vt eadem oratio varium ſenſum poſſit afferre.

Ne conciſè itẽ, vt auditorés incerti ſint, & animo pendeant.

Ne obſcurè, vt dictum facile percipi non queat.

De voce, & corporis motu. Cap. XX.



E pronunciatione, geſtu, actione, ab antiquis Rhetoribus permulta tradita ſunt, quæ exquiſito quodam ſtudio perinde conſectari, quaſi in ijs ipſis benè

concionandi finis positus sit,hoc longè alienum esse debet à concionatore verbi Dei:cum ij præsertim motus corporis aliquos commostrarint non modò leues,pueriles, sed planè histrionicos,ob eamq. rem indignos & persona concionantis,& auctoritate suggesti,qui locus grauissimus est. Quæ igitur de toto illo genere isti præceperunt,eorum tantùm quæ ad grauitatis decoriq́. laudem insignia sunt, delectum quendam à concionatore haberi conueniens est, vt aliquid etiam adiumenti inde sibi comparet ad fidelium animos inflammandos studio rei,de qua concionem instituit.

Vocem igitur & actionem ita temperare concionator conabitur, vt non ex arte petere,sed verè & ex natura dicere videatur.

Pro rerum,quas dicit,varietate,voce,& gestu vario vti studebit:ne fortè res mediocres,aut etiam fortasse leues magna contentione tractet:quasi sola voce,& gestu velit persuadere: aut verò quæ magna sunt imminuat:aut cuidam recitanti potiùs, quàm ex animo dicenti similis videatur.

Ita illud vitium quoq. cauebit,ne vno vocis sono tota constet oratio:quod satietatem parit.

Vocis mollitiem,vel suauitatem quandam, magnitudinem item ne affectet:ne item inquouis genere nimiam contentionem.

Vt nimiam tarditatem,quasi verba difficilè inueniens,ita nimiam celeritatem fugiat:non enim proficit oratio ita effusa, sed quasi animos auditorum prætervolat:itaque pro rerũ opportunitate nunc tardè,nunc celeriter eloquatur.

Canoram vocem in exordio,& magnam fugiat. hæc enim & modestum exordium esse vetat,& reliquæ orationi pronunciandæ nocet.

In alijs fortasse imitandis prudentiam adhibeat,ne vel leuia quædam,aut etiam vitiosa imitetur;aut ea quæ cum alijs conueniant,à se tamen aliena sunt.

In gestu ac corporis motu tantum item faciat,quantum natura rerũ patitur. ꝙ vel ex eo discere potest, si aliquos rectè

natura

natura tantùm pronunciantes in communi consuetudine obseruet. Ita neque eodem gestu semper vtetur, neq. manu eodem modo composita, neque vno brachio tantùm, neque eodem motu corporis, & eâdem vultus moderatione.

Non importunè suggestum palmis feriat, sed cùm rei magnitudo poscit.

Non per suggestum quasi volitabit, nunc ex hoc, nunc ex illo angulo prosiliens.

Non quasi ex suggestu mediū corpus demittet, aut alijs multis motibus vtetur, qui aut deformes sunt, aut digladiantis potiùs, quàm dicentis esse videntur.

Hæc omnia facile cauebit, si Christianam modestiam, & grauitatem prædicatoris non obliuiscetur: nihilq́. audebit, quod supra vires, artem, & exercitationem suā esse suspicetur, quodq́. ex concepto affectu non proficiscatur.

Sed vt distinctiùs de pronunciatione præscribatur quæ in voce & corporis motu versantur, hæc concionator teneat.

In exordio vocem sedatam adhibeat; & quotidiano sermoni proximam.

In narratione vocis varietate vtatur, vt quo quidq́. pacto gestum sit, ita narrare videatur. Res enim strenuè gestæ vocis celeritate, quæ verò dignitatem habent, plenis faucibus & sedatissima voce narrandæ sunt.

In cohortatione, quæ in epilogo concionis fit, primò voce vtatur attenuatissima, quæ fit faucibus contractis; deinde clamore leni, non obstrepero; mox sono æquabili; ac postremò uoce celeri.

In conquæstione item, quæ pars etiam epilogi est, vocem adhibeat depressam, crebra interualla, longa spatia, & magnas commutationes.

In corporis statu & motu hæc caueat.

Ne in suggestu vnquam corpore innitatur: sed rectus stet, aut sedeat.

Ne deiecto, ne supino, ne præduro, ne in latus inclinato capite sit; sed planè recto.

Ne supercilia contrahat, ne diducat, ne remittat.

Ne nares corruget, ne moueat, ne inflet, ne digito diducat, ne plena manu resupinet, ne labra lambat, ne mordeat.

Ne mentum pectori affigat.

Ne humeros attollat, ne rursus contrahat.

Ne brachium tanquā gladiator immoderatè proijciat.

Ne læuam manum iactet, nisi raró, & in maximo concionis æstu.

Ne manum supra oculos tollat, ne dimittat infra pectus.

Ne digitorum gestum indecorum adhibeat, sed decentem: nempe in principijs lenem & in vtramq. partem modicè pro latum, in narrando paulo pro ductiorem, in reprehendendo acrem & instantem.

Ne argutijs digitorum vtatur.

Ne femur feriat, nisi raró, cùm indignationē mouere studet.

Ne pedibus supplodat, nisi opportunè in summa cōtētione.

Ne tussiat, ne expuat crebrò, nisi necessitate coactus.


Ne in eloquendo, per nares maiorē spiritus partē effundat.

Ne cebro anhelitu iumēta imitari videatur, onere laborātia.

Hæc atque adeò alia, vt fugiat, in consilium adhibeat prædicationis vsu peritos.

FINIS.

P. Galesinus Protonotarius Apostolicus pro Illustriss. Arciepiscopo, & pro Reuer. Inquisitore.





BARCINONE:
Ex Typographia Petri Mali. Anno
Domini. 1588.









